Fatt

350 -
rxygy
3587E

0° G2a9
Ex Libris Pauli Jeszenszki
Die

Struvius, B. G.

M. 14618

Gray

BVRCARDI GOTTHELFFI STRUVII

SELECTA BIBLIOTHECA HISTORICA

SECVNDVM MONARCHIAS, REGNA SECVLA ET MATERIAS DISTINCTA:

ACCESSIT INDEX AVCTORVM ET RERVM.

IENÆ,
Apud ERNESTVM CLAVDIVM BAILLIAR,
CIↃ IↃ CC V.

ILLVSTRISSIMIS COMITIBVS AC DOMINIS,

DOMINO

CAROLO LVDOVICO,

DOMINO

OTTONI FRIDERICO

S. R. IMPERII COMITIBVS SYLVESTRIBVS IN DHAVN & KIRBVRG,

COMITIBVS RHENI IN STEIN,

COMITIBVS IN SALM,

LIBERIS BARONIBVS DE VINSTINGEN

ET PVTTLINGEN,

ET RELIQVA.

DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS.

ILLVSTRISSIMI COMITES

DOMINI GRATIOSISSIMI.

ILluſtre Sylueſtrium & Rheni Comitum ſtemma eſt, quod inter Germaniæ Proceres eminet, atque ſuos vbique locorum adquirit clientes. Si quis enim in Comitum Imperii noſtri hiſtoriam inquiret, repe-

reperiet, qui vel a generis antiquitate, vel territorii præſtantia, vel denique heroicarum virtutum eminentia prædicantur. Illuſtriſſima Rheingrauiorum domus præbet, quidquid in aliis quærunt hiſtorici. Antiquitatem generis ſatis declarat primæ originis incertitudo, quam ab Ottone Wittelsbachio, Bauarorum alias ſatore communiter ducunt: ſed antiquiorem faciunt documenta plane indubia. Immo iam ab Adelhelmo, ſeculi ſeptimi, & Cancore, illuſtre Rhenenſis pagi Comite, Rheingrauios duci nos docent hiſtoriæ. Hæc autem gens illuſtriſſima floruit ab antiquo in Palatinatus, Lotharingiæ & Treuirenſi confiniis; meritis ſuis in tantum euecta, vt etiam adfinitatibus domus Palatinæ creſceret, & Mareſchallorum hæreditariorum in Palatinatu dignitate frueretur. Nec defuerunt heroes, qui illuſtrarunt familiam. Philippus de Rheingrauenſtein non bello ſolum Hunnico, ſed etiam ludis equeſtribus ſub Henrico Aucupe inſtitutis inclaruit. Quod ſi conſideremus

mus poſteros Philippi Franciſci, communis Rhenenſium Comitum, qui ſuperſunt, parentis, occurret Johannes Philippus, celebratiſſimus copiarum equeſtrium apud Gallos ductor, qui etiam in prælio Moncontureni occubuit. Belli pacisque artibus excellebat Philippus Otto, qui ob inſignem Rudolpho II, Matthiæ & Ferdinando II. præſtitam operam Principali axiomate fuit condecoratus. Hi ſunt maiores heroesque, Illuſtriſſimi Comites, quos numerat domus Veſtra: hæc virtutum eminentia, factorumque præſtantia. Haut vane augurari licet, dum Vobis obuerſentur tot eximia maiorum exempla; dum illud quotidie agitis, vt animi Veſtri heroicis virtutibus atque ſcientiis imbuantur, Vos horum veſtigia eſſe ſtrenue ſecuturos. Sibi potisſimum gratulatur academia noſtra, quod auctoritate Illuſtrisſimi Comitis, parentis Veſtri, hancce adire non eſtis dedignati. In eadem mihi gloriæ duco, quod meas ſcholas, meumque ductum in hiſtoriæ Germanicæ declaratione gratioſe ſelegiſtis. Fateor

teor, quanto maior hæc eſt gratia, tanto maiori obſequio me Vobis obſtrictum reputo. Intra priuatos ſaltim parietes hucusque illud fui conteſtatus, nunc autem publice teſtari liceat, in quantum obſtrictus. Offero ſcilicet in teſſeram animi deuinctiſſimi hoc monumentum litterarum ex hiſtoriæ fontibus deductum, chartaceum illud quidem, ſed ex deuoto animi cultu profectum. Hoc igitur gratioſe vt recipiatur, obſequioſiſſime rogo. Deus protegat illuſtriſſimam Sylueſtrium & Rheni Comitum familiam: ſeruet illuſtriſſimum Parentem & quotidiana addat incrementa.

VOBIS

ILLVSTRISSIMI COMITES

Ienæ Kl. Octobris
CIↃ IↃCCIV.

cultu obſequioſiſſimo
deuinctiſſimus.

Burcard Gotthelff Struue.

L. B.

PRoponitur in præſenti Bibliotheca Hiſtorica, quam nuperius promiſi. Latius eandem deduxi, eo quod ſtudiis meis magis conueniret. Conatus fui, vt digererem in eandem non libros quoscunque, ſed ſelectiores ſaltim & qui aliis præſtarent: vbi forſan alii intermixti, vel defectus Scriptorum, vel communis alias vſus in cauſa fuit. Hiſtoriarum diuerſitas & regnorum multitudo plura capita poſtulauit, ita vt vno ſupra trigeſimum integra Bibliotheca abſolvatur. Caput primum quidem recenſet Scriptores Bibliothecæ Hiſtoricæ & de methodo legendi cognoſcendique hiſtorias. Secundum & tertium fontes Hiſtoriarum, Scriptores antiquos & recentiores Monarchiæ Aſſyriorum & Perſarum, Græcorum & Regnorum Aſiaticorum abſoluit. Quartum Scriptores Hiſtoriæ Romano in ſtatu libero; Quintum Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, ſiue Imperatorum Romanorum comprehendit. Sextum de Scriptoribus Hiſtoriæ Byzantinæ agit, Septimum

Scripto-

Scriptores Hiſtoriæ Imperatorum Germanicorum continet. Octauum de Scriptoribus Hiſtoriæ vniuerſalis tractat. Nonum Scriptores Hiſtoriæ Gothorum, Longobardorum aliarumque gentium Barbararum perſequitur. Decimum Scriptores rerum Hebraicarum; Vndecimum Scriptores Rerum Orientalium. Duodecimum Scriptores Rerum Africanarum & Americanarum enumerat. Caput Decimum Tertium Scriptores Rerum Portugallicarum & Hiſpanicarum; Decimum Quartum Scriptores Regni Gallicani & Navarreni. Decimum Quintum Scriptores rerum Belgicarum; Decimum Sextum Scriptores rerum Britannicarum inducit. Prolixius deducuntur Scriptores Hiſtoriæ Germanicæ, qui varia capita conſtituunt. Caput Decimum Septimum quidem conſiderat Scriptores Hiſtoriæ Germanicæ Generalis, Archiepiſcopatuum, epiſcopatuum, Abbatiarum & Monaſteriorum: Decimum octauum Scriptores Rerum Auſtriacarum cum adnexis prouinciis: Decimum nonum Scriptores rerum Vngaricarum, Bohemicarum & Sileſiacarum. Caput Vigeſimum examinat Scriptores rerum Boruſſicarum & Brandenburgi-

burgicarum cum prouinciis: Vigeſimum Primum Scriptores Hiſtoriæ Bauaricæ & Palatinæ; Vigeſimum Secundum Scriptores Hiſtoriæ Saxonicæ; Vigeſimum Tertium Scriptores Hiſtoriæ Brunſuicenſis & Lüneburgenſis: Vigeſimum Quartum Scriptores Hiſtoriæ Principum Germaniæ; Vigeſimum Quintum Scriptores Hiſtoriæ Comitum, Ciuitatum Imperialium, Circulorum & Prouinciarum Imperii Romano-Germanici declarat. Ex Germania progreſſus fit per Heluetos, quorum Scriptores caput Vigeſimum Sextum conſtituunt, in Italiam, de qua Scriptores in capite vigeſimo Septimo referuntur. Superſunt adhuc regna ſeptentrionalia, & quidem Scriptores Hiſtoriæ Danicæ & Norwegicæ in capite vigeſimo octauo Scriptores Hiſtoriæ Suecicæ in capite vigeſimo nono, Scriptores Hiſtoriæ Polonicæ, Litbuanicæ atque Moſcouiticæ in capite Trigeſimo proponuntur. Vltimum eſt caput Trigeſimum Primum, quod agit de Scriptoribus, qui introductionem in Hiſtoriam regnorum dederunt, Geographicis, Chronologicis, Heraldicis, de Ordinibus equeſtribus, Calendariis & Dictionariis Hiſtoricis. In

Monar-

Monarchiarum deſcriptione antiquiores à recentioribus diſtinxi; Scriptores hiſtoriæ vniuerſalis ſecundum ſecula. Inter regnorum particularium Scriptores præmiſi ſemper qui chorographiam, ſtatum regionis vel naturam incolarum expoſuerunt. His ſubiunxi illos, qui originem gentis, hiſtoriam vel vniuerſalem regni vel ſecundum pericopas Regum deductam, vel denique particulares euentus & bella deſcripſerunt. Sequuntur demum qui ad politicam faciunt, tum formam regiminis, miniſtros præcipuos, intereſſe publicum, & quæ his adnexa; tum etiam ſtatum eccleſiaſticum, rem nummariam, inſignia atque alia explicantes. Extantiores Scriptores & qui maxime conſiderationis digni ſunt, non ſine iudicio prætermiſi: reliquos, medioxumos ſæpe & minorum gentium deos, adduxi quidem, ſolis tamen titulis ſuo ordine digeſtis contentus, ne quid intactum relinquerem, quod materiæ ratio poſtulauit. Facile mihi perſuadeo, reperiri adhuc quosdam, qui in hac tractatione fuerunt omisſi, atque alias recenſeri omnino mererentur. Condonabunt autem Beneuoli Lectores, cum nihil adhuc perfectum in libro-

librorum recenſione ſit præſtitum. Illud potiſſimum egi, vt libros ſecundum capita & claſſes diſponerem, vt cuilibet facile ſit, librorum vel omiſſorum vel recens editorum addere ſupplementa. Plures bibliothecæ non promitto, neque tamen plane denego, intentus interea hiſtoricis quibusdam elaborationibus, quarum ſpecimen propediem, Deo volente, euulgabitur. Vale.

CAPVT PRIMVM
DE
SCRIPTORIBVS BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ ET METHODO LEGENDI COGNOSCENDIQVE HISTORIAS

§. I. Scriptores bibliothecæ Hiſtoricæ. §. II. Scriptores de vitis & ſcriptis antiquiorum hiſtoricorum. §. III. Scriptores de vitis & ſcriptis recentiorum Hiſtoricorum. §. IV. Scriptores de methodo legendi cognoſcendique hiſtorias.

§. I.

Hiſtorica Bibliotheca ampliſſima eſt, quæ non ſolum plures complectitur claſſes, ſed etiam multitudine Scriptorum easdem ita adimplet, vt impoſſibile crederem

derem, eandem penitus exhaurire. Non defuere tamen, qui ſelectum bibliothecæ hiſtoricæ exhibere ſibi propoſuerunt. DHEGOREVS WHEAR quidem *relectiones hyemales* edidit de ratione & methodo legendi hiſtorias vtrasque, cum mantisſa de hiſtoricis gentium particularium, quarum editio eſt optima quæ *Cantabrigiæ 1684. 8.* prodiit, dum, reliquæ editiones, tum Noribergenſis, tum Tubingenſis mantiſſa illa ſint deſtitutæ. Huius autem iuſta eſt tractandi ratio, accurata de Scriptoribus iudicia, & methodus quam præſcribit, legendarum hiſtoriarum, omnino laudanda. Hunc Whearum nuper demum continuauit, IOANNES CHRISTIANVS NEU, *Tubingæ 1704. 8.* Ante Whearum ſimilia egit IOANNES ANDREAS BOSIVS, noſtræ academiæ decus, in ſuis *de prudentia & eloquentia ciuili comparanda* diatribis Iſagogicis, quæ ex recentiori editione, cura Georgii Schubarti prodierunt *Ienæ 1698. 4.* Hæ enim politicum non ſolum inſtruunt, ſed etiam hiſtoricum, dum de hiſtoricis pragmaticis iudicat, atque ordinem in iisdem legendis obſeruandum præſcribit egregie. Acceſſit huic editioni *notitia Scriptorum hiſtoriæ vniuerſalis*, quæ tunc primum edita. Priores diatribas iſagogicas tractatibus ſuis de phi-

philologia inſeruit THOMAS CRENIVS, *Lugduni Batauorum 1696. 4.* GERARDUS IOANNES VOSSIUS *de hiſtoricis Græcis* edidit libros IV, *Lugduni Batauorum 1650. 4.* & *de hiſtoricis Latinis, Lugduni Batauorum 1651. 4.* vtrique recuſi fuerunt *Francofurti ad Mœnum 1677. 4.* Certe de hiſtoricorum vita & ſcriptis optime agit, eosdem ſecundum ſecula diſtinguens, etiam illos, qui plenius de ſcriptoribus egerunt, indicans. Varios tamen næuos in eodem æque adnotarunt eruditi, præcipue in hiſtoricis Græcis. Cum vero ob tantum hiſtoricorum numerum plures eſſent Voſſio non memorati, eundem ſupplere conatus fuit IOANNES HALLERVORDIVS, *in ſpicilegio ſuo de hiſtoricis latinis, Ienæ 1672. 8.* Hos autem ordine alphabetico recenſet, in recenſendis tamen vita & ſcriptis longe breuior eſt Voſſio, immo multos intermiſcet, qui hiſtorici non ſunt. Singula quidem in maiori opere exponere conſtituerat; quod tamen ab eodem præſtitum non eſt. Poſt hunc idem egit CHRISTOPHORVS SANDIVS, cuius *notæ & animaduerſiones in Gerardi Ioannis Voſſii libros tres de hiſtoricis latinis* prodierunt *Amſtelodami 1677. 12.* Immo tam in exhauſta eſt bibliotheca hiſtorica, vt vtrorumque labores facile adhuc poſ-

ſint cõntinuari. BERNHARDVS MAL-LINCKROT *paralipomenon* edidit *de hiſtoricis græcis*, horum centurias quinque ordine alphabetico addens, *Coloniæ 1656. 4.* licet in iisdem recenſendis tam prolixus non ſit ac Voſſius. Næuos vero Voſſii adnotauit Reineſius. PAVLI BOLDUANI *bibliotheca hiſtorica*, *Lipſiæ 1620. 4.* ex catalogis nundinarum eſt depromta, & non niſi titulus librorum recenſet. Eiusdem farinæ eſt bibliotheca hiſtorica Georgii Draudii, quæ in bibliotheca eiusdem claſſica continetur. IOANNIS HENRICI BOECLERI *de Scriptoribus Græcis & latinis* commentatio poſthuma, *Argentorati 1674. 8*, omnis generis Scriptoribus quidem ab Homero vsque ad initium ſec. XVI. complectitur, potiores tamen ſunt hiſtorici. Ad hoc autem vtilis eſt, vt Scriptores ſecundum ſecula exinde dignoſcere diſcamus. Prodiit poſtea *Bibliographia Hiſtorico-Politico-Philologica*, *Germanopoli 1677. 8.* Collegium hoc eſt a Bœclero Argentorati olim habitum, quod poſt mortem eiusdem ab anonymo quodam fuit editum. Videmus in eodem ſcriptores non ſolum diſciplinarum recenſitos, ſed etiam ſcriptores hiſtoriæ particularis ſecundum terras ſuas digeſtos, nonunquam addita iudicia, certe

non

non leuia. Dolendum tamen, tam vitioſe eſſe editam, multos enim tum in auctoribus, tum in librornm titulis deprehendere licebit næuos. Hoc quidem non vitio auctoris, ſed vitio deſcribentium, prout in collegiis fieri ſolet. Addita quoque eſt Boſii diatribe de eloquentia & prudentia ciuili, ſub titulo: Bibliotheca politica contracta, quæ non ſine bile Hæredum Boſianorum ſæpius etiam corrupte fuit edita. Huc faciunt etiam MARTINI HANCKII tractatus *de ſcriptoribus Romanis atque Byzantinis*, de quibus tamen infra ſuo loco dicemus. Huc etiam facit IOANNIS ALBESTI FABRICII *Bibliotheca latina, Hamburgi 1697. 8*, ex qua tamen non ſolum hiſtoricorum, ſed etiam omnium auctorum veterum latinorum notitiam haurimus.

§. II.

Pergimus ad illos, qui vitas Hiſtoricorum ſcripſerunt, vbi primum memorandi, qui vitas antiquiorum recenſuerunt. *Vitam T. Liuii* Patauini deſcripſit IACOBVS PHILIPPVS THOMASINVS, *Amſtelodami 1670. 12.* Elegantiſſima eſt RENATI RAPINI *comparatio Thucydidis & Liuii*, quæ gallice proſtat *Pariſiis 1681. 12*, in qua tum virtutes, tum næui horum deſcribuntur.

Eoſdem ſecutus fuit DANIEL GEORGIVS MORHOFIVS *de Patauinitate Liuiana, Kilioni 1684. 4*, in quo tractatu etiam de vrbanitate & peregrinitate ſermonis latini uniuerſe agitur. Non immerito huc referuntur *Annales Velleiani Quintiliani, Statiani*, conſignati ab HENRICO DODWELLO, *Oxoniæ* e Theatro Schledoniano, *1698. 8.*, e quibus Velleiani potiſſimum huc faciunt, quos operibus Velleii præfixit Charlettus, *Oxoniæ 1695. 8*, ex quibus veram vitæ Velleianæ haurimus Chronologiam. De *Ammiani Marcellini vita, ſcribendi genere & libris* in præfatione ſua ad Ammiani opera docte egit HENRICVS VALESIUS, *Pariſiis 1681. f.* Vt taceam generales iſtos vitarum ſcriptores, vel collectores, qui hinc inde multa inſerunt de ſcriptoribus Hiſtoricis, de quibus tamen in capite quarto introductionis fuit dictum.

§. III.

Recentiorum hiſtoricorum vitas plures ſcripſerunt. PAULI IOVII quidem extant *vitæ Illuſtrium virorum* Tomis duobus, *Baſileæ 1578. f.* quibus de multis Italiæ hiſtoricis agit, in quos tamen non omnes æquum ſe exhibet. De Anglis Scriptoribus idem præſtitit auctor *Herologiæ Anglicanæ*, qua continentur effigies, vitæ & elo-

gia

gia clarorum ac doctorum aliquot Anglorum ab anno 1500 ad 1620, *Londini 1620. f.* quæ ob effigies nitidiſſimas, & multa ſingularia; de Principibus etiam apud Anglos viris æſtimantur. IOANNES IACOBUS BOISSARDUS *Bibliothecam* ſcripſit, ſeu theſaurum virtutis & gloriæ, in quo illuſtrium eruditione & doctrina effigies & vitæ continentur, *Francofurti 1627. 4.* Speciales quasdam celebriorum hiſtoricorum vitas quoque habemus deſcriptas. IOANNES HENRICUS BOECLERUS in parentali oratione Matthiæ Berneggeri obitum deſcribit. *Argentorati 1640.* *Vitam Nicolai Rigaltii* PETVS PVTEANVS, *Pariſiis 1652.* *elegantisſime ſcripſit* PETRVS GASSENDVS, *Hagæ 1651. 12.* *Vita Patris Pauli* ordinis ſeruorum, italice primum prodiit *Venetiis 1659. 12.* poſt latine verſa, atque præfixa ex recentiori editioni Lipſienſi hiſtoriæ eiusdem concilii Tridentini. *Vitam & Mortem Guilielmi Camdeni* deſcripſit DHEGOREVS WHEAR, *Oxonii 1628. 8.* Egregia eſt *vita Thomæ Smithi*, anglice *Londini 1628. 8.* qua multa quoque quæ ad Statum literarium, religionis & politicum ſub Eduardo VI & Eliſabetha apud Anglos geſta fuere, accurate enodantur. Secuta eſt alia *Ioannis Miltoni*, *Londini 1699.*

8, cuius auctor licet nomen non profeſſus, eſt IOANNES TOLANT, Hibernus. In hac ſpecialis vitæ & ſcriptorum Miltoni reperitur recenſio, characteres morum indicantur, controuerſia eiusdem cum Salmaſio, occaſione regicidii explanatur, atque plura tractantur memorabilia. Refutationem huius libri in quibusdam ſuſcepit auctor anonymus, qui ſcripſit *remarcks of the Lif Mr. Milton*, cui tamen Tolantes in libro quem inſcripſit *Amyntor*, reſpondet. Nec dubitandum, plures adhuc ſpeciales ſcriptorum ſupereſſe vitas, quæ partim horum operibus præmiſſæ, partim vero ſeparatim extant, facile tamen poterunt continuari. Tantum addimus PETRI BVRMANNI *orationem parentalem in obitum ſummi polihiſtoris, Ionnis Geargii Græuii*, quæ *Traiecti ad Rhenum 1703. 4.* excuſa.

§. VI.

Methodum legendi cognoſcendique hiſtoriam plures ſunt, qui deſcripſerunt. Antiquiores pleroſque coniunctos videmus in *Penu artis hiſtoricæ, Baſileæ 1574. 8. 3. Tomis.* Primo quidem Tomo continetur IOANNIS BODINI *Methodus hiſtoriarum*, FRANCISCI PATRITII *dialogi X de hiſtoria*, IOANNES PONTANVS *de hiſtoria*, FRANCISCVS BALDVINVS *de hiſtoria vniuerſa & eius*

& eius cum Iurisprudentia coniunctione. SEBASTIANI FOXII *de hiſtorica inſtitutione liber*, IOANNES ANTONIVS VIPERANVS *de ſcribenda hiſtoria*, FRANCISCVS ROBORTELLVS *de hiſtoria*, DIONYSIVS HALICARNASSENSIS *de Thucydidis hiſtoria cum Duditii præfatione.* Secundus Tomus habet CHRISTOPHORI MYLÆI *librum de hiſtoria vniuerſitate*, VBERTVM FOLIETAM *de ratione ſcribendæ hiſtoriæ & ſimilitudine normæ Polybianæ*, DAVIDEM CHYTRÆVM *de recte inſtituenda hiſtoriæ lectione.* LVCIANVM SAMOSATENSEM *de ſcribenda hiſtoria*, SIMONEM GRYNÆVM *de vtilitate legendæ hiſtoriæ*, CÆLIVM SECVNDVM *de eadem*, CHRISTOPHORI PEZELII orationem *de hiſtoria*, THEODORVM ZWINGERVM & IOANNEM SAMBVCVM *de hiſtoria* & denique ANTONIVM RICCOBONVM *de hiſtoria*, de eademque veterum fragmenta recens adiuncta. Sed iſti antiquiores ſunt, hodie parum vtiles, niſi quod Bodinus in methodo ſuo adhuc aliquam laudem mereatur, licet ſæpius in Germanos perquam ſit iniquus. Separatim prodiit REINERI REINECCII *methodus legendi, cognoſcendique hiſtoriam ſacram & profanam, Helmſtadti 1583. f.* ſed nimis hæc generalis eſt, & non hiſtoriam ſolum vni-

verſalem, ſed etiam chronologiam, geographiam, hiſtoriam eccleſiaſticam & ſcholaſticam, genealogiam & quid ſub quauis parte contineatur, delineans, nequaquam vero ordinem legendi hiſtorias præſcribens. Elegans & lectu dignisſima eſt eiusdem oratio *de hiſtoria eiusque dignitate*, quæ cum ſuperiore extat, ſed nec iſta methodum docet, potius hiſtoriæ dignitatem illuſtrat exemplis maxime principum virorum atque heroum, qui, vel ipſi rerum geſtarum annales compoſuerunt, vel eos, qui talia fecerunt, ſummo in pretio habuerunt. Elegantisſimum ſcriptum eſt ANDREÆ FRANCKENBERGERI, *qui inſtitutiones antiquitatis* edidit *& hiſtoriarum*, *Witteberga 1586. 8* in quarum tribus primis libris de iudicio & ſelectu auctorum erudite agit, quid ad hiſtoricum requiratur, declarat, hiſtoriæ antiquæ, partim etiam nouæ ſcriptores ad regulas iſtas examinat, & quis verus finis ſit hiſtoriæ, imitatio ſcilicet virtutis, emendatio vitæ & conſolatio in aduerſis, exponit. FRIDERICVS TILEMANNVS elegantem publicauit discurſum *de hiſtoricorum delectu*, *Witteberga 1597. 8*, in quo præcipue certas regulas præſcipſit de quouis ſcriptore iudicandi THOMAS BONIVS quoque *de hiſtoria libros* ſcri-

pſit, *Venetiis 1607. 8*, quorum primo libro agit de hiſtoria in genere, & hiſtorici quo ordine legendi, altero agit, quomodo comparatus eſſe debeat, qui hiſtoriam ſcribere adgreditur: in vtroque vero eſt breviſſimus, neque omnia ſatis implet. Sic etiam multa de hiſtoricis iudicia habet SEBASTIANVS MACCIVS libris III *de Hiſtoricis*, *Venetiis 1613. 4.* ſed abſurda ſunt & inania. BARTHOLOMÆVS KECKERNANNVS quoque de natura & proprietatibus hiſtoriæ commentationem edidit *Hannouiæ 1610. 8.* AVGVSTINVS MASCARDVS doctus Italus *de arte hiſtorica* italice ſcripſit *Romæ 1626. 4. & Venetiis 1655. 4* eleganter, ſed prolixe nimis. Supplementum ad illam ſcripſit italice PAVLVS PIRANVS, *Venetiis 1646. 4.* GERARDI IOANNIS VOSSII *de arte hiſtorica liber*, egregius eſt, in quo hiſtoriæ & hiſtorici naturam, Hiſtoriæque ſcribendi præcepta elegantisſime declarat, vitia & virtutes antiquiorum hiſtoricorum examinat. Elegantisſimus eſt IOANNIS EISENHARTI *de fide hiſtorica* commentarius, cui acceſſit oratio de coniungendis iurisprudentiæ & hiſtoriarum ſtudiis *Helmſtadti 1702. 8.* ex editione ſecunda, in quo hiſtoricam non in fama & notorio, ſed in iterata ſcri-

pto-

ptorum coæuorum adprobatione conſiſtere accurate deducit. Eundem tamen in multis notauit CHRISTIANVS THOMASIVS in diſſertatione ſua *de fide iuridica.* Hoc igitur ſcriptum cum Wheari relectionibus & Boſii diatribe omnibus veram hiſtoriarum lectionem amantibus eſſe debet commendatisſimum.

CAPVT SECVNDVM

DE

FONTIBVS HISTORIARVM, SCRIPTORIBVS ANTIQVIS ET RECENTIORIBVS MONARCHIÆ, ASSYRIORVM & PERSARVM.

§. *I. Scrpitores de Monarchia Aſſyriorum antiquiores.* §. II. *Scriptores recentiores.* §. III. *Scriptores de rebus Medo-Perſycis antiquiores.* §. IV. *Scriptores recentiores.*

§. I.

MOSEN, hiſtoricorum antiquiſſimum eſſe, res indubia eſt. Iſte quidem in hiſtoria creationis, ſtatu Patriarcharum, peregrinationibus Iſraelitarum multum

tam lucem præfert, in rebus vero gentium exterarum breuis eſt. Antiquisſimi ſunt ſcriptores, qui res primæ Monarchiæ deſcripſerunt, Beroſus, Cteſias, Megaſthenes. Horum tamen non niſi fragmenta, atque ſcripta ſuppoſititia ſuperſunt. BEROSVS quidem, ſacerdos Babylonius, tribus libris *Babylonica* condidit, ſiue *Chaldaica*, quibus etiam Asſyriorum, atque Medorum res complexus eſt, ſed non niſi fragmenta ab eodem ſuperſunt, quæ ſeruauit Ioſephus libro I. contra Apionem & libro I. antiquitatum Iudaicarum cap. V, IOANNES ANNIVS quidem, Viterbienſis monachus, illudere hominibus voluit, dum ſub Beroſi nomine ſcripta ederet, quæ ipſius eſſe venditauit, ſed nugæ ſunt, & ſola hominis figmenta. Edidit autem Annius *antiquitatum libros XVII, Pariſiis 1512. f.* poſt recuſos ſub titulo *Hiſtoriæ antiquæ*, ex bibliopolio Commeliniano 1599. 8. in hac continentur *Beroſi antiquitatum totius orbis libri V, Manethonis ſupplementorum ad Beroſum liber. I, Xenophontis æquiuoca, Fabii Pictoris de aureo ſeculo & origine vrbis Romæ libri II, Myrſilii Lesbii de bello Pelasgico liber, M. Catonis fragmenta de Originibus, Antonini Pii itinerarium, C. Sempronius de diuiſione Italiæ, Archilogus de temporibus, Megaſtenes de iudiciis temporum &*

An-

Annalium Perſarum, *Philonis Iudæi breuiarium de temporibus*, *Claudii Marii Aretii de ſitu Siciliæ liber, eiusdemque dialogus quo Italia deſcribitur.* Tantum adplauſum hæ antiquitates inuenerunt, vt in omni fere hiſtoria fidem mererentur apud plerosque: Hiſpanicarum plerumque rerum Scriptores Beroſi & Annii fidem quam ſæpiſſime fuerunt ſecuti. Vbi tamen a nugis ſapere cœperunt eruditi, hæcce Annii eſſe figmenta probe adgnouerunt. Optimum eſt Ludouici Viuis teſtimonium, quod de tradendis diſciplinis lib. V. habet p. 507 ubi ait: *libellus circumfertur Beroſi Babylonii titulo, ſed commentum eſt, quod indoctis & otioſis hominibus mire adlubeſcit: cuiusmodi ſunt Xenophontis æquiuocatum, Archilochi, Catonis, Sempronii & Fabii Pictoris fragmenta, quæ eodem ſunt libro ab Annio Viterbienſi conferruminata, commentisque reddita magis ridicula: non quin inſint in illis quædam vera, (nam alioqui fontem non haberet narratio,) ſed ipſum hiſtoriæ corpus commentitium eſt: nec illius, cuius titulum mentitur.* *Manethon Aegyptius & Metaſthenes Perſa ex Euſebio ſunt deſumti.* Quare etiam Andreas Schottus in bibliotheca ſua Hiſpanica p, 354. atque alii, quos indicauimus in diſſertatione de doctis impoſtoribus operoſi ſunt in detegenda Annii impo-

impoſtura, CTESIÆ *Aſſyriaca* interiere, de Perſicis non niſi pauca ſuperſunt fragmenta. His igitur deficientibus vtimur DIODORI SICVLI *Bibliotheca Hiſtorica*, quæ græce & latine prodiit cura Laurentii Rhodomanni: *Hanouiæ 1604. f.* apud Wæchelios. Opus triginta eſt annorum, cuius ex XL libris, XV tantum habemus ſuperſtites. Quid tractauerit ipſe, teſtatur in præfatione, dum ait: *ex libris noſtris primi quidem ſex continent res ante Troianum bellum geſtas, eaque quæ fabulis de ſæculo iſthoc prodita fuerunt, horumque priorum tres Barbarorum, proxime ſequentes Græcorum antiquitates continent. In ſequentibus vndecim, res vbique locorum geſtas aut bello Troiano vsque ad Alexandri interitum deſcripſimus.* Quinque priores quidem libros ſuperſtites habemus; non autem ſequentes quinque, quibus memoria regnorum Orientis pertractatur. Illi quidem ad enodandas de diis fabulas atque genealogias, explicandamque veterum Geographiam faciunt. Reliqui qui ſuperſunt, res Græcorum tum populorum, tum Alexandri M & ſucceſſorum egregie illuſtrant. Sæpius tamen in chronologia & computandis Olympiadum annis, Romanorumque magiſtratibus labitur. Immo etiam fides eiusdem quan-

do-

doque, vbi fidem Cteſiæ ſequitur, in rebus antiquioribus vacillat. Ad Chronologiam indagandam facit ex antiquioribus EVSEBIVS in *Chronico*, quod cum vaſto Ioſephi Scaligeri commentario prodiit *Amſtelodami 1658. f.* Huic iungendus quoque eſt GEORGIVS SYNCELLVS, qui iulii Africani & chronographorum fragmenta ſeruauit atque *Chronographiam* ſuam deduxit ab Adamo vsque ad Diocletianum; *Pariſiis 1652. f.* ex typographia regia.

§. II.

Ex his antiquorum fontibus ſua hauſerunt Recentiores, inter quos excellit IOANNIS MARSHAMI *Canon Chronicus Aegyptiacus, Hebraicus, Græcus, Londini* primum *1672. f.* editus, poſt *Franeckeræ 1698. 4.* Quo ſane nihil hac in re doctius vel vtilius. Non enim ſolum origines regnorum tradit, ſucceſſiones regum in regnis primæ & ſecundæ Monarchiæ, ſed etiam Canones chronicos illuſtrat. Huc facit CHRISTIANI SCHOTANI *Bibliotheca Hiſtoriæ Sacræ V. T. Franeckeræ* edita *1662. f.* & qui accuratiores adhuc ſunt IACOBI VSSERII *annales Veteris Teſtamenti, Londini 1650. f,* qui dum Annales ſcribunt V. T. rerum

Aſſia-

Aſiaticarum quoque & Aegyptiacarum hiſtoriam atque Chronologiam tradunt. Ad genealogiam priorum Regum facit REINERI REINECCII *Hiſtoria Iulia*, Helmſtadii 1595. *f*, in qua non ſolum ſucceſſiones Regum, ſed etiam horum origo atque familia deſcribuntur, Illuſtrium etiam Heroum. Hinc multa continet ex fabulis petita. In Chronologia accuratiſſimus eſt DIONYSIVS PETAVIVS, cuius *de doctrina temporum* Opus, *Pariſiis* primum prodiit *1627. f.* poſt recuſum eſt *Amſtelodami 1704. f. 3.* tomis In hoc enim etiam Scaligerum ſæpius emendauit. Varias quæſtiones circa ſucceſſiones Regum Aegyptiacorum atque Aſſyriorum decidit NICOLAVS ABRAMVS in *pharo Veteris Teſtamenti*, qui prodiit *Pariſiis 1648. f.* non tamen vbique ſatis iuſte. De Aſiæ & Aegypti antiquiſſimis dynaſtiis HERMANNI CONRINGII *adverſaria* extant *chronologica*, *Helmſtadti 1648. 4.* in quibus non ſolum vanitatem priorum Scriptorum arguit, ſed etiam multa illuſtrat egregie *Aſſyrio-Chaldæorum primordia* in erudita diſſertatione deſcripſit CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, quæ inter opera eiusdem hiſtorico-politica *Berolini 1699.* edita, prima eſt. De *genuina etate Aſſyriorum & regno Medorum* VLRICI

HVBERI *diſſertationes VII* extant *Franeckeræ 1663. 8*, quibus Cteſiæ ſententiam de mille ſexcentis annis, quibus ſteterit imperium Aſſyriorum, defendit. Hanc tamen CHRISTOPHORVS CELLARIVS V. C. in ſua *diſſertatione de principio regnorum & rerumpublicarum* refutare nititur; prodiit *Halæ 1697. 4.*

§. III.

In Medio-Perſarum hiſtoria primas facit HERODOTVS Halicarnasſeus, pater dictus ethnicæ hiſtoriæ. Huius *Hiſtoriarum libri IX* cum Laurentii Vallæ interpretatione latina, & ſpicilegio Friderici Sylburgii, additis Cteſiæ excerptis prodierunt *Francofurti 1608. f.* Muſarum nomina libris ſuis indidit, atque hiſtoriam ſuam a Gyge, Lydorum Rege, per Medorum, Perſarumque deducit tempora, vsque ad Xerxis fugam ex Græcia. Multum eidem in Perſicis debemus, in rebus vero Aegyptiorum non vbique eſt accuratus. Fabuloſas quaſdam narrationes immiſcet, in quibus autem vti ipſe ſcribit, ad aliorum fidem ſe refert. Splendidior eſt editio, quam procurauit Thomas Gale, *Londini 1679. f.* Singulorum Herodoti librorum contenta deſcripſit Whear ſect. VIII. Herodoto acceſſerunt fragmenta CTESIÆ *de rebus*

Perſicis, cuius tamen in ſcribendo vanitatem vel omnes agnoſcunt. Ad hanc autem hiſtoriam præter Diodorum Siculum, Iuſtinum, de quo infra, & Chronographos, facit quoque CORNELIUS NEPOS, qui Græcorum cum Perſis bella per vitas illuſtrium deſcripſit. Perperam Aemylio Probo Theodoſiani æui adſcribuntur, cum ſtylus omnino ætatem auream ſapiat, quæ ſimplex quidem eſt, ſed purus & elegans. Optima eſt editio, quæ cum Commentariis Dionyſii Lambini & variis Guiberti Longolii, Hieronymi Magii & Ioannis Sauaronis notis prodiit *Francofurti 1608. f.* apud hæredes Aubrianos. Hanc enim plerique recentiores editores fuere ſecuti. Ex editionibus minoris formæ commendatisſima eſt Ioannis Andreæ Boſii, cum Lambini, Henrici Ernſtii aliorumque notis, *Ienæ 1625. 8.* melior eſt ea, quæ cura Georgii Caſparis Kirchmaieri *Witteberga 1665. 8.* prodiit. Communis vſus eſſe ſolet editio, quæ cum breuibus Ioannis Henrici Bœcleri notis a Ioanne Vorſtio, *Lipſiæ, 1662. & 1669. 8.* edita. Elegantior tamen, quæ cum tabulis Chronologicis ac geographicis a Chriſtophoro Cellario edita *Lipſiæ 1689. 12.* Splendidisſima, quam in vſum Delphini Nicolaus Courtinus edidit *Pariſiis 1675. 4.* XENO-

 PHON-

PHONTIS *Cyropædia* non ad hiſtoriæ fidem ſcripta eſt, ſed ad effigiem iuſti imperii. Hanc etiam debemus Ioanni Leunclauio, *Francofurti 1596. f.* apud Wæchelios.

§. IV.

Ex recentioribus *Medo-Perſarum initia* illuſtrauit accuratiſſime CONRADVS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS, vir celeberrimus, quæ eſt diſſertatio ſecunda inter opera hiſtorico-politica. IOANNES CHRISTOPHORVS ARTOPAEVS *diatribem* edidit *hiſtoricam de Xerxe, Nebucadnezare, Cyro minore, Argentorati 1689. 4.* qua probare contendit, Nabuchodonorum eſſe ipſum Xerxen, Cyrum minorem Darii nothi filium. Regimen vero, ritus & antiquitates Perſarum BARNABAS BRISSONIUS deſcribit tribus *de regio Perſarum principatu libris, Pariſiis 1606. 4.* qui liber doctus quidem eſt, ſed ſcientiæ politicæ exiguum fructum habet.

CAPVT TERTIVM
DE
SCRIPTORIBVS MONARCHIÆ GRÆCORVM ET REGNORVM ASIATICORVM.

§. I. Scriptores antiqui de rebus Græcorum. §. II. Scriptores antiqui de Statu Græciæ liberæ. §. III. Curtii hiſtoria Alexandri M. §. IV. Scriptores antiqui de Regibus Aſiaticis. §. V. Scripta Ioannis Meurſii de rebus Græcorum. §. VI. Scriptores alii recentiores de rebus Græcorum. §. VII. Scriptores recentiores de hiſtoria Regum Aſiaticorum.

§. I.

ANtiquiſſima rerum Græcarum fabula; eſt de excidio Troiano. De cuius Scriptoribus multis hic agere ſuperuacaneum puto, cum de iis plenius iamdum egerim obſeruatione I & II Tomi Tertii Halenſium. Pater huius fabulæ eſt HOMERUS, ſcriptor mendax, cuius auctoritatem reliqui fuerunt ſecuti. Certiora ſunt quæ deſcribit IVSTINVS. Huius enim extant *Hiſtoriarum Philippicarum, & totius mundi Originum & terræ ſitus ex Trogo Pompeio excerptarum libri XLIV.* Excerpta ſunt ex totidem libris Trogi Pompeii. Hic enim a Nino vsque ad Cæſarem Auguſtum vniuerſalem & potiſſimum Græcam hiſto-

rium regni Macedonici ſub Hiſtoriarum Philippicarum titulo deſcripſerat. Harum autem Iuſtinus ait, ſe per otium quo in vrbe verſaretur, cognitione quæque digniſſima excerpiſſe & omiſſis his, quæ nec cognoſcendi voluptate iucunda, nec exemplo neceſſaria iudicaret, breue veluti florum corpuſculum feciſſe. Editiones ſunt variæ, eximia eſt Iacobi Bongarſii, quam ex Cuiacii & Puteani ſchedis, aliisque manuſcriptis emendauit & doctiſſimis notis, atque tabulis Chronologicis illuſtrauit, *Pariſiis 1581. 8.* Commendanda quoque eſt ob textum emendatum, Florentina, quæ *1515* apud Iuntas prodiit. Matthæus Berneggerus in editione ſua, Bongarſii & ſuas adiecit notas, atque indicem Freinsheimii, *Argentorati 1666 8.* Antonii Thyſii prodiit cum notis variorum, *Lugduni Batauorum 1650. 8.*, Tanaquili Fabri, *Salmurii 1671. 8* Io. Vorſtii, *Berolini 1673. 8.* Ioannis Schefferi, *Vpſaliæ 1678. 8.* quarum vtraque indicem Freinsheimianum adnexum habemus. In vſum Delphini ſuam edidit Petrus Ioſephus Cantelius, *Pariſiis 1677. 4.* Præ cæteris vero commendanda eſt editio Ioan. Georgii Græuii, *Lugduni Batauorum 1683. 8.*, ex officina Hackiana, quæ ob notas & ſuas & integras variorum atque indicem egre-

gregia eſt. Recuſa hæc Grauii editio, reiectis aliorum, ſolis ipſius retentis notis & indice Freisheimiano, *Amſtelodami 1694. 12.* Gallica verſio Iuſtini cum animaduerſionibus per *D. L. M.* prodiit *Pariſiis 1694. 12.* Herdoti æmulatione ad hiſtoriam condendam incitatus fuit THUCYDIDES, qui *bellum Peloponneſiacum*, cui ipſe interfuit, octo libris complexus eſt. Primo quidem libro veteris Græciæ ſtatum ab Argonautarum vsque, & belli Troiani temporibus repetit, bellum inter Corinthios & Corcyræos, atque alia ante Peloponenſiacum deſcribit, vt cum illo conferat bella anteacta. Huius demum occaſionem, cauſſas, originem & progreſſum per viginti annos declarat, vt plenius librorum contenta deſcribit Whear, ſect. IX. Res geſtas autem narrat, & bella & prælia grauiter & probe, in concionibus diſertus quidem eſt, ſed quodammodo breuis & obſcurus. Eleganter de hac hiſtoria ſcribit Bœclerus de ſcriptoribus antiquis p. 15 *Thucydidis hiſtoria*, ait, *refert Imperii noſtri Romano-Germanici ſtatum, ſi partes potiores, in quas diuidimur; partium ſtudia & conſilia, & hinc emergentia, penitius ad inuicem contendamus.* Optima eſt editio, quæ græce & latine, ex interpretatione Laurentii Vallæ,

ab Henrico Stephano recognita prodiit *1588. f* recuſa apud VVæchelios. Thucydidem quaſi continuauit XENOPHON, in ſuis *de rebus Græcorum libris* VII. Quadraginta octo annorum hiſtoriam deſcripſit, a reliquiis belli Peloponneſiaci, vsque ad pugnam Mantinenſem. Hunc ob ſermonis elegantiam, Muſam Atticam dixerunt, nec minus æſtimatus ſemper fuit ob ſcribendi prudentiam, ita vt Scipio eum deponere non potuiſſet, quam primum ad eius lectionem animum adplicaſſet. Eiusdem eſt *de Republica Laconica* liber, qui cum aliis inter opera eius extat a Ioanne Leunclauio edita, *Francofurti 1596. f* apud Wæchelios Xenophontem quaſi continuauit DIODORVS SICVLVS, ab extremo libri decimi quinti. Ipſe enim in fine anni 2 Olympiadis 104. ita loquitur: *hoc anno Xenophon Athenienſis, Græcorum hiſtoriam cum Epaminondæ interitu concludit*, atque pergit vsque ad tempora Alexandri M & ſucceſſorum. Sic etiam *Græcorum geſta poſt pugnam ad Mantineam* explicauit GEORGIVS GEMISTHIVS PLETHO *Baſileæ 1540. f.*

§. II.

Statum Græciæ adhuc liberæ quidem, ſed per Philippum fere ſupprimi cœptæ deſcribit DEMOSTHENES in *Philippicis* tri-

tribus in odium Philippi Macedonis ſcriptis, & *Olynthiacis* tribus, quibus Athenienſes ad bellum cum Philippo inſtigare conatur. Hæ autem inter eius Opera extant ab Hieronymo Wolphio edita *Baſileæ* 1572. *f.* ALEXANDRI M. vitam deſcriptam & cum Iulii Cæſaris comparatam videmus à PLVTARCHO in vitis parallelis, in quibus etiam Eumenis, Solonis, Theſei, Lycurgi aliorumque Græcorum deſcriptas habemus. Optima eſt editio, quæ ex verſione Guilielmi Xylandri prodiit *Francofurti* apud Wæchelios 1620. *f.* Speciatim vero ARRIANVS Nicomedienſis, ad Xenophontis imitationem ſeptem libris eleganti dicendi genere, græce vitam Alexandri deſcripſit. Octauus quidem liber vulgo additus de Alexandri expeditione Indica, Arriani non eſt, potius ex Photio deſumtus. Hæc autem deſcriptio eſt accurata, in qua maxime ſecutum ſe dicit Ptolomæum Lagi & Ariſtobulum, qui iam Alexandri expeditiones deſcripſerant, non vero ſuperſunt amplius.

§. III.

Ex latinis illud egit Q. CVRTIVS RUFVS. Vix ſcriptor Romanus eſt, de cuius vel ætate vel fide magis diſceptatur, quam de hoc, cum alii fœtum dicerent ho-

minis Itali, vix ante trecentos annos compoſitum, alii Curtium ad ætatem Tiberii, Claudii, Veſpaſiani vel Traiani referrent. Fœtum Spurium non eſſe optime demonſtrauit Ioan. Chriſtoph. Wagenſeilius in pera iuuenili Tomo IV. p. 178. Sub Veſpaſiano autem eundem ſcripſiſſe veroſimillimum eſt. Hiſtoria eſt rerum ab Alexandro M geſtarum, eleganti quidem ſed conciſo nimis & poetico ſtylo conſcripta. Præter lacunas quasdam, deſunt integri libri duo priores; quos ſupplere conati ſunt CHRISTOPHORVS BRUNO, & IOANNES FREINSHEIMIUS; quorum tamen ſtylus non vbiuis conuenit. CHRISTOPH. CELLARIVS, Cum Brunonem ſterilitate, Freinheimium prolixitate, labore animaduerteret, ſuccinctis & elegantibus ſupplementis ſuis vtrosque ſuperauit. Inter editiones commendanda eſt ob natas *Titi Popmæ, 1622. 12.* Editio *Matthiæ Raderi* ob notas ampliſſimas atque eruditas æſtimanda eſt: prodiit *Coloniæ 1623. f.* Præferenda tamen editio optima *Ioannis Freinsheimii*, quæ cura Ioannis Henrici Rapp prodiit *Argentorati 1670. 4* cuius notæ omnium ſunt præſtantisſimæ, licet multa ex Radero deſumſit. Ex hac compilata eſt, quæ *cum notis variorum* dicitur atque ex Elzeueriana prodiit *Lugdu-*

Lugduni Batauorum 1649. & 1673. 8. Pleraque ex Freinsheimiana in ſuam tranſumſit *Michael le Tellier*, quæ in vſum Delphini prodiit *Pariſiis* 1678. 4 *Samuel Pitiſcus* ſuam *Vltraiecti* 1687. 4 edi fecit, atque ad vſum ſtyli potiſſimum accommodauit. Nouam ſupplementis, indicibus & tabulis geographicis, notis etiam breuibus, ſed elegantiſſimis adornauit *Chriſtophorus Cellarius*, *Lipſiæ* 1688. 12. In gallicum ſermonem hunc tranſtulit *Claudius Faber Vaugelas* *Pariſiis* 1693. 4 cui verſioni integros triginta annos inſudaſſe dicitur, atque multum olim æſtumata, licet hodie genius linguæ gallicæ a priori multum immutatus. Freinsheimii vero ſupplementum in gallicum ſermonem tranſtulit *Petrus Ryerus*. Vnicum ſaltim addimus: Ioannes Clericus in arte ſua Critica cenſor nimius fuit Curtii, contra quem IACOBVS PERIZONIVS ſcripſit *Quintum Curtium Rufum reſtitutum in integrum & vindicatum per modum ſpeciminis a variis accuſationibus & immodica criſi Ioannis Clerici*, *Lugduni Batauorum* 1703. 8.

§. IV.

Regum Aſiaticorum, Alexandri M. ſucceſſorum, hiſtoria hauriri quodammodo poteſt ex POLYBII *eclogis legationum*, quæ notis Fuluii Vrſini illuſtratæ prodierunt,

Ant-

Antwerpiæ 1582. 4. Sic etiam Aſiæ regum bella cum Romanis optime deſcripſit APPIANVS in *Mithridaticis & Syriacis*; quæ cum operibus eius prodierunt græce & latine cum notis Henrici Stephani, ex recenſione Alexandri Tollii, *Amſtelodami 1670. 8.* Vniuerſam Græciam veterem, eiusque prouinciarum, vrbium ac populorum notitiam decem libris complexus eſt PAVSANIAS. Eosdem græce primum excudit *Aldus Manutius, Venetiis 1516. f.* Poſtea, adiecta Romani Amaſæi translatione & notis *Friderici Sylburgii* atque Guilielmi Xylandri editos habemus *Hanouiæ 1613. f.* Sed præferenda adhuc eſt, quam cum horum notis integris, ordine diſpoſitis, adiectis propriis procurauit *Ioachimus Kühnius, Lipſiæ 1696. f.* Addimus demum POLYBII *hiſtoriam gentis Achæorum*, quæ inter alia eiusdem extat.

§. V.

Ex recentioribus, Græciæ liberæ ſtatum, hiſtoriam, antiquitates & ritus nemo melius deſcripſit IOANNE MEVRSIO, cuius ſcripta quæ huc faciunt, hic recenſere non incongruum erit. Sunt autem, *Solon*, ſeu de eius vita, legibus, dictis atque ſcriptis, *Hafniæ 1632. 4. Piſiſtratus*, ſeu de eius vita & tyrannide, *Lugduni Batauorum 1623. 4.*

Cecro-

Cecropia, ſeu de Athenarum arce & antiquitatibus, *Lugduni Batauorum* 1612. 4. *Atticarum lectionum libri VI*, *Lugduni Batauorum* 1617. 4 *de populis Atticæ*, *Lugduni Batavorum* 1616. 4 *Archontes Athenienſes*, *Lugduni Batauorum* 1622. 4 *Fortuna Attica*, ſeu de Athenarum origine & incrementis, *Lugduni Batauornm* 1622. 4. *Areopagus*, ſeu de ſenatu Areopagitico, *Lugduni Batauorum* 1624, 4 *de ludis Græcorum*, *Lugduni Batauorum* 1622. 8. *Græcia feriata*, ſeu de feſtis Græcorum, *Lugduni Batauorum* 1619. 4 *Regnum Atticum*, ſeu de Regibus Athenienſium eorumque rebus geſtis, *Amſtelodami* 1633. 4 *Eleuſinia*, ſeu de Cereris Eleuſinæ Sacro, ac feſto, *Lugduni Batauorum* 1619. 4 *Panathenæa*, ſeu de Mineruæ gemino feſto, *Lugduni Batauorum* 1619. 4 *Athenæ Atticæ*, ſeu de præcipuis Athenarum antiquitatibus, *Lugduni Batauorum* 1624. 8, *Ceramicus geminus*, ſeu deſcriptio loci in & extra Athenarnm vrbem, *Traiecti* 1603. 4. *Miſcellanea Laconica*, cura Samuelis Puffendorffii, *Amſtelodami* 1661. 4 in quibus de Lacedæmoniorum ritibus, diis, politia, vrbibus & viris claris, aliisque ad res Græcorum facientibus agit. *De regno Laconico* libri II, *de Piræeo* liber ſingularis & *in Helladii Chreſtomathiam animaduerſiones*, quas ex Bibliotheca Suecica

edi

edi primum curauit Ioannes Georgius Græuius, *Vltraiecti 1687. 4.* Omnia ſunt eruditiſſima, atque dolendnm omnino eſt, quod non integrum rerum Græcanicarum ſyſtema ab eodem habemus.

§. VI.

Rempublicam *Athenienſem* atque *Spartanam* deſcripſit CAROLVS SIGONIVS, *Francofurti 1593. f* & BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS, *Hanouiæ 1610. 8.* NICOLAVS CRAGIVS, *de Republica Spartana*, & NICOLAVS SIENICIVS, *de politia ſeu republica Spartana, Dantiſci 1606. 4. Reipublicæ Achæorum & Veientium fatum* Belgis ſuis in exemplum propoſuit MARTINVS SCHOOCKIVS, *Traiecti 1664. 12. Magiſtratus Athenienſium* explicat GVILIELMVS POSTELLVS, *Lugduni Batauorum 1648. 12*, & cum notis Ioannis Friderici Heckelii, *Lipſiæ 1691. 8.* Varias Græcorum res, limites, prouincias, reges & duces, mores etiam atque conſuetudines deſcribit WOLFGANGVS LATZIVS in *hiſtoricarum commemorationum de rebus græcis libris duobus Hanouiæ 1605. f* editis, licet in iisdem, prout in aliis ſolet, nonnunquam labatur. Inſignes ſunt *reſpublicæ Græcorum* ab VBBONE EMMIO deſcriptæ, *Lugduni Batauorum 1626. 8.* & *Lugduni Batauorum 1632. 12* ex Elzeuiriana,

quod

quod ſcriptum optimum eſt inter recentiores, cum ex illo plenam rerumpublicarum Græciæ notitiam capere liceat. *Græciæ vniverſæ & minoris Aſiæ numiſmata* exhibet & explicat HVBERTVS GOLTZIVS *Antwerpiæ 1644. f.* Hiſtoriam & *antiquitates Macedonicas* IOANNES BAPTISTA CROPHIVS, ductu Ioannis Andreæ Schmidtii ex rariſſimis quibusdam numiſmatibus Muſæi Sagittariani deduxit *Ienæ 1682. 4*, quæ demum cum aliis Schmidtii opuſculis prodiere.

§. VII.

Hiſtoriam Ptolomæorum Aegypti Regum ad fidem numiſmatum accommodatam deſcripſit IOANNES VAILLANTIVS, *Amſtelodami 1701. f.* Eandem accurate deduxit ex Scriptoribus optimis, nummos, quotquot extant, ſimul per icones exhibens, atque explicans, ipſosque Ptolomæos reges probe diſtinguens. Adiecit Aegyptum numiſmaticam, in qua vrbium Aegypti nummos ordine alphabetico deſcribit. Antea idem Vaillantius ediderat *Seleucidarum imperium ſiue hiſtoriam Regum Syriæ, Pariſiis 1681. 4*, eadem ratione per numiſmata deductam. *Annos & epochas Syro-Macedonum in vetuſtis vrbium Syriæ monumentis præſertim Medicæis, additis faſtis conſula-*

ſularibus, erudite illuſtrauit FRANCISCUS HENRICUS NORIS, *Florentiæ 1689. 4.* Auctior deinde & in quibusdam emendatior prodiit *Florentiæ 1692. 4.* Acceſſit diſſertatio de cyclo Paſchali, in qua refutat Harduinum, qui tamen ſe ſub nomine Eumenii Pacati defendit, Idem de *Ptolomæis Regibus* IACOBUM SIRMONDUM, *de Seleucidis* vero NICOLAUM CLAUDIUM FABRICIVM, *Peireſcium* meditatum fuiſſe teſtatur Gaſſendus in vita p. 13. CHRISTIANUS WAGNERVS quoque paſtor apud Lipſienſes, vir excellentis ingenii, *Arſacidarum*, Parthiæ Regum *hiſtoriam* ex nummis illuſtrare inſtituerat, ſed morte præventus non perfecit. Addimus tandem GVILIELMI LOYDII *ſeriem Chronologicam, Olympiadum, Pythiadum, Iſthmiadum, Nemeadum, Oxoniæ 1700. f* ex theatro Scheldoniano, quæ in definienda Græcorum chronologia eſt accuratisſima.

CA-

CAPVT QVARTVM

DE

SCRIPTORIBVS RERVM ROMANARVM IN STATV LIBERO

§. I. Diuiſio Scriptorum Monarchiæ Romanæ §. II. Scriptores de origine Romanorum §. III. Qui ad notitiam ſcriptorum hiſtoriæ Romanæ introducunt §. IV. Scriptores antiqui hiſtoriæ rerum Romanarum §. V. Scriptores qui coniunctim Corpus Scriptorum Hiſtoriæ Romanæ ediderunt §. VI. Scriptores particulares hiſtoriæ Romanæ antiqui §. VII. Scriptores hiſtoriæ Romanæ in ſtatu libero recentiores §. VIII. Scriptores de Faſtis Romanis.

§. I.

POtiorem partem inter Hiſtoricos faciunt Scriptores Monarchiæ quartæ, qui tamen vel Statum Romanorum liberæ Reipublicæ deſcribunt, vel hiſtoriam

 im-

Imperatorum, vel hiſtoriam ſeculorum vniuerſalem, vel denique Statum regnorum particularium: de ſingulis dicendum erit ſpeciatim.

II.

Origo Romanorum multis fabulis eſt intermixta, a variis ſcriptoribus, antiquis æque, quorum tamen pauci adhuc ſuperſunt, atque recentioribus pertractata. Q. FABIVS PICTOR ſcriptorum antiquiſſimus habetur, cuius *annales* omnes citant rerum Romanorum veteres, qui tamen non ſuperſunt amplius. Publicauit quidem IOANNES ANNIVS libros duos de aureo ſeculo & origine Italiæ, ſed ab eodem ſunt ſuppoſiti. Alii ſunt ex Scriptoribus antiquis M. PORCIVS CATO, A. POSTUMIUS, L. CINCIUS, CALPURNIUS PISO, S. GELLIUS, Q. ENNIVS, Q. LUTATIVS, M. TERENTIVS VARRO, atque ex Græcis DIOCLES PEPARÆTHIUS & CEPHALO GERGITHIVS, de quibus tamen nihil, vel pauca tantum fragmenta ſuperſunt. SEXTI AVRELII VICTORIS liber extat *de origine gentis Romanæ*, quam a Iano atque Saturno, conditoribus deducit, licet de auctore libri adhuc diſceptetur. Ex recentioribus habemus OCTAVIANI FERRARII librum *de origine Romanorum*,

norum, quem tamen, dum morte præventus, abſoluere non potuit. Finem igitur impoſuit *Bartholomæus Capra*, ICus Mediolanenſis, qui ad Trbianos Romanorum refert originem, quod etiam ex ipſis Ferrari verbis anterioribus haut obſcure concluditur. Præmiſſus eſt liber tomo primo theſauri antiquitatum Græuiani. Poſt hunc SAMVEL BOCHARTVS de quæſtione, *num Aeneas vnquam fuerit in Italia*, diſſertationem ſeu epiſtolam ſcripſit ad dominum de Segrais, quam ex gallico in latinum ſermonem vertit Ioannes Schefferus, Argentoratenſis: Prodiit *Hamburgi 1672. 12*, eandemque quæſtionem pro negatiua decidit. Illud cum antea quoque in Italia antiqua egiſſet Philippus Cluuerus, vtrisque reſpondet THEODORVS RYCKIVS in ſua *de primis Italiæ colonis & Aeneæ aduentu* eruditiſſima diſſertatione, quæ prodiit cum Lucæ Holſtenii notis in Stephanum de vrbibus, *Vltraiecti 1691. f.* In hac autem præcipue capite duodecimo, ſingula eorumdem argumenta refellit, incerta tamen per magis incerta explicat. Vltimum facimus IACOBVM HVGONEM, canonicum Belgam, qui librum primum, (plures tamen non fuerunt ſecuti) edidit ſub titulo: *vera hiſtoria Romana, ſeu origo Latii vel Italiæ*

ac Romanæ vrbis tenebris longæ vetuſtatis in lucem producta, Romæ 1655. 4. Nugas tamen potius ſcripſit, quam hiſtoriam. Quare etiam ſingulari diſſertatione eundem refutauit EBERARDVS RVDOLPHVS ROTH, *Ienæ 1672. 4.* Primum quidem varia & veterum & recentiorum congeſſit teſtimonia, quibus diſſenſum de vrbis Romæ origine & Romam ante Romam conditam probet. Poſt hæc, omnia quæ de Troiæ euerſione cecinit Homerus, ad duplex Hieroſolymitanum excidium, alterum ſub Nebucadnetzare factum, alterum ſub Tito, cogit, quaſi vtrumque poeta præſagiens viderit: ſub Iliade Seruatoris noſtri vitam, res geſtas & mortem contineri ait, Romulum & Remum eſſe Petrum & Paulum: ſub Aeneæ in Italiam aduentu nihil aliud notari quam Petri aduentum in vrbem Romam. Homerum quoque Muhammediſmum, multa ſchiſmata, ſectas & eccleſiæ corruptelas prævidiſſe: ſub Harpyiis Batauos, quaſi eccleſiaſticorum bonorum raptores intendiſſe, ſub Iotophagis Lutheranos immo Lutherum & Melanchthonem ad viuum ab Homero depictos contendit, & quæ nugæ ſunt ſimiles. Plenius ea, quæ ad Scriptores de origine Romanorum faciunt congeſſi obſeruatione tertia Tomi tertii Halenſium.

§.III.

§. III.

Ad rerum Romanarum liberæ Reipublicæ Scriptores noſcendos facit primum PETRI ANGELI BARCAEI libellus, *quo ordine ſcriptorum hiſtoriæ Romanæ monumenta ſint legenda*, qui cum aliis diſſertationibus de ſtudiis inſtituendis prodiit *Amſtelodami 1645. 12.* & cura Thomæ Crenii, *Lugduni Batauorum 1696. 4.* vtilis quidem, ſed perbreuis eſt, ſcriptores ſecundum ordinem rerum geſtarum diſponens. MARTINVS HANCKIVS *de ſcriptoribus rerum Romanarum* tractatum publicauit *Lipſiæ 1669. 4.* Agit in eodem de Scriptoribus tum antiquioribus tum recentioribus, qui vel in hiſtoria, vel antiquitatibus Romanis quid ſcripſerunt, horum vitam deſcribens, ſcripta recenſens & iudicia celebriorum virorum de ſingulis addens. Elegans eſt liber ſed imperfectus, cum multi ſcriptores, varia de recenſitorum ſcriptis atque iudiciis addi potuiſſent.

§. IV.

In Hiſtoriam Reipublicæ Romanæ quaſi introducit L. ANNAEVS FLORVS, cuius *epitomen Rerum Romanarum* libris IV. habemus. Breue eſt rerum Romanarum compendium, in qua bella potisſimum & victorias Romanorum vsque ad ſopita

per Auguſtum bella ciuilia deſcribit. Hanc autem narrationem potius per capita & ſpecies inſtituit, quam tempora, quare chronologiae ratio ex eodem non eſt petenda. Illuſtrium Romanorum nomina nonnunquam reperiuntur confuſa, idque vel ex auctoris negligentia, vel ex vitio librariorum. Ab hoc diuerſa eſt Liuianae hiſtoriae epitome, quae, vel operi Liuiano praefixa, vel quibusdam Flori editionibus adnexa. Inter editiones commendanda eſt illa, quae cum integris *Claudii Salmaſii* & variorum, *Rutgeri* etiam *Hermannidae* notis prodiit ex bibliotheca Claudii Salmaſii, *Nouiomagi 1662.* 8. Huic editioni etiam acceſſit L. AMPELII *libellus Memorialis.* Ob emendationem & notas variorum aeſtimatur *Ioannis Freinſheimii*, *Argentorati 1669.* 8. *Pariſinam* in vſum Delphini procurauit *Anna*, *Tanaquilli filia*, *1674.* 4, quae tamen praeter ſplendorem atque Freinsheimii notas nihil fere habet ſingulare. Ab adiectis notis atque numiſmatum iconibus, praecipue commendanda eſt editio *Ioannis Georgii Graeuii*, *Vltraiecti 1680.* 8, & quae locupletior eſt, *Amſtelodami 1692.* 8, additis fere omnibus, etiam Chriſtophori Adami Ruperti in Florum notis. Ab aliquo iam tempore nouum *Florum numiſmati cum* in vſum Prin-

Principis regni Boruſſici meditatus fuit celeberrimus vir, *Laurentius Begerus*. Subiungimus EVTROPII *breuiarium hiſtoriæ Romanæ* ad tempora Iouiani Imp. vsque perductum, quod cum græca Pæanii verſione prodiit ex recenſione Chriſtophori Cellarii, *Ienæ 1698. 8.* Hoc Floro quidem eſt ordinatius, nec tamen ita perfectum; ad hiſtoriam Imperatorum tamen magis facit. Inter maiores rerum Romanorum hiſtoricos primas omni merito fert DIONYSIUS HALICARNASENSIS. Hujus ex *antiquitatum Romanarum* libris viginti, quos vsque ad bellum Punicum I perduxerat, vndecim priores tantum habemus ſuperſtites, quos in A. V. C. 312 finit. In his autem originem & potentiæ progreſſum Romanorum, variosque eorum ritus, in quo reliquis eſt præferendus, ſumma fide & iuſto temporis ordine complectitur. Editio eſt optima, quæ cura *Friderici Sylburgii Francofurti 1586. f.* prodiit apud Wæchelios, quam recudi quidem fecerunt Lipſienſes 1691. non tamen eadem induſtria correctam ac priorem. Dionyſio merito ſubiungimus T. LIVIUM PATAUINUM. Deſcripſit autem hiſtoriam ſuam ab V. C. vsque ad mortem Druſi, cuius vero de libris CXL, XXXV.

tantum habemus ſuperſtites. Integra quidem decuria ſecunda, & reliquæ omnes poſt quadrageſimam quintam magno cum damno interiere. Spes quidem facta fuit de integro Manuſcripto, quod Conſtantinopoli dicitur extare, quam tamen irritam credo. Deperditorum defectus ex Polybio atque Appiano poterit ſuppleri. Scriptor eſt terſus, in concionibus diſertus, in quo ſtylum hiſtoricum magis, quam Patauinitatem reperimus. Deſcribit autem res tum ſacras tum profanas, præmittit etiam magiſtratus per ſingulos annos, & dum ex ipſis Romanorum annalibus, atque Polybio omnia ſint petita, accuratisſimus quoque eſt. Iuſto quidem ordine procedit Liuius, ſecundum annorum ſeriem, ſupputatio tamen eius non eſt iuſta, quod præcipue notauit Carolus Sigonius, cum Faſtos ſuos ederet. Liuii cauſam ſuſcepit Franciſcns Robortellus de conuenientia ſupputationis Liuianæ cum marmoribus, cui tamen reſpondet Sigonius. Scripta horum habentur in tomo ſecundo Theſauri Critici Gruteriani. Inter editiones præſtat illa, quæ cura *Iani Gruteri* prodiit *Francofurti 1628. f.* præter alia acceſſerunt Sigonii Chronologia, Wilhelmi Godeleuæi obſeruationes, fragmenta ve-

vetuſtiorum hiſtoricorum, e quibus ſua hauſit Liuius. Ipſe quoque Gruterus notas politicas adiecit & diſcurſus aliquot in Tacitum. Aeſtimanda quoque ob textum emendatum & notas, Godeleuæi præſertim, illa, quæ cura *Ioannis Friderici Gronouii* prodiit *Amſtelodami 1665. & 1678. 8.* Supplementa vero Liuiana, epitomes ordinem ſecutus adornauit *Ioannes Freinsheimius*, quorum decem primi libri *Holmiæ* 1649. 12. prodierunt, deinde libri LX. *Argentorati 1654. 4.* quos vna cum Liuio in gallicum ſermonem transtulit *Petrus Ryerus*, *Lugduni 1663. 12.* XIV. voluminibus. Supplementa vero omnium librorum XCV deperditorum extant in editione, quæ cum notis *Ioannis Douiatii* in vſum Delphini prodiit *Pariſiis 1679. 1680. 1681.* VI Tomis. Romam a Gallis captam & res Romanorum a belli Punici II. temporibus, vsque ad euerſionem regni Macedonici deſcribit POLYBIVS, ſcriptor elegans, prudens & grauis, quo maxime delectatus fuit Scipio Africanus. Quinque tantum ex XL libris integros ſuperſtites habemus, ex reliquis excerpta tantum vel fragmenta. Duo priores libri ſunt quaſi iſagogici, quibus res complectitur a Roma per Brennum, Gallorum ducem capta, vsque ad initia belli Punici, in reliquis vni-

verſalem hiſtoriam ſcripſit non Romanarum rerum ſolum, ſed etiam exterarum. Sextus totus eſt politicus, quo ſtatum ciuilem atque militarem Romanorum Graecorumque confert, atque ad regulas politicas examinat. Prodierunt omnia eius, quae ſuperſunt, primum interprete *Iſaaco Caſaubono*, *Hanouiae* apud Waechelios *1609. f.* poſt ex recenſione Iacobi Gronouii, *Amſtelodami 1670. 8* duobus tomis. Acceſſerunt etiam POLYBII excerpta *de legationibus virtutibus ac vitiis*, & vtriusque Caſauboni, Fului Vrſini, Henrici Valeſii & Iacobi Palmerii notae. Nec omittendae APPIANI Alexandrini *hiſtoriarum Romanarum partes duae*, graece & latine, cum notis Henrici Stephani, ex recenſione Alexandri Tollii, *Amſtelodami 1670. 8.* Reliquiae ſunt ex vniuerſali rerum Romanarum hiſtoria, quibus bella Punica, Syriacum, Parthicum, Mithridaticum, Hiſpanica atque Ciuilia, deſcribuntur. Vtilis eſt ſcriptor, omnes enim rerum circumſtantias, bellorum cauſas, partas victorias & peractos triumphos bene enarrat. Multa tamen ex aliorum hiſtoriis depromſit, quae vero praeter Plutarchi vitas interierunt. Nec immerito addimus PLUTARCHI *vitam Romuli*, *Numae Pompilii*, *Valerii Publicolae*, *Coriolani*

Ca-

Camilli, *Fabii Maximi*, *Scipionis Africani*, *Q. Flaminii*, *Catonis Cenſorii*, *Pauli Aemylii*, *Tiberii* & *C. Gracchi*, *Syllæ*, *C. Marii*, *Sertorii*, *Luculli*, *M. Craſſi*, *Pompeii*, *Iulii Cæſaris*, *Catonis Vticenſis*, *M. Bruti*, *M. T. Ciceronis*, *Antonii*, quos cum aliis Græcorum Heroibus comparat. Hæ autem ad noſcenda Romanorum bella, politiam atque antiquitates conducunt egregie. DIONIS CASSII quoque libri Hiſtoriarum huc faciunt de quibus tamen in hiſtoria Imperatorum dicemus pluribus.

§. V.

Iſti ſcriptores ſpeciatim prodierunt, quorum multos poſtea conjunctim habemus editos. Prodiit enim CORPVS HISTORIÆ ROMANÆ *Scriptorum latinorum, veterum*, *Geneuæ 1609. f. 2. Tomis & 1653. f.* Comprehendit autem BARTHOLOMÆI MARLIANI *de origine vrbis Romæ* diatribam, & adnotata quædam *de menſuris, ponderibus & nummis*, LIVIVM PSEVDO-MESSALAM CORVINUM, *de progenie Auguſti*, FLORI *libros IV*, VELLEIUM PATERCVLUM, SEXTUM AURELIVM VICTOREM *de Romanæ gentis origine, de viris illuſtribus, de Imperatoribus, & Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ.* SEXTI RUFI *breuiarium*, EVTROPII *libros X*, cum octo libris additionum PAULI DIACONI, MAGNI AVRELII CASSIODORI CHRONICON

CON, IORNANDEM *de regnorum ac temporum ſucceſſione*, C. IVLII CÆSARIS & HIRTII *commentaria*, C, CRISPI SALLVSTII *coniurationem Cotilinariam*, *bellum Iugurthinum*, *fragmenta*, & PORCII CATONIS *orationem in L. Sergium Catilinam*. In poſteriore volumine continentur quidem Scriptores, qui ad hiſtoriam Imperatorum faciunt, quos tamen ſimul percenſebimus. Sunt autem SVETONIVS, TACITVS, SPARTIANVS & reliqui Hiſtoriæ Auguſtæ Sciptores, AMMIANVS MARCELLINVS, & IVSTINVS. P. VICTOR *de regionibus vrbis Romæ*, & ſcripta quædam recentiorum, vtpote POMPONII LÆTI *compendium Hiſtoriæ Romanæ*, ab interitu Gordiani iunioris, vsque ad Iuſtinianum III, IOANNIS BAPTISTÆ EGNATII *de Romanis Cæſaribus* libri III. cum viri docti ſupplemento ad Rudolphum II, ANDREÆ ALCIATI *liber de Magiſtratu & ciuilibus atque militaribus officiis Romanorum* & recentioris cuiusdam ſciptoris libellus, *de origine, forma & magnltudine Romæ*. FRIDERICVS SYLBVRGIVS ſimili ratione *Hiſtoriæ Romanæ Scriptores* collegit *Francofurti 1588. f* tribus Tomis. Horum duo priores ſcripta Veterum latina in priori corpore etiam comprehenſa continent, & præter illos libellum incerti au-

 čto-

ctoris *de XIV regionibus vrbis Romæ*, IVLII EXSVPERANTII librnm *de bello Iugurthino, Mariique, Lepidi & Sertorii libellis ciuilibus.* Tertius vero Tomus Sylburgii comprehendit *Faſtos græcos & latinos*, EVTROPII *breuiarium cum metaphraſi*, PÆANII XIPHILINI *epitomen Dionis*, HERODIANVM, ZOSIMVM, IVLIANI *Caſares, Olympiodori eclogas, Excerpta ex Suida de Cæſaribus, Imperatorum ſeriem, Chronologiam.*

§. VI.

Habemus etiam quosdam particulares hiſtoriæ Romanæ Scriptores inter antiquos. *Bellum Punicum* II deſcribit C. SILIVS ITALICVS libris XVII, ſermone ligato, in iisdemque magis hiſtorici fungitur munere, quam poetæ. Prodierunt cum doctis Claudii Dausqueii notis, *Pariſiis 1618. 4* licet in vindicandis Silio lectionibus infelicior habeatur. Emendatiorem longe procurauit *Chriſtophorus Cellarius, Lipſiæ 1695. 12*, ad quam vſus fuit codice Nicolai Heinſii, qui præter obſeruata parentis, ipſe adnotauerat ad oram libri non pauca. *Iugurthinum bellum* optime deſcripſit C. SALLVSTIVS CRISPVS, itemque *bellum Catilinarium.* Integra hæc extant, ex hiſtoriarum vero libris tantum fragmenta. Suauis eſt in ſermone, in concio-

ctionibus diſertus, in recenſendis hiſtoriis venuſtus. In Ciceronem quandoque videtur iniquior. Extant opera eius omnia cum notis variorum, ex recenſione *Antonii Thyſii, Lugduni Batauorum* 1649. 8. & quæ melior eſt, ex recenſione *Ioannis Friderici Gronouii, Lugduni Batauorum* 1665. 8. editio *Iani Gruteri*. *Francofurti* 1607. 8 notas potiſſimum continet criticas. Editionem in vſum Delphini procurauit *Daniel Criſpinus*; *Pariſiis* 1674. 4. Ad hiſtoriam *belli Mithridatici* & diſceptationes in Senatu Romano de mittendo duce ad idem bellum facit M. TVLLII CICERONIS *oratio pro Lege Manilia*, qua legem, a C. Manilio, tribuno plebis latam, vt Lucullo Pompeius, Piratici iam belli uictor ſuccederet, ab optimatibus minus probatum ſuadet atque commendat. Eiusdem ſunt *quatuor orationes Catilinariæ*, quæ vna cum Salluſtii deſcriptione, huius belli originem, ſociorum conſilia, horum detectionem, geſta ſingula & finem optime deſcribunt. Vtrasque Ciceronis orationes cum aliis ſelectis *Chriſtophorus Cellarius* V. C. recenſuit, argumentis, rhetorico artificio, & verborum & rituum interpretationibus adornauit. *Ienæ* 1699. 8 ex editione tertia. *Bellum Ciuile Cæſarem inter atque Pompeium* non ſolum ipſe CÆSAR deſcribit,

bit, de quo infra, ſed etiam M. ANNÆVS LVCANVS, cuius *Pharſaliæ* libri X extant, decimi tamen pars poſterior periit. Editiones ſunt variæ, optima eſt, quæ cum notis Hugonis Grotii, Thomæ Farnabii & aliorum, curante *Cornelio Schreuelio* prodiit *Lugduni Bat.* 1658. 8 in qua etiam ſubiicitur Lucani ſupplementum, libris VII a Thoma Maio elucubratum. Nouam atque ex omnis antiquitatis penu explicatam editionem molitus fuit *Ezechiel Spanheimius*, vir illuſtris, & multiiugæ eruditionis, quam adhuc expectamus. Gallicam quoque eiusdem verſionem habemus. Elegans eſt verſio Germanica VITI LVDOVICI a SECKENDORF, quæ ſeruato quidem ſermone ligato ſine rythmis tamen fuit facta, atque cum obſeruationibus eius paulo poſt mortem fuit publicata *Lipſiæ* 1695. 8.

§. VII.

Ex recentioribus, hiſtoriam Romanam quoque alii deſcipſerunt, ſua ex fontibus aliis antiquis deducentes. ANSALDI CEBÆ *hiſtoria Romana* libris III prodiit *Mediolani* 1628. 8. NICOLAI COEFFETEAV *Hiſtoire Romaine*, *Pariſiis* 1663. *f.* Operoſus in deſcribendis rebus Romanorum fuit FLAVIVS BLONDVS, qui præter alia ſcripſit *Triumphantis Romæ* libros X, in quibus

bus de veterum Romanorum rebus, quæ ad religionem, reipublicæ adminiſtrationem, militiam, mores & triumphos faciunt, late deſcripſit, nec tamen ad fidem, neque ad elegantiam veterum attingit. Melius ex ipſis Romanorum ſcriptorum fontibus hauriuntur Romana. De *ſeptem primis Romanorum regibus* egit ſingulari ſyntagmate ANDREAS HOYVS, *Antwerpiæ 1629. f.* Sic etiam *infantiam populi Romani ſub ſeptem regibus delineauit* EDO NEVHVSIVS, *Amſtelodami 1657. 12.* De *Romulo* Rege Romanorum primo, ſingulare ſcriptum eſt CHRISTOPHORI CASPARIS a BLVMENTHAL, *Helmſtadti 1634. 4.* TANAQVILLI FABRI extat diſcurſus *de Romulo*, gallice, *Salmurii 1666. 12.* VIRGILIVS MALVEZZI *Romulum & Tarquinium Superbum* ideam boni Principis & tyranni eſſe voluit, *Lugduni 1637. 12.* Ad hiſtoriam belli Punici facit PETRI CIACCONII tractatus ſingularis *de columna roſtrata in Sicilia*, quam S. P. Q. R. ob victoriam naualem primam Duilio poni iusſit, *Lugduni Batauorum 1597. 8.* & *Romæ 1608. 8.* FRANCISCVS PETRARCHA *de Romanorum bello Punico II. in Africa geſto* libros duos conſcripſit, qui inter Opera eius extant. *Hiſtoriam Triumviratus Iulii Cæſaris, Pompeii & Craſſi & Triumuiratus*

Rei-

Republicæ conſtituendæ ſcripſit Gallus quidam anonymus patrio ſermone, *Pariſiis 1694. 12*, illud vero elegantiſſime.

§. VIII.

Ad Scriprores liberæ Reipublicæ merito referimus Faſtorum Scriptores, qui licet a quibusdam continuati fuerint ad ſequiora tempora, in ſtatu vero Reipublicæ Romanæ originem ſuam habent. FASTI apud Romanos erant magiſtratuum libri, in quos a ſcribis publicis magiſtratuum annuorum nomina referebantur. Eorundem vſus fuit antiquiſſimus, ſiquidem illos aliquoties citauit Liuius IV c. VII atque alias, eosque linteosque in æde Monetæ repoſitos ſcribit IV c. XX & lib. X. c. XXXVIII. Diſtincti erant, ab annalibus, qui vel publici erant curæ Pontificis Maximi commiſſi, qui tamen non diuulgabantur, vel priuatorum, qui citantur a Liuio XXX c. VI & XLII c. XI. M. Porcii Catonis, ep. XLIX. Anno ſeculi decimi ſexti XLVII cura & ſumtibus Alexandri Farneſii, rudera quædam egeſta Romæ, quæ continebant monumenta marmorea magiſtratuum, triumphorumque ab V. C ad tempora Auguſti, quæ, quia in palatio Capitolino repoſita, exinde dicti FASTI CAPITOLINI. Horum auctorem Panuinius in præfatione facit VERRIVM FLACCVM, nobilem

Grammaticum, contradicente tamen Voſſio de Hiſtoricis latinis lib. I. c. XI. Pighius Pomponio Attico adſcribit, ſed incertum eſſe auctorem innuit Voſſius, Attici labores ſecutum. Extant primum cura *Franciſci Robortelli, Venetiis 1555. f* & *per Ioannem Baptiſtam Marlianum, Romæ 1560. f* dein cum Panuinii faſtis, *Heidelbergæ 1588. f* a Sylburgio etiam editi in tomo tertio Scriptorum Hiſtoriæ Romanæ, *Francofurti 1590. f* tandem in Tomo ſecundo Annalium Stephani Vinandi Pighii, *Antvverpiæ 1615. f.* Sed cum hi Faſti temporum iniuria perfecti non eſſent, alii in iisdem ex Scriptoribus antiquis ſupplendis, atque ad ſequiora tempora producendis deſudarunt. CAROLVS SIGONIVS quidem *Faſtos Conſulares* ac triumphos actos a Romulo Rege, vsque ad Tiberium Cæſarem deduxit, quibus in ipſos Faſtos Capitolinos commentatur, *Mutinæ 1550, Venetiis 1556. f. Baſileæ 1559. f.* & in Sylburgii Tomo primo Scriptorum Hiſtoriæ Romanæ, *Francofurti 1588. f.* Cum autem Liuii Chronologiam ex Faſtis Capitolinis emendare vellet Sigonius, contra hunc ſcripſit FRANCISCVS ROBORTELLVS in tractatu *de conuenientia ſupputationis Liuianæ cum Faſtis Capitolinis*, qui inter alia eius prodiit *patauii 1557. f* & Liuio ſub-

ſubiectis eſt *Francofurti 1568. f*, quo & Liuium & Dionyſium & Faſtos Conſulares inter ſe, quantum ad ſupputationem conuenire, probare contendit. Reſpondet tamen SIGONIVS *emendationem libris duobus*, quibus ſe contra iniurioſas Robortelli contradictiones defendit, in quorum primo Liuianam & Capitolinam ſupputationem diſcrepare demonſtrat, & quasdam ſcriptorum veterum emendationes a Robortello reprehenſas inſtituit: altero contra eundem de nominibus Romanorum diſputat. Amborum ſcripta continentur in Tomo ſecundo Theſauri Critici Grutcri. Secutus Sigonium ONUPHRIVS PANUINIVS, qui *Faſtorum libros V* a Romulo rege, vsque ad tempora Caroli V edidit, iisdemque ſingula magiſtratuum nomina ſecundum annorum ſeriem diſpoſuit. Porodiit primum ex muſeo *Iacobi de Strada, Venetiis 1557. f*, dein cum eruditiſſimis commentariis, *Heidelbergæ 1558. f* atque hi Commentarii maioris adhuc ſunt æſtumandi quam Sigonii labores. STEPHANUS VINANDUS PIGHIUS ex Capitolinis Faſtorum fragmentis a ſe in ordinem redactis Btque reſtitutis, duplices compoſuit faſtos, Magiſtratuum Romanorum ab V. C ad tempora Veſpaſiani, & trium-

 pho-

phorum, a Romuli vsque ad Plautii Sylvani triumphum, qui ſecundo annalium Tomo præmiſſi extant *Antwerpiæ 1615. f* obſtetricante Andrea Schotto. Immo eiusdem Pighii *Annalium libri XVIII.*, Commentarii inſtar ſunt in Faſtos, qui reliquis eſt plenior, licet etiam in chronologiæ ratione non ſemper fuerit accuratus. Faſtorum inſtar ſunt IOANNIS CVSPINIANI *Commentarii in M. Aurelii Caſſiodori Conſules*, quibus Casſiodori Chronicon ſecutus, ab O. C. ad ſeculum fere ſeptimum vsque progreditur, multis ex bibliotheca Cæſarea adminiculis vſus, quibus alii fuerunt deſtituti. Vaſtum eſt Faſtorum opus HVBERTI GOLTZII, ad numorum ſeriem & intellectum ab eodem conſcriptum, atque *Antwerpiæ 1566. f* editum. Subiungimus IDACII Lemicenſis *Faſtos Conſulares*, quos vna cum eiusdem Chronico ex MSto primus edidit *Iacobus Sirmondus. Pariſiis 1619. 8.* & *theſauro temporum* inſeruit IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, *Amſtelodami 1658. f.* Integros vero debemus Philippo Labbeo in Tomo primo Nouæ Bibliothecæ Manuſcriptorum, *Pariſiis 1653. f* quos etiam Tomo vndecimo theſauri ſui inſeruit Græuius. Minoris auctoritatis ſunt MICHAEL BEVTHERVS, cuius Opus *Faſtorum* *anti-*

antiquitatis Romanæ prodiit *Spiræ 1600.* 4
FRANCISCVS HARRÆVS, qui *Olympiades & Faſtos* coniunxit, *Antwerpiæ 1614.* 4
ABRAHAMVS BVCHOLZERVS, qui *Romanorum Conſulum catalogum* edidit *Görlicii 1590. 4.* quem a primo Conſule ad Auguſtum vsque deduxit.

CAPVT QVINTVM
DE
SCRIPTORIBVS HISTORIÆ AVGVSTÆ, SIUE IMPERATORVM ROMANORVM.

§. I. *Scriptores Hiſtoriæ Auguſti latini.* §. II. *Qui coniunctim tales ediderint.* §. III. *Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ Græci* §. IV. *Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ recentiores.* §. V. *Scrpitores recentiores qui omniumImpp. vitas ſcripſerunt.* §. VI. *Scriptores Hiſtoriæ Cæſarum ſeculi I.* §. VII. *Scriptores Hiſtoriæ Impp. ſec.II.* §. VIII. *Scriptores hiſtoriæ Cæſarum ſeculi III.*

§. I.

SCriptores Hiſtoriæ Auguſtæ vel latini ſunt, vel Græci. Inter latinos primo loco adduci meretur C. SUETONIVS TRANQVILLVS. Vitas deſcripſit primorum

duodecim Imperatorum, neruoſo orationis genere. In ſingulis exponit ortum & familiam, res geſtas, mores & mortem, inter quæ nec vitia etiam reticet. Statum quoque Romanorum, ritus & magiſtratus illorum temporum docet, maxime eos, qui ſub Cæſaribus orti, quæ non minus iucundam quam vtilem etiam reddunt hiſtoriam. Acceſſit *de illuſtribus Grammaticis & claris rhetoribus* liber, quæ excerpta ex pleniori eiusdem libro de viris illuſtribus eſſe videntur. Prodiit cum *Iſaaci Caſauboni animaduerſionibus*, & *Ioannis Henrici Bœcleri diſſertationibus politicis*, *Argentorati 1647. 4.* Caſauboni quidem obſeruationes egregiæ, ex antiquitatibus & hiſtoria Romana deſumtæ, nec tamen omnia tangunt. Prodiit alias cum notis *Beroaldi*, *Glaerani*, *Egnatii*, *Pulmanni*, *Torrentii*, *Caſauboni*, *Vrſini*, *Marcilii* ac *Lipſii*, *Pariſiis 1610. f.* Has dein ſuis locis inſertas additis notis Lævini Torrentii & propriis, editioni ſuæ adiecit *Ioannes Georgius Græuius*, *Traiecti 1672. 4*, & quæ locupletior eſt atque ſplendidior *Hagæ Comitum 1691. 4* atque hæc inter omnes palmam habet. Commendanda tamen illa quoque eſt, quæ *cum notis variorum* prodiit *Lugduni Batauorum*, cura *Ioannis Schildii 1647. 8*, & quam notis atque numi-

numiſmatibus, illuſtrauit *Carolus Patinus*, *Baſileæ*, *1671. 4.* Eam, quæ in vſum Delphini prodiit, & aliorum & ſuis quoque notis illuſtrauit *Auguſtinus Babelonius*, *Pariſiis 1684. 4.* Quibus adhuc addimus elegantem non minus, quam vtilem *Samuelis Pitiſci* editionem, quæ *Traiecti 1690. 8.* prodiit, atque ob notas egregias, antiquitates potiſſimum illuſtrantes, atque indicem locupletiſſimum, quam maxime eſt commendanda. Suetonium ſequitur P. CORNELIVS TACITVS, qui res ab Auguſti exceſſu ad Galbam vsque, *Annalium* libris XVI, quorum tamen ſeptimus, octauus, nonus & decimus interciderunt, deſcribit. Reliqua vsque ad Veſpaſiani tempora *Hiſtoriarum* libris V. perſequitur. Scriptor grauis eſt, prudens, fidus & diligens, qui Imperatorum aulas, vitam interiorem, conſilia, iuſſa, virtutes & næuos politicos probe conſiderat. Lectorem requirit politicum, & hiſtoriæ Romanæ peritum, reconditis tamen ſæpe vſus eſt ſententiis, & laconica breuitate, quæ obſcurum reddunt ſenſum. Licet vberior eius ſit dictio in Hiſtoriarum libris, quam in Annalibus. In *moribus Græcorum*, reliquis viam præmonſtrauit. Egregia quoque eſt eiusdem *vita ſoceri*, *Iulii Agricolæ*. Inter editiones

Beati Rhenani Baſileæ 1543. *f* illud præcipuum habet, quod præmiſſus eſt theſaurus locutionum atque conſtructionum Tacito ſingularium. Lipſius Rhenani editionem quandoque ſecutus eſt, quandoque correxit, atque ſuam cum notis & excurſibus edidit *Antwerpiæ* 1589 *&* 1607., quibus antiquitates in Tacito occurrentes explicantur & hiſtoriæ cum aliis ſcriptoribus conferuntur. Præterea commendanda eſt editio *Iani Gruteri*, qui pleraſque in Tacitum notas addidit; prodiit *Francofurti* 1607. 8. E quibus præcipuæ, integræ quoque *Iuſti Lipſii* & *Curtii Pichenæ* extant in editione *Ioannis Friderici Gronuii*, *Amſtelodami* 1672. 8. Emendatiſſima eſt editio *Theodori Ryckii*, quæ cum eruditiſſimis eiusdem animaduerſionibus prodiit *Lugduni Batavorum* 1687. 12. Codicem enim nactus Rudolphi Agricolæ, Florentinum atque alios, ex quibus textum emendauit. In animaduerſionibus vero multum ad hiſtoriam, antiquitates, familiam atque eloquentiam facit. Non tam ſuis, quam aliorum potius notis Tacitum ſuum illuſtrauit *Iulianus Pichon*, qui in vſum Delphini editus eſt *Pariſiis* 1682. 1684 *&* 1687. 4, ſed notæ nimium prolixæ diffundunt lectorem. Ad vſum communem magis facit editio *Matthiæ Berne-*

neggeri & *Ioannis Freinsheimii*, quæ etiam locis parallelis, atque egregio indice adornata prodiit *Argentorati 1664. 8.* Hiſpanice illum tranſtulit *Balthaſar Alamus*, additis notis politicis. Italice *Girolamus Caninius d' Anchiari*, *Venetiis 1620. 4.* In gallicum ſermonem Tacitum hunc tranſtulit *Amelot de la Houſſaye*, *à Paris 1690. 4.* quæ translatio omnibus anterioribus, qualis eſt Archilis de Harlag, Rudolphe le Maitre, Sr. d' Ablancourt longe antecellit. In Germanicum idioma tranſtulit *Carolus Melchior Grotniz*, *Francofurti 1657. 8* ſed verſio eſt parum adæquata, nec genio etiam linguæ Germanicæ conueniens. Tacito proximus haberi debet VELLEIVS PATERCVLVS. Hic quidem res Romanas a prima origine ad ſua vsque tempora adgreſſus eſt; ſed non omnia eius ſuperſunt. Plenius quædam narrat vsque ad tempora Tiberii, cuius facta ſimul exponit, ſed Imperatori atque Seiano nimium adulatur. Stylo vtitur tenui, aſt eleganti. Editiones ſunt optimæ illæ, quæ cum animaduerſionibus *Iuſti Lipſii* prodiit *Antvverpiæ 1607. f*, quæ cum notis variorum, cura *Antonii Thyſii* edita *Lugduni Batauorum 1668. 8*; & cum notis *Ioannis Henrici Bœcleri*, addditis eiusdem characteribus politicis, iisdemque egregiis,

 Argen-

Argentorati 1682. 8. *Robartus Riguetz* ſuam in vſum Delphini adornauit *Pariſiis 1675. 4.* Nouiſſima, *Oxoniæ* ex theatro Scheldoniano prodiit *693. 8*, quæ, præterquam quo ſit emendatiſſima, *vitam* etiam *Velleii* ab *Henrico Dodvvello* eleganter deſcriptam continet. Inſequuntur hoſce, qui vulgo dici ſolent Scriptores hiſtoriæ Auguſtæ minores, quorum ſex ſunt. *ÆLII SPARTIANI* quidem habemus *vitam Adriani*, *Aelii Veri*, *Didii Iuliani*, *Seueri*, *Peſcennii Nigri*, & *Antonini Caracallæ*. *IVLII CAPITOLINI vitam Antonini Pii*, *M. Antonini Philoſophi*, *L. Veri*, *Pertinacis*, *Clodii Albini*, *Maximinorum*, *Gordianorum*, *Maximi & Balbini*. *VULCATII GALLICANI vitam Auidii Caſſii*, *Aelii Lampridii vitam Commodi*, *Antonini Diadumeni*, *Antonini Heliogabali*, *Alexandri Seueri*. *TREBELLII POLLIONIS vitam Valeriani*, *Patris & Filii*, *Gallienorum duorum*, *triginta Tyrannorum*. *CLAVDII FL. VOPISCI vitam Aureliani*, *Taciti*, *Floriani*, *Probi*, *Firmi*, *Saturnini*, *Proculi*, *Bonoſi*, *Cari*, *Numeriani*, *Carini*. Hi autem ortum, vitam, mores & res geſtas Imperatorum accurate deſcribunt, ex iisdemque non hiſtoriæ ſolum, ſed rituum etiam & magiſtratuum, qui ſub Imperatoribus vixerunt, cognitio petitur. Editio eſt optima, quæ cum integris

gris notis *Iſaaci Caſauboni*, *Claudii Salmaſi* & *Iani Gruteri* prodiit *Lugduni Batauorum* 1671. 8. Eorundem quidem notas in editione ſua habet *Cornelius Schreuelius*, *Lugduni Batauorum* 1661. 8. ſed non ſunt integræ, tantum excerpta notarum, eademque non vbiuis accurata. SEXTI AURELII VICTORIS liber *de Cæſaribus* breuis eſt epitome ab Auguſto ad Iulianum, cui iungitur alius liber ad exceſſum vsque Theodoſii, prodiere in vſum Delphini ex editione *Annæ*, *Tanaquilli filiæ*, *Pariſiis* 1681. 4.]

§ II.

Tales Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ latinos minores collegit *Ianus Gruterus*, atque ope MStorum Palatinorum emendatos edidit *Hanouiæ* 1611. *f.* Sunt iſti, Florus, Velleius, Suetonius, Spartianus cum reliquis quinque, Ammianus Marcellinus, Iulius Exuperantius, Aurelius Victor, Pauli Diaconi & Landulphi Sagacis Hiſtoriæ Miſcellæ libri XXIV, Iornandes de Regnorum & temporum ſucceſſione atque rebus Geticis, Pauli Warnefredi libri ſex de rebus geſtis Longobardorum, & Sexti Rufi breuiarium. Prodiis poſtea *Hiſtoria Auguſta*, *Lugdni* 1592. 8. ſex Tomis, quibus continetur deſcriptio vitæ Imperato-

rum

rum a Iulio Cæſare ad Fridericum II, atque comprehendit. Suetonium, Tacitum, verſionem latinam Dionis Caſſii, Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ minores, Zoſimum, S. Aurelium Victorem, Herodiani verſionem, Procopium, Agathiam, Iornandem aliaque quæ Byzantinorum & recentiori hiſtoria collecta ſunt ex Zonara, Cedreno, Sigonio, Paulo Aemylio, ita vt vnius auctoris ſcripta non in vno nexu fuerint propoſita, ſed ſecundum vitas imperatorum diſtincta.

§. III.

A Scriptoribus antiquis latinis pergimus ad Græcos, inter quos primo loco nominari meretur DIO CASSIVS. Hiſtoriam ille ab V. C. vsque ad Alexandri, Mamææ filii tempora, LXXV libris complexus eſt, quorum priores XXXIV cum parte XXXV iniuria temporum interciderunt, ſequentes XXV integri extant & a Q. Metelli in rebus in Creta geſtis A. V. C. 686. incipiunt, in morte Claudii imperatoris deſinunt, de reliquis vero non niſi excerpta IOANNIS XIPHILINI habemus. Scriptor grauis eſt, nec a fide, vt quidam volunt, alienus. Ad intelligendam Imperatorum hiſtoriam multum facit, ſi cum Suetonio & Tacito coniungatur. Publicis

vbi-

vbique monumentis vtitur, veterum quoque legum formulas eleganter exprimit. Notandus tamen in eo eſt, quod odio in Pompeianos aliosque nimium concedat; quare etiam de Pompeianorum variis erroribus poſt prœlium Pharſalicum agit. Senecæ obiicit adulterium cum Neronis matre, & quod cauſa fuerit eiusdem interfectæ. Inuehitur in Ciceronem, Caſſium, Brutum aliosque Pompeianarum partium. Plagii quoque notatur ab Henrico Valeſio, quod multa de verbo ex Plutarchi Sylla deſcripſerit. Optima eſt editio, quæ cum notis Roberti Stephani, Guilielmi Xylandri, Friderici Sylburgii, Henrici Stephani, Franciſc. Vrſini prodiit gr. & lat. *Hannouiæ 1606. f.* Caſſio æqualis erat HERODIANVS, qui octo libris Hiſtoriam deſcripſit ſui temporis, ab exceſſu M. Aurelii vsque ad imperium Gordiani. Hunc autem fidum atque elegantem hiſtoricum omnes agnoſcunt. In eo quidem reperitur negotiorum perſonarumque varietas multa, multa rerum nouitas, grauitas ſententiarum atque orationis ſuauitas. Inter editiones illa eſt præferenda, quæ cum notis atque animaduerſionibus *Ioannis Henrici Bœcleri* prodiit græce & latine, *Argentorati 1662. 8.* ZOSIMI *Hiſtoriæ Romanæ* libri

VI ex

VI. ex verſione *Ioannis Leunclauii* prodierunt cum notis Friderici Sylburgii, recenſente *Chriſtophoro Cellario, Cizæ 1679. 8.* Ab Octauiano Cæſare autem exorditur hiſtoriam, vsque ad vrbem a Gothis, Alarico duce, captam, eademque breui quidem, ſed perſpicuo ſermone ſcripta eſt. Multa habet in Imperatorum hiſtoria ab aliis non memorata, in Chriſtianos tamen quodammodo iniquus eſt, defendente in quibusdam Leunclauio, ſingulari apologia. IULIANI Imperatoris Cæſares edidit *Dionyſius Petauius, Pariſiis 1630. 4.* & gallice cum notis elegantiſſimis *Ezechielis Spanhemii, Pariſiis 1683. 4.* in quibus ſatyrico more, vitas anteceſſorum perſtringit ipſe Imperator.

§. IV.

Inter recentiores le NAIN de TILLEMONT gallico ſermone ſcripſit Hiſtoriam Imperatorum, ſub titulo: *Hiſtoire des Empereurs, & des autres Princes, qui ont regné durant lex ſix premiers ſiecles de l' egliſe, des perſecutions qu' ils ont faites aux Chretiens, de leurs Guerres contre les Iuifs, des Ecrivains profanes, & des perſonnes les plus illuſtres de leurs temps: iuſtifiée par les citations des auteur originaux, avec des notes, pour eclaircir les principales difficultés de l' Hiſtoire, a Paris*

IV. *1690*

1690. 4 recuſa *1693. 4* & *Bruxellis 1694. 12,* Totum hic Tillemontius ſe dedit Hiſtoriæ ſcribendæ, ideoque vt eo liberius ſibi Muſisque viueret, nullo publico officio admoueri ſe paſſus eſt. Hanc autem hiſtoriam ſuam quinque Tomis complexus eſt. Primo quidem priorum Cæſarum vsque ad Veſpaſianum hiſtoriam deſcribit. Alter tomus hiſtoriam Veſpaſiani & reliquorum Imperatorum vsque ad mortem Pertinacis continet, qrodiit *Pariſiis 1691. 4* recuſus *1694. 4* Tertius Tomus a Seuero vsque ad tempora Valentiniani. Quintus Tomus hiſtoriam Valentiniani II, Theodoſii, Arcadii atque Honorii complectitur, *Pariſiis 1701. 4.* Plures tomos ab eodem editos eſſe non noui. Opus autem eſt multæ eruditionis, in quo multa ex ciuili & eccleſiaſtica hiſtoria hactenus nondum iudagata exacte definit, chronologiam reſtituit, aliorum errores notat, controuerſias hiſtoricas decidit exacta ratione. Poſt huius Opus, WILHELMI WOTTONI *hiſtoria Romana* edita eſt, ab exceſſu Antonini Pii vsque ad mortem Alexandri Seueri, *Londini 1701, 8.* Anglico ſermone hæc ſcripta, atque in vſum Wilhelmi, Gloceſtriæ Ducis deſtinata erat, quo tamen præmaturo fato abrepto, nihi-

hilominus eſt publicata. Ante horum tempora ÆNEAS VICVS, *de primorum XII Cæſarum genealogia, ſtemmatibus & conſanguinitatibus* ſcripſit; *Venetiis 1555. f*, qui etiam *Numiſmata XII priorum Cæſarum* ab ANTONIO ZANTANO explicata æri inſculſit, *Venetiis 1553. 4.* vt taceam alios ſcriptores, qui hiſtoriam Imperatorum Numiſmaticam ediderunt, de quibus in BibliothecaNumiſmatum latius fuit dictum.

§. V.

Nec defuerunt inter recentiores, qui omnium Imperatorum hiſtoriam ad ſua vsque tempora deſcribere tentarunt. Indicauit illos B. Caſpar Sagittarius in introductione ſua ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam & ſingulas eius partes cap. XXII, potiores hic quoque exhibemus. Breuis eſt BENEVENVTI de RAMBALDIS libellus *de vitis Cæſarum*, qui inſcribitur *Auguſtalis*, ac deſinit in Wenceſlao, *Argentorati 1504. 8*, poſtea cum ſupplemento Aeneæ Syluii, in Tomo II rerum Germanicarum Freheri. FRANCISCVS PETRARCHA etiam *vitas imperatorum & pontificum Romanorum* italice ſcripſit, *Venetiis 1507. 12.* BERNARDINVS CORIVS *Imperatorum hiſtoriam* dedit a Iulio Cæſare ad Fridericum I. IOAN-

IOANNES BAPTISTA EGNATIVS *de Romanis Principibus*, *Francofurti* 1588. 8. DIONYSIUS GOTHOFREDUS hiſtoriam antiquam ſcripſit ex ipſis antiquioribus ſcriptoribus collectam, quam poſtea Magnus Heſenthalerus continuauit atque edidit, 1591. 8 Vt taceam alios qui vix adlegari merentur. Vnicus ſupereſt IOANNES CUSPINIANUS, ſiue SPIESHAMMER; qui *vitas Impp. a Iulio Cæſare vsque ad Maximiliani I* tempora deſcribit, & ferè vniverſalem hiſtoriam ſimul exhibet: prodiit cum Wolffgangi Hungeri adnotationibus *Francofurti* 1601. *f.* Nec contemnendus eſt auctor, tum ob temporis ſeriem, tum ſingularia dicta, facta & exempla Cæſarum quæ iuſte narrat.

§. VI.

Alii in deſcribendis particularibus Impp. vitis operam ſuam exercuerunt. In quibus recentiores penes antiquiores collocabimus. C. IVLIUS CÆSAR, fundator Monarchiæ Romanæ ipſe ſuam conſcripſit Hiſtoriam. Eius enim *Commentariorum de bello Gallico* extant libri VII, cui octauum addidit A. HIRTIUS PANSA, ipſi familiaris & ſuperſtes. *Bellum* etiam *Civile Pompeianum* libris III ipſe deſcribit Cæſar, *Alexandrinum* vero, *Africanum & Hiſpa-*

nicum eidem Hirtio debemus. Ciceronis quidem ſuauitatem non habet, elegans tamen eſt ſcriptor, qui nuda ſimplicique narratione res geſtas deſcribit. Ad ſtatum Galliæ antiquum deſcribendum multum conducit, in eodemque accuratus eſt: in ciuili vero bello quædam a ſe imprudentius geſta plane reticet. Inter editiones, a notarum varietate commendanda eſt quæ cum notis *Ioannis Rhellicani*, *Henrici Glareani*, *Petri Ciacconii*, *Franciſcia Hottomanni* & aliorum, ex bibliotheca Pauli Petauii adornata eſt ſtudio *Gothofredi Iungermanni*, *Francofurti 1606. 4.* Acceſſit huic editioni Græca metaphraſi quæ MAXIMI PLANUDÆ eſt, docta, atque ad textum accommodata, excurſus tamen tentat, nec eos tamen ingratos. Alias ex typorum nitore commendanda eſt *Plantiniana*, quæ *1593.* & *1606.* prodiit atque alia ex muſeo *Iacobi de Strada 1575. 8*, Aliam deinde cum ſelectis variorum notis edidit *Arnoldus Montanus*, *Lugduni Batauorum 1651 & 1670. 8* in vſum Delphini, *Ioannes Godvvinus*, *Pariſiis 1678. 4* & *Londini 1693. 8*, quæ tamen præter nitorem atque notas in aliis quoque editionibus reperiendas, nihil habet ſingulare. In communi vſu eſſe ſolet quæ ex recenſione *Joſephi Scaligeri* recenſa

eſt

eſt *Lipſiæ 1674. 8* *Cæſaris præſtantiam & res geſtas* deſcripſit FRANCISCVS FLORIDVS, *Baſileæ 1540. f.* atque Cæſarem Pyrrho, Alexandro M, Hannibali, Scipioni Pompeio præfert. De *Cæſaris militia* egit PETRVS RAMVS, *Francofurti 1574. 4.* *C. Cæſarem Dictatorem* in exemplum turbatæ Reipublicæ, eruditiſſima diſſertatione propoſuit GEORGIVS SCHVBARTVS. Eiusdem Cæſaris hiſtoria ex antiquis numiſmatibus reſtituta, cum figuris numiſmatum edita eſt per HVBERTVM GOLTZIVM, *Brugis 1563. f.* & cum Ludouici Nonii Commentariis, *Antvverpiæ 1645. f.* Vitandum autem eſt in Goltzii collectionibus Numiſmatum, ne ſuppoſititia pro genuinis capiamus, alias a multitudine collectorum numiſmatum eſt commendandus. Nonii vero Commentarius ex probatiſſimis Scriptoribus eſt deſumtus. Eadem ratione *C. Iulium Cæſarem numiſmaticum* edidit IOANNES SEOBALDVS FABRICIVS, *Londini 1678. 8.* qui Dionem, vbi de vita Cæſaris agit, per ſelectiora numiſmata explicat. *Vitam C. Iulii Cæſaris* ex numiſmatibus deduxit ÆNEAS VICVS, *Venetiis 1560. 8.* IOANNIS GLANDORPII *notitia familiæ C. Iulii Cæſaris & Octauiani Auguſti*, quæ prodiit *Pariſiis 1634. 4.*

 elo-

elegantiſſima eſt, quem ſecutus GOTHOFREDVS de PESCHWITZ, qui *familiam Cæſarum Auguſtam* ſcripſit *Ienæ 1652. 12.* De *Auguſti Cæſaris progenie* liber extat M. VALERII CORVINI MESSALÆ, quem in lucem primus protulit *Iacobus Bedrotus*, ſuppoſititium tamen Scriptorem faciunt plerique. Prodiit *Moguntiæ 1540. 8.* vid. Voſſius de hiſtoricis lantinis lib I cap. XVIII p. 89. Sic etiam ex antiquis *Auguſti inſtitutionem* deſcripſit NICOLAVS DAMASCENVS, de quo ſaltim excerpta ſuperſunt ab Henrico Valeſio inter alia collecta *Pariſiis 1634. 4. Vitam & res geſtas Auguſti* ex nummis deſcripſit HUBERTVS GOLTZIUS, *Brugis 1577. f*, & cum commentariis Ludouici Nonii, *Antvverpiæ 1644. f. Examen Chronologicum ſententiæ Scaligerianæ de natali die Octauiani Auguſti* inſtituit FRIDERICVS MüLLERVS, *Gieſſæ 1664. 4. Auguſtam*, Cæſaris Octauiani cum Auguſti Ducis Brunſuicenſis coniuge contulit IOACHIMVS HILDEBRANDVS, *Helmſtadti 1662. 4.* De *Tiberio* elegantem habemus diſſertationem IOANNIS ANDREÆ BOSII, qua eius vitam, mores & regimen deſcribit, quæ edita eſt *Ienæ 1661. 4. Aulam Tiberianam* perueſtigauit CYRIACVS LENTVLVS, *Herbornæ 1663. 8.*

Vitam

Vitam ex nummis illuſtrauit HVBERTVS GOLTZIVS cum commentariis Ludouici NONII, *Antvverpiæ 1644. f.* De *Caii Caligulæ vitiis* ſingularem librum ſcripſit PHILO IVDÆVS, cui per cauillationem titulum dedit, *de virtutibus*, quem Claudio ad Imperium euecto, coram vniuerſo ſenatu fertur recitaſſe, atque tanta omnium admiratione exceptus eſt, vt eius ſcripta digna deinceps iudicata ſint, quæ in Bibliothecis publicis conſecrarentur, teſte Euſebio lib. II. Hiſt. eccleſ. cap. XVIII. De *Claudii Imp. morte* egit L. ANNÆVS SENECA in ſatyrico libello, quem inſcripſit Ἀπολοκύνθωσις, quæ Eraſmi demum temporibus in Germania fuit reperta, poſt eius operibus inſerta. *Neronis encomium* ſcripſit HIERONYMVS CARDANVS, quo illum partim commendat, partim excuſat, quod cum aliis eiusdem operibus prodiit. De controuerſia vero, quæ inter Patinum fuit atque Eggelingium de nummis quibusdam Neronis, egimus in Bibliotheca Numiſmatum *p. 55.* *Galbæ vitam* PLVTARCHVS ſcripſit, alias HENRICVS SAVILIVS *de Neronis exceſſu & Galbæ* principatu egit, qui tractatus ex anglico latine eſt verſus per *Iſaacum Gruterum Amſtelodami 1649. 12.* Qui

de Galliæ atque Ottonis nummis ſcripſerint, recenſentur in bibl. Numiſm. l. c.

§. VII.

Optimus princeps Traianus a CONRADO RITTERSHUSIO in lucem protractus prodiit *Amberga 1608. 8.* in quo præter vitam Traiani, ex antiquis æque ac recentioribus excerptam; habentur etiam PLINII *epiſtola de Chriſtianis*, TRAIANI *de iisdem reſcriptum*, cum Rittershuſii & Franciſci Balduini commentariis. In eandem Plinii Epiſtolam ſeparatim alias commentatus fuit GERARDUS IOANNES VOSSIUS, *Amſtelodami 1655. 12.* & CHRISTIANUS KORTHOLTUS, *Kiloni 1674. 4.* Traiani laudes atque elogia deſcripſit C. PLINIUS SECUNDUS in *panegyrico* ſuo, qui verum exemplar panegyrici præbet. Optima eſt editio, quam procurauit *Chriſtophorus Cellarius, Lipſiæ 1693 12.* Ad belli Dacici hiſtoriam facit ALPHONSUS CIACCONIUS, qui ex ſimulacris in *columna Traiani*, quæ Romæ eſt viſis, eandem deſcripſit *Romæ 1576. f.* Cum autem contra hanc Ciacconii expoſitionem quædam ab anonymo opponerentur, eius defenſionem ſuſcepit RAPHAEL FABRETTUS in ſyntagmate *de columna Traiani*, quod cum aliis quibusdam prodiit *Romæ 1683. f* quo multa, quæ ab vtrisque non ſatis explicata emendauit, re-

reliqua dilucidius explanat. Ab eodem Traiano extructi pontis rudera in Dacia adhuc viſuntur; de cuius inſcriptione extat AMBROSII MORALIS & L. ANDREÆ RESENDII epiſtola, quæ continentur in Tomo II Hiſpaniæ illuſtratæ. Figmentum eſt pontificiorum, Gregorium M. papam, quingentis poſt obitum Traiani annis; animam eius ex orco precibus ſuis liberaſſe, quod tanquam germanum & irrefutabile miraculum recenſentur in pſeudo-ſermone Ioannis Damaſceni περὶ τῶν ἐν πίϛει κεκοιμημένων. Defendit hanc ſententiam ALPHONSUS CIACCONIUS, *in vindiciis hiſtoriæ de anima Traiani per Gregorium ex orco reuocatæ, Romæ 1576. f* cui adſentitur Alphonſus Salmero, Franciſcus Mendoza atque alii. BERNHARDUS BRUSCUS vero *redargutionem huius hiſtoriæ* dedit. Refutat etiam Bellarminus lib. II de purgatorio cap. VIII Baronius ad annum 604 & Pompeius Sarnelli in epiſt. eccleſ. XXXVIII. Vitam Traiani ex nummis concinnaſſe in Wallia epiſcopum Aſaphopolitanum teſtatur Vaillantius in præfatione ad nummiſmata ænea Imperatorum. *Hadriani* Imperatoris laudes celebrauit SPARTIANVS *& inter recentiores* Abbas NICASIVS in diſſertatione *de nummo Hadriani Pantheo*, quam ad Spanheimium ſcripſit, in

eademque præter nonnulla de conſecrationibus veterum, illarumque origine, peculiaris quædam inſtituitur comparatio inter Hadrianum & Alexandrum M. *Lugduni Batauorum* 1689. 4. Integram *Hadriani vitam* ex marmoribus, nummis, aliisque id genus monumentis edere ſibi propoſuiſſe RAINSANTIVM teſtantur Acta Eruditorum Lipſ. LXXXVII p. 29. *Aelium Verum* deſcripſit SPARTIANVS. Ad *Antonini Pii vitam* præter IVLIVM CAPITOLINVM faciunt ROBERTI REVCHENII *excurſus politici*, *Amſtelodami* 1667. 8. *Selectos nummos Antoninianos*, quorum primus novi anni auſpicia, alter Commodum atque Annium Verum, Cæſares exhibet, eruditiſſime explicauit IOANNES PETRVS BELLORIVS, *Romæ* 1678. 8. M. AVRELIVS ANTONINVS *de vita propria* commentatus eſt, licet philoſophum potius agat, & ad morum doctrinam inſtruat, quam hiſtoricum. Hos autem libros repurgatos, ſuppletos, reſtitutos, verſione latina noua, lectionibus item variis, locis parallelis ad marginem adiectis & commentario perpetuo explicauit atque illuſtrauit *Thomas Gatackerus*, *Cantabrigiæ* 1652. 4. & nuper inter opera eius. Antea prodierat ex editione Guilielmi Xylandri & *Merici Caſauboni*, græce & latine,

Londi-

Londini 1645. 8. Inter veteres habemus *IVLIVM CAPITOLINUM.* Ex recentioribus eiusdem *vitam* & res geſtas varias ex nummis illuſtrare promiſit *THEODORUS BIGNONIUS*, nondum vero editam. *Columna Antoniniana M. Aurelii Antonini rebus geſtis inſignis, Germanis ſimul & Sarmatis gemino bello deuictis; ex SCto Romæ in Antonini Foro & viam Flaminiam erecta, vtriusque belli imaginibus Anaglyphice inſculpta, nunc primum a PETRO SANCTI BARTOLO, iuxta delineationes in Bibliotheca Barberiniana adſeruatur æri inciſa, atque explicata per IOANNEM PETRVN BELLORIUM.* De *ætate Commodi* nummis inſcripta commentatus eſt *NICOLAUS TOINARDUS*, *Pariſiis* 1690. 4.

§. VIII.

Ad hiſtoriam *Caracallæ* facit elegantiſſima diſſertatio *EZECHIELIS SPANHEMII de Orbe Romano*, ad l. 17 π de ſtatu hominum, quam Tomo vndecimo theſauri ſui inſeruit Græuius, haut ita pridem apud Anglos ſeparatim editam: in qua conſtitutionem illam Caracallæ vindicat & quantum confuſionis in hiſtoria Romana Antoninorum diuerſitas pariat, docet. De *Philippi Arabis Chriſtianiſmo* multa eſt Con-

trouerſias. Sententias quæ in hanc & illam partem proponuntur, collegit CHRISTIANVS KORTHOLTVS de *Philippi Arabis, Alexandri Mammaea, Plinii Iunioris & Senecæ Chriſtianiſmo, Roſtochi 1662.* 4. Refutarunt CHRISTOPHORVS CELLARIVS in diſſertatione ſua elegantiſſima *de primo principe Chriſtiano, Halæ 1698.* 4 & quæ inter opera hiſtorico-politica CONRADI SAMUELIS SCHVRTZFLEISCHII eſt *de primo Chriſtiano Imperatore*, vtrisque hunc honorem Conſtantino M. ſeruantibus. Operoſus vero eſt in Chriſtianiſmo Philippi defendendo P. DE LA FAYE in diſſertatione *de quaeſtione, vtrum Imp. Philippus fuerit Chriſtianus*, quæ gallice prodiit *Baſileæ 1690*, 8 in qua reſpondet ad argumenta, a Piteto, profeſſore Geneuenſi ipſi propoſita & quidem ex criminibus nihil concludi, cum ſimilia, ſi non maiora reperiantur in Conſtantino M. nec ex ludis ſecularibus, cum alii Imperatores etiam paganizaverint; nec etiam quod Conſtantinus M. primus dicatur baptizatus, cum forſan pro more baptiſmum ad mortem vsque diſtulerit Philippus. Potius tamen argumenta negantia deſtruere conatur, quam vt multis adſerat. Reliquorum Impp. vitam deſcriptam videmus a Scriptoribus Hiſto-

riæ

niæ Auguſtæ minoribus. Vnicum ſaltim addemus de hiſtoria Diocletiani. Habemus in eadem ANTONII BEMBELLONÆ de GAUDENTIIS *Tempeſtiuum Suſcitabulum pro Principibus, ſiue Commentarium ad edictum Diocletiani in Chriſtianos*, pro defenſione autonomiæ & eunomiæ in Imperio Romano conceſſæ, *Serueſtæ 1692.* 4; cuius tamen verus auctor eſt BARTHOLOMÆUS GERICIVS. De *duobus nummis Diocletiani & Licinii diſſertationem* edidit cum auctario chronologico de votis decennalibus Imperatornm ac Cæſarum FRANCISCUS HENRICVS NORISIVS, *Florentiæ 1695.* 4. Vt taceamus Scriptores aliquot Hiſtoriæ Romanorum Imperatorum, qui cum minorum ſint gentium, eosdem hic ſtudio prætermittimus.

CAPVT SEXTVM

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ BYZANTINÆ.

§. *I. Scriptores qui bibliothecam Hiſtoricorum Byzantinorum ediderunt.* §. *II. Scriptores latini hiſtoriæ Byzantinæ.* §. *III. De*

De Zonara, Niceta Acominato, Nicephoro Gregora & Laonico Chalcocondyla, qui ſe inuicem continuarunt. §. IV. Scriptores qui in corpore hiſtoriæ Byzantinæ Pariſino extant. §. V. Scriptores qui in corpore eodem non extant. §. VI. Scriptores recentiores hiſtoriæ Byzantinæ vniuerſalis. §. VII. Scriptores hiſtoriæ Conſtantini M. §. VIII. Scriptores hiſtoriæ Conſtantii, Iuliani, Vetranionis & Valentiniani II. §. IX. Scriptores de hiſtoria Theodoſii M, Arcadii & Honorii & reliquorum Imperatorum vsque ad Iuſtinianum. §. X. Scriptores hiſtoriæ Iuſtiniani Imperatoris. §. XI. Scriptores Hiſtoriæ Mauritii, & reliquorum Impp. vsque ad Conſtantinum Porphyrogenitum. §. XII. Collectanea Conſtantini Porphyrogeniti. §. XIII. Scriptores hiſtoriæ Impp. Byzantinorum vsque ad captam a latinis conſtantinopolim. §. XIV. Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ a capta per latinos vrbe vsque ad finem Imperii. §. XV. Scriptores Hiſtoriæ de capta per Turcas vrbe Conſtantinopoli. §. XVI. Scriptores hiſtoriæ Byzantinæ miſcellanei.

§. I. A Ro-

§. I.

A Romanis Scriptoribus ad Byzantinos progredimur, quorum alii hiſtoriam ſaltim ſcripſerunt, latini & ethnici ſunt: alii vero ſub Imperio Byzantino viuentes Chriſtiani in eadem fuerunt occupati. PHILIPPUS LABBEUS primum edidit *protrepticon de Byzantinæ hiſtoriæ Scriptoribus*, cui addidit notas ad eclogas Scriptorum Byzantinorum *Pariſiis 1648. f.* In hoc non ſolum chronologiam & hiſtoriam recenſet, ſed etiam ſe plures cum codicibus Bibliothecæ Regiæ, Mazarinianæ & aliarum collatos cum propriis & Iacobi Goari notis editurum promiſit. Quod ex typographia regia præſtitum quidem, aliis tamen etiam manus obſtetricantes præbentibus. Poſtea eosdem plenius recenſuit MARTINUS HANCKIUS in libro *de Byzantinarum Rerum Scriptoribus Græcis. Lipſiæ 1677. 4.* In hoc enim vitam, ſcripta, de iisdemque iudicia deſcripſit, prolixe ſatis atque egregie. In vtrosque indicem fecit RVDOLPHVS CAPELLVS in *Byzantinis* ſuis, *Hamburgi 1686. 4.* Inter ſcriptores ethnicos de rebus Byzantinorum Imperatorum ſuperius iam recen-

recenſuimus ZOSIMVM atque EUTROPIVM. Ex latinis maxime hic memorari meretur AMMIANVS MARCELLINVS. Hic hiſtoriam Imperatorum a Neruæ Principatu exorſus, vsque ad Valentis interitum pertexuit, ſed ex libris XXXI ſuperſunt ſaltim XVIII poſteriores, qui in rebus Conſtantii Imperatoris incipiunt, in Valentis hiſtoria deſinunt. Militaris homo erat, ideoque rem militarem accurate deſcribit, atque a veritatis ſtudio potius, quam a ſermonis elegantia commendandus eſt. Excurſus tamen amat, atque in iisdem ſæpe nimius eſt, in quibus tamen multum facit ad Germaniæ atque Galliæ mediæ geographiam. Inter editiones ob notas æſtimantur *Henrici Valeſii, Pariſiis 1636.* 4 & *Friderici Lindenbrogii, Hamburgi 1609.* 4 Optima eſt editio, quæ cum notis *Hadriani Valeſii*, ex nummis & monumentis antiquis illuſtra, cura *Iacobi Gronouii* prodiit *Lugduni Batauorum 1693 f* cui etiam præmiſſa eſt vita Ammiani per Claudium Chiffletium conſcripta. Ammiano iungenda eſt PAULI DIACONI *hiſtoria Miſcella*, quæ cum obſeruationibus Friderici Lindenbrogii prodiit *Hamburgi 1611.* 4. Hæc enim editio Raphelengiana, quæ paullo ante prodierat, locupletior longe eſt atque accuratior. Sed

vere

vere dicitur miſcella, cum ex aliis Scriptoribus plerumque ſit deſumta. Priores quidem XI libri illi ipſi ſunt decem libri Eutropii, niſi quod aliqua de ſuo ſubinde addat Paulus. Sequentes quinque libros ad continuandum Eutropium addidit Paulus. Cæteri, ſeptimus decimus nempe, & qui ſequuntur, a Landulpho Sagace ſunt additi, imprimis ex Theophane deſumti. Hac igitur rhapſodia Imperatorum non ſolum ſed etiam Longobardorum hiſtoria deſcribitur. Facit huc etiam IORNANDES, cuius *hiſtoriam Gothorum* breuis eſt & horum bella cum Imperatoribus deſcribit. Adnexa eſt M. AVRELII CASSIODORI *variarum lectionum* libris, quæ Geneuæ 1656. 4 prodierunt, atque varias epiſtolas Theoderici Gothorum regis ad Byzantinos, & horum ad illum continet.

§. III.

Proprie autem dicuntur Byzantini Scriptores, qui ſub Byzantino Imperio viuentes, vel vniuerſalem hiſtoriam, vsque ad ſua tempora, vel certorum tantum temporum ſtatum ſcripſerunt. Hiſtoriæ autem Byzantinæ Scriptores quatuor potiſſimum ſunt, qui ſe inuicem continuantes, omnem hiſtoriam a Conſtantini M. temporibus, vsque ad captam a Turcis Conſtantinopolin

polin complexi ſunt. Exordium fieri decet a IOANNE ZONARA, qui tribus *Annalium* Tomis hiſtoriam Catholicam ſcripſit, quam Ambroſius Wolfius primum edidit, *Baſileæ 1557. f* poſt græce & latine Carolus du Fresne *Pariſiis* ex typographia Regia *1686. f.* Promiſerat quidem Labbeus in protreptico, & diſſertatione de Scriptoribus eccleſiaſticis, ſe editurum eſſe hoſce Annales Zonaræ & quod tamen non ab eo, ſed a Carolo du Fresne eſt præſtitum, qui plurimum iam de hiſtoria Byzantina erat promeritus. Annales in libris octodecim diſtinxit, hos iterum in ſectiones, verſionem Wolfianam emendauit, variantes lectiones addidit & adnotationes eruditas adiectt. Subiicitur breue quoddam Chronicon ab O. C. vsque ad Alexii Comneni Imperium, quod a Petauio vna cum Nicephori breuiario primum editum, poſt in regia Nicephori editione emiſſum. Hi autem tres Annalium tomi vniuerſalem hiſtoriam continent. Tertius vero tomus Byzantinorum Imperatorum res geſtas vsque ad Alexii Comneni obitum complectitur. Verum in eodem maiorem diligentiam plerumque deſiderant. Zonaram continuat NICETAS ACOMINATVS Choniates, qui hiſtoriam de rebus Imperatorum

Byzan-

Byzantinorum, paullo ante ſua tempora, potiſſimum vero ætate ſua geſtis compoſuit. Orſus eſt ab Alexii Comneni morte, vbi deſierat Zonaras, res geſtas Ioannis Comnenii & ſucceſſorum, partim ab aliis auditas, partim a ſe viſas commemorat vsque ad Balduinum, ſiue ab A. C. 1118. ad 1206. idque libris XXI. Prodiit græce & latine cum Wolfii adnotationibus, *Baſileæ 1557. f Geneuæ 1593. 4.* & *Pariſiis 1647. f* ex typographia Regia, cum notis Caroli Annibalis Fabrotti. Hunc ſupplet NICEPHORVS GREGORAS, qui Hiſtoriæ Byzantinæ libros XI ſcripſit, atque a capta per Latinos vrbe auſpicatur, in morte Andronici Palæologi iunioris deſinit, ſiue ab A. C. 1204 ad 1341 Prodierunt græce & latine cum paralipomenis Nicetæ Acominati, cura Hieronymi Wolfii, *Baſileæ 1562 f* per Ioannem Oporinum. Peculiare fragmentum ex libro VIII deſumtum, quod in editionibus antiquis deſiderabatur, græce & latine prodiit interprete Dionyſio Petauio, Nicephori Conſtantinopolitani breuiario ſubiectum, *Pariſiis 1616. 8.* Optima eſt editio, quæ *Pariſiis* prodiit ex typographia Regia *1661. f.* Scriptor hic Zonaræ quidem & Nicetæ non eſt comparandus, multa quoque de ſuo immiſcet atque diuagatur,

 iudicio

iudicio tamen vtitur recto, diuinæ prouidentiæ multum tribuit, atque euentuum cauſſas optime diiudicat. Iniurius maxime videtur in Andronicum, quem defendit Cantacutzenus. Quartus denique eſt LAONICUS CHALCOCONDYLAS, Athenienſis, cuius hiſtoriarum *de origine ac rebus geſtis Turcarum* libri X extant, Conrado Clauſero, Tigurino interprete, *Coloniæ 1615. f*, atque ex editione optima Caroli Annibalis Fabrotti *Pariſiis 1650. f.* Addidit *Baſilius Ioannes Heroldus tabulas genealogicas*, ex quibus Byzantinorum Imperatorum progenies melius poterit dignoſci. Hic autem interitum Imperii Conſtantinopolitani deſcribit, ideoque de Turcarum ortu & potentiæ progreſſu pluribus agit. Scriptor autem eſt accuratus, qui breui ſermone multa complectitur. Hi igitur Scriptores quatuor Corpus Hiſtoriæ Byzantinæ conſtituunt, cum non ſolum præcipui ſint, ſed etiam integrum nexum Hiſtoriæ deſcribant.

§. IV.

Præter hoſce, plures adhuc ſunt Scriptores Byzantini, qui etiam vlterius progreſſi ab exordio mundi hiſtoriam ſcripſerunt. GEORGIVS quidem, Taraſii, Patriarchæ Conſtantinopolitani SYNCELLVS,

eclo-

eclogam *chronographiæ* ab initio mundi ad ſua vsque tempora adgreſſus eſt, eandem tamen non abſoluit, ſed ad Diocletiani tantum tempora perduxit. Prodiit cum latina verſione & notis Iacobi Goar. *Pariſiis 1652. f.* ex typographia regia. Continuauit Syncellum THEOPHANES Confeſſor, qui *Chronographiam* ſuam ab anno primo Diocletiani vsque ad Leonis Armeni tempora perduxit, quæ græce & latine extant cum notis Iacobi Goari & Franciſci Combefiſii, *Pariſiis 1655. f.* ex typographia regia. In eandem chronographiam exegeſis extat *Gothofredi Henſchenii* & *Danielis Papebrochii*, quæ menſi Martio in actis Sanctorum eſt præmiſſa. Theophanis chronographiam continuauit IOANNES SCYLITZA, Curopalates, qui de conſtantinopolitanis Imperatoribus *compendium hiſtoriarum* ſcripſit, quod cœpit ab Imperatoris Nicephori Logothetæ interitu, anno 811. vsque ad Nicephori Botoniatæ Imperium anno 1081. Prodiit hoc Scylitzæ compendium integrum latine, interprete Ioanne Baptiſta Gabio, *Venetiis 1570. f.* quæ verſio tamen per Fabrottum emendata cum Cedreno eſt edita. Sic etiam inter Theophranis continuatores referendus eſt LEO GRAMMATICUS, qui de rebus conſtantino-

tinopolitanorum hiſtoriam ab Imp. Leonis Armeni coronatione, vsque ad Romanum Lecapenum deducit. Adiecta eſt Theophanis Chronographiæ. Secutus hoſce fuit GEORGIVS CEDRENVS, qui *ſynopſin hiſtoriarum* ſcripſit ab O. C vsque ad initium Iſaaci Comneni, ſiue A. C MLVII. Hanc Fuggerorum hortatu primus in lucem produxit Guilielmus Xylander cum interpretatione latina, *Baſileæ 1566. f*, quam poſtea correxit, lacunas & multa alia ex Ioanne Curopalata & Georgio Syncello ſuppleuit, gloſſarium quoque addidit *Carolus Annibal Fabrottus*, cuius editio cum notis Iacobi Goari prodiit *Pariſiis 1647. f.* Hoc autem opus vere dicitur cento ex multis pannis conſutus, cum pleraque ex aliis deſumſerit, ita, vt res geſtas a morte Nicephori Logothecæ vsque ad Iſaaci Comneni exordium iisdem verbis legere liceat in Ioannis Scylitzæ Curopalatæ hiſtoria. Multas autem intermiſcet fabulas, vt non ſine iudicio legi debeat. Poſt hoſce, MICHAEL GLYCAS *Annalium* libros quatuor ſcripſit, quibus ab exordio mundi ad Alexii Comneni tempora vsque progreditur. Hos latine primum edidit *Ioannes Leunclauius, Baſileæ 1562. f* vna cum appendice, ſiue ſupplemento rerum vsque ad

Impe-

Imperii Conſtantinopolitani euerſionem Græce vero illos edidit, lacunis verſionis latinæ ſuppletis, *Philippus Labbeus*. Breuis quidem eſt, ſed accuratus. Vere dicitur *chronographia compendiaria* NICEPHORI Conſtantinopolitani, quæ ab Adamo vsque ad vltimum annum Michaelis Imperatoris eſt directa. Huius variæ ſunt editiones, Scaligeri quidem theſauro temporum adiecta eſt *Lugduni Batauorum 1658. f.* Vltima vero eſt græco-latina, interprete Contio, cum Goari notis, Georgii Syncelli chronographiæ ſubiecta. CONSTANTINVS MANASSES græcis verſibus *ſynopſin hiſtoricam* ſcripſit ab O. C. vsque ad obitum Nicephori Botoniatæ, ſiue annum Chriſti MCLXXXI. Hos primum latine verſos edidit *Ioannes Leunclauius, Baſileæ 1573. f* poſt græce & latine *Ioannes Meurſius, Lugduni Batauorum 1661. 4.* Tandem *Carolus Annibal Fabrottus* cum variis lectionibus a Leone Allatio ſecum communicatis, *Pariſiis 1655. f* ex typographia regia. Hoſce ſingulos & particulares plures, quotquot reperiri potuerunt in magno corpore Scriptorum Hiſtoriæ Byzantinæ videmus collectos. Conſtat illud XXVII Tomis, qui non vno tempore, ſed ſucceſſu, ab anno 1647. vsque ad noſtra, ex typographia regia

Pariſienſi fuerunt edita in charta auguſta, magno typorum nitore, notisque optimis. Nouam eandemque auctiorem editionem Byzantinorum meditabantur olim Belgæ; nec tamen præſtiterunt adhuc.

§. V.

Sunt tamen inter vniuerſales Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores, qui ex typographia Pariſienſi non prodierunt. Eſt inter illos IOANNES ANTIOCHENVS, cognomento MALALAS, cuius *hiſtoria chronica* græce prodiit cum interpretatione & notis poſthumis Edmundi Chilmeadi, *Oxonii* ex theatro Scheldoniano *1691 4.* Acceſſit etiam GEORGII HAMARTHOLI *chronographia*; vtraeque tamen admodum breues ſunt. Vt taceam Euſebium, Nicephorum Calliſti filium & ſimiles hiſtoriæ eccleſiaſticæ Scriptores, de quibus ſuo loco dicendi dabitur occaſio.

§. VI.

Progreſſuri ad recentiores hiſtoricos, qui hiſtoriam Byzantinam ſcripſerunt, primo loco occurrit CAROLVS du FRESNE, qui *Hiſtoriam Byzantinam* ſcripſit duplici Commentario illuſtratam; quorum prior Familias & ſtemmata Imperatorum Conſtantinopolitanorum, cum eorundem Numiſmatibus atque iconibus, altes deſcriptio-

ptionem vrbis Conſtantinopoleos, qualis antiquo tempore fuit, deſcribit, *Pariſiis 1680. f.* Scriptum eſt eruditiſſimum, in quo iuſto ordine omnem hiſtoriam Byzantinam videmus expoſitam, firma auctoritate atque monumentis, antiquitatis confirmatam. Eiusdem Gloſſario mediæ atque infimæ Latinitatis adnexa quoque eſt *de Imperatorum Conſtantinopolitanorum numiſmatibus diſſertatio elegantiſſima.* In his quæ ad mediæ ætatis hiſtoriam atque antiquitatem faciunt, Freſnæus laudem meretur maximam. Antea prodierat *Hiſtoria Conſtantinopolitana, Imperatorum orientalium & occidentalium res geſtas ab anno 1080. complectens, Auguſtæ Vindelicorum 1618. 4.* & CHRISTOPHORI BESOLDI *Hiſtoria Conſtantinopolitana,* poſt auulſum a Carolo M. imperium ad ſua vsque tempora, *Argent. 1634. 12* vtræque tamen minoris ſunt momenti. Gallice eandem hiſtoriam edidit COVSINVS, a Iuſtini Senioris temporibus, vsque ad finem Imperii, quæ prodiit *Pariſiis 1675. 4. 8. vol.* Hoc opus non niſi translatio eſt Scriptorum Byzantinorum, ita tamen vt continuatam hiſtoriam inde petamus. Primum quidem volumen continet Procopii libros de bello Perſico, Gothico & Vandalico. Secundum volumen reliquos Procopii libros, hiſtoriam miſcellam, arcanam,

eiusdemque de ædificiis Iuſtiniani libros ſex, Agathiam quoque, Procopii continuatorem. Tertium volumen continet legationes Menandri, Theophili Simocattæ octo libros hiſtoriarum de rebus geſtis Mauritii, Imperatoris, Breuiarium Nicephori Conſtantinopolitani, vitas Imperatorum deſcriptas per Leonem Armenum & Nicephorum Bryennium. Quartum volumen continet Hiſtoriam Alexii Comneni, per filiam Annam Comnenam ſcriptam. Quintum Hiſtoriam Nicetæ, ſextum Georgii Pachymeris, Septimum atque octauum Ioannis Cantacutzeni & Michaelis Ducæ.

§. VII.

Præter vniuerſales hoſce Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores, dantur plures particulares, vbi recentiores antiquioribus iungemus. *Conſtantini M vitam*, libris quatuor deſcripſit EVSEBIVS, Cæſareenſis, de quorum auctore dubitant quidam, cum non omnia conueniant iis, quæ in hiſtoria eccleſiaſtica dixerat. Codices tamen communiter Euſebii nomen præferunt, immo ipſa hiſtoriæ verba cum oratione eius ſæpiſſime conueniunt. Eiusdem Euſebii eſt *oratio de Imperatoris Conſtantini laudibus*, in Tricennalibus eius habita, quæ cum aliis Euſe-

Euſebianis prodierunt, cura Hadriani Valeſii, *Pariſiis 1659. f.* Panegyriſtam tamen potius agit, quam verum hiſtoricum, atque in elogiis ſæpe nimius eſt. Ad Hiſtoriam quoque Conſtantini M. faciunt Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Zonaras, Euagrius, Nicephorus. *De loco, tempore & cæteris adiunctis conuerſionis Conſtantini M ad fidem Chriſtianam* diſſertationem ſcripſit *PETRUS FRANCISCUS CHIFFLETIUS*, quæ cum aliis eiusdem diſſertationibus prodiit *Pariſiis 1676. 8.* De eodem Chriſtianiſmo Conſtantini agit, eundemque in dubium vocat auctor obſeruationum XXII XXIII & XXIV Tomi primi Halenſium. *BALTHASAR GUALTHERUS* diatriben elenchticam edidit *de Imperatoris Conſtantini baptismo, donatione & legatione ad concilium Nicænum, Ienæ 1618. 12*, qua contra Baronium diſputat. De *baptiſmo Conſtantini M* multa inter *EMANUELEM SCHELSTRATUM & WILHELMUM ERNESTUM TENTZELIUM* controuerſia fuit, qui variis ſcriptis inter ſe diſceptarunt. *Conſtantinum M. euangelicum Iodoci Keddii Conſtantino Romano Catholico* oppoſuit *ANDREAS KUNADUS, Witteb. 1666. 4* De *legibus Conſtantini M.* ſigularis extat commentarius *FRANCISCI BALDUINI, Argentorati 1612.*

8. *Conſtantini nummum argenteum* IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER expoſuit, quæ expoſitio vna cum MARQVARDI FREHERI *diatribe* de eodem nummo impreſſa eſt *Pariſiis 1610. 4.* *De nummo aureo* quem Conſtantinus M accepto SS baptiſmate iuſſerit ſignari, ad Coſmum III epiſtolam ſcripſit IOANNES FRIDERICVS HECKELIVS *Dreſdæ 1679. 4.* atque aliam ad Ioannem Georgium II, electorem *de nummo argenteo, quem Conſtantinus M cudi iuſſerit, cum anno Imperii vltimo filiis ſuis Imperium eſt partitus Dreſdæ 1693. 4.* Diploma *Donationis Conſtantini M* Sylueſtro Papæ factæ ex editione BARTHOLOMÆI PICERNÆ, cum LAVRENTII VALLÆ *in donationem illam declamatione*, VLRICI HUTTENI præfatione, atque aliorum de eadem donatione iudiciis Orthuinus Gratius in faſciculo rerum expetendarum atque fugiendarum euulgauit *Coloniæ 1535.* *f.* Eandem donationem cum verſione duplici Theodori Balſamonis & Matthæi Blaſtaris commentario illuſtrauit atque edidit MARQUARDUS FREHERUS, *Heidelbergæ 1610. 4.* Plures ſunt inter noſtrates potiſſimum, qui ſingularibus diſſertationibus hanc donationem refutarunt.

§. VIII.

§. VIII.

De *Conſtantii Imp. laudibus* orationes duæ ſunt IULIANI, Imperatoris, quæ, cum aliis eiusdem operibus extant. *Sapphirum Conſtantis* expoſuit MARQUARDUS FREHERUS, *1602.* 4 qui poſtea cum *Henrici Güntheri Thuſemanni* notis prodiit *Heidelbergæ 1681.* 4. *In Iulianum Imperatorem orationes duas* ſcripſit GREGORIUS NAZIANZENVS, libros vero X contra eundem ſcripſit CYRILLVS Alexandrinus, quos cum notis edidit Ezechiel Spanhemius, *Lipſiæ 1695. f. De philoſophia Iuliani* ſingulari libello egit PAGANINVS GAVDENTIVS, *Piſis 1641.* 4. De *apoſtaſia* eiusdem diſſertatio extat ADAMI RECHENBERGII, *Lipſiæ 1684.* 4. *De nummo Vetranionis aureo* Vratislauiæ reperto ſingularis extat epiſtola ANDREÆ ERASMI a SEIDEL, *Vratislauiæ 1687.* 4. *Iouiani Hiſtoriam* cum elegiis aliquot in lucem produxit LAMBERTVS THOMAS SCENCKELIVS, *Pragæ 1617.* 4. In *Valentiniani II mortem* oratio parentalis extat AMBROSII in tertio tomo Operum,

§. XI.

De *obitu Theodoſii M* extat oratio AMBROSII in tertio tomo Operum, in qua laudes Imperatoris pro merito prædicat.

Vitam

Vitam atque ſtatum politicum deſcripſit *IOACHIMUS PASTORIUS* ab *HIRTENBERG*, *Ienæ 1664. 8* cum aliis eiusdem ſcriptis politicis. *De Theodoſio M. excommunicato* eruditam habemus diſſertationem *ADAMI RECHENBERGII*, *Lipſiæ 1683. 4.* Gallice *Theodoſii M hiſtoriam* in vſum Delphini deſcripſit Abbas *FLECHERIUS Pariſiis 1679. 4.* Ad Arcadii atque Honorii hiſtoriam facit *CLAVDIVS CLAUDIANVS*. Huius enim ſunt *de laudibus Stiliconis libri tres, & liber de bello Getico, liber de bello Gildonico, de laudibus Serenæ Reginæ, coniugis Stiliconis, Panegyrica in conſulatum tertium, quartum & ſextum Honorii, Carmen in nuptias Honorii Auguſti & Mariæ libri II in Rufinum & totidem in Eutropium.* Editiones ſunt antiquiores variæ, præſtantiſſimæ ſunt illæ, quæ cum notis *Nicolai Heinſii*, *Lugduni Batauorum 1641. 12.* ob notas breues ſed eruditas, *Schreueliana*, cum notis variorum *Amſtelodami 1665. 8. Pariſina* cum interpretatione & notis *Guilielmi Pyrrhi* in vſum Delphini *1677. 4* & quæ cum prolixo *Caſparis Barthii* commentario prodiit *Francofurti 1650. 4*, qui ad poëtæ interpretationem multum valet. *PRISCVS PANITA*, ſcriptor Græcus *hiſtoriam Byzantinam* ſcripſit atque *Attalicam* libris octo, quibus res quæ poſt

Hono-

Honorii exceſſum geſtæ fuerunt, ſeculo quinto, deſcribit, ſed non niſi excerpta gemina ab eodem ſuperſunt, quæ ex græco in latinum tranſtulit Carolus Cantoclarus, idem quoque & Henricus Valeſius notis illuſtrauit, prodierunt inter alia excerpta *Pariſiis 1648. f* ex typographia regia. Hunc autem ſcriptorem bonum atque vtilem omnes adgnoſcunt, ſi modo integer. *Aulam Thedoſii II ſeu Iunioris, S. Pulcheriæ ſororis, Eudoxiæ vxoris* deſcripſit *MATTHIAS RADERVS, Auguſtæ, 1608. 8.*

§. X.

Iuſtiniani Imperatoris hiſtoriam ax antiquis expoſuit *PROCOPIUS*, Cæſareenſis. hic primum *de rebus Iuſtiniani* octo libros conſcripſit, qui græce & latine cura *Dauidis Hœſchelii* prodierunt *Auguſtæ Vendilicorum 1607. f.* Hos poſtea in latinum ſermonem tranſtulerunt *Chriſtophorus Perſona, Claudius Maltretus* & *Hugo Grotius*, qui hanc Procopii verſionem cum aliis Gothicarum rerum Scriptoribus edidit *Amſtelodami 1655, 8.* Accuratiſſima vero eſt editio, quæ græce & latine, interprete Maltreto, cum eiusdem variis lectionibus atque emendationibus prodiit *Pariſiis* ex typographia regia *1662. f.* Continent autem duos libros de bello

bello Perſico, quod Conſtantinopolitani Imperatores geſſerunt ab Arcadii II anno ſecundo vsque ad annum Iuſtiniani XXIII, de bello Vandalico libros duos ab Alarici irruptione, vsque ad tempora iuſtiniani, & de bello Gothico libros quatuor, a Theodorici ducis irruptione in Italiam, vsque ad pacem ſub Iuſtiniano cum Gothis factam. Atque in his non minus doctum quam accuratum hiſtoricum ſe præſtitit. His autem octo libris nonum poſtea ſupplementi quaſi loco addidit, quem *ἀνέκδοτα* inſcripſit. Primus hæc ex MSto protulit *Nicolaus Alemannus*, atque *Hiſtoriam arcanam* nominauit, quibus narrat, quæ ſcelerate a Iuſtiniano ac Theodora fuerunt geſta. Iniurius tamen videtur in Iuſtinianum, cum ex odio multa ſcripſerit, quæ veritati minus videntur conſentanea, licet in ambitione, auaritia & ruditate Imperatoris non adeo videatur a veritate alienus. Prodiit græce & latine cum Alemanni notis, *Lugduni 1624. f* & cum aliis Procopii, *Pariſiis 1663. f.* Omnibus modis Alemannus laborat pro veritate hiſtoriæ, quam tamen refutauit THOMAS RIUIVS in *defenſione Iuſtiniani contra Alemannum*, & prolixius IOANNES EICHELIVS in *apologia* ſua & *animaduerſionibus in Procopium*, quæ

cum

cum ipſo Procopii textu prodierunt *Helmſtadti 1654. 4.* Præter hoſce, ſcripſit etiam Procopius libros ſex *de Imperatoris Iuſtiniani ædificiis*, in quibus vrbem, templa, monaſteria, pontes, vias, muros atque alia quæ Iuſtinianus Imperator paſſim locorum, ſeu condidit ſeu reparauit, deſcripſit; Latine hos reddit *Arnoldus Veſalienſis* & *Claudius Maltretus*, edidit græce & latine *Franciſcus Combefiſius*, cum notis, in originem rerumque Conſtantinopolitanarum manipulo *Pariſiis 1664. 4* atque inter alia opera Procopii. Huius hiſtoriam continuauit AGATHIAS Scholaſticus, qui libris quinque *res geſtas Iuſtiniani* deſcribit, ab anno Iuſtiniani XXVIII ad XXXIII, quibus bella Iuſtiniani a Beliſario & Narſetto Ducibus, in Italia, Africa, Perſide & apud Byzantium geſta deſcribit. Latinos reddidit ex parte *Hugo Grotius*, vniuerſos vero *Chriſtophorus Perſona* & *Bonauentura Vulcanius*, additamentis illuſtrarunt *Ioannes Leunclauius* & Vulcanius. Inter editiones præſtat illa, quæ cura *Bonauenturæ Vulcanii* prodiit *Lugduni Batauorum 1594. 4* & *Pariſiis* ex typographia regia *1658. f.* Non adeo terſus ſcriptor eſt, & multum indulget excurſibus, vtilis tamen, qui multa profert ab aliis non memorata. Ex antiquis huc

etiam

etiam facit PAVLVS SILENTIARIUS, qui templum Conſtantinopolitanum, ſanctæ Sophiæ dicatum, quod Imperator Iuſtinianus reſtaurari fecit, deſcripſit, idque ligato ſermone græco. Prodiit græce atque latine interprete *Carolo du Fresne*, cum eiusdem Commentario, Ioannis Cinnami hiſtoriarum libris ſubiectum, *Pariſiis 1670. f.* Ad Agathiam continuandum quoque facit MENANDER Protector, qui de geſtis Byzantinorum Imperatorum libros VIII a Iuſtiniano vsque ad Tiberium II compoſuit, ex quorum vltimo quædam tantum eclogæ legationum ſunt ſuperſtites. Prodierunt græce inter excerpta Hœſchelii de legationibus, & græce atque latine cum Caroli Cantoclari & Henrici Valeſii notis *Pariſiis* ex typographia regia *1648. f.* Nec deſunt ex recentioribus, qui ad Iuſtiniani hiſtoriam faciunt. HUBERTI GIPHANII quidem & FRANCISCI GUINETI commentarii *de Iuſtiniano imperatore* coniunctim extant editi *Noribergæ 1660. 12.* & plerumque ad hiſtoriam Iuris faciunt. Eiusdem *vitam* deſcripſit CONRADVS TIBVRTIVS RANGO, *Francofurti ad Viadrum 1661. 12.* CORNELIVS MARGARINVS *de Iuſtiniano* ſcripſit *Aniciæ familiæ reſtituto.* *Iuſtinianus* tanquam *orthodoxum* defendit CON-

RADVS

RADVS SAMVEL SCHURTZFLEISCHIVS, quæ diſſertatio alias inter opera eius hiſtorico politica continetur. De *Iuſtinianei ſeculi moribus* nonnullis diſſertationem ſcripſit PAGANINUS GAUDENTIVS, *Argentorati 1654. 8.* De *aureo Iuſtiniani* aduerſus Iacobum Cuiacium ſcripſit FRANCISCUS HOTTOMANNVS, *Geneuæ 1585. 8.*

§. XI.

Inter ſucceſſores Iuſtiniani *Mauritius* eſt Imperator. *Vitam* illius deſcripſit THEOPHYLACTVS SIMOCATTA, libris octo & quidem quinque prioribus, de bello Perſico agit, reliquis de bello contra Auares & Slauos atque cæde Mauritii. Latine illos reddidit *Iacobus Pontanus*, atque edidit *Ingolſtadti 1604. f*, poſtea prodierunt cum eiusdem adnotationibus, Caroli Fabroti gloſſario græco-barbaro & Photii epitomis græco-latinis, *Pariſiis 1647. f* ex typographia regia. Scriptor eſt prudens, & magni ſemper æſtimatus. Hos enim cum poſt obitum Phocæ, de ſuperiori loco populo legeret, vbi ad cædem Mauritii ventum eſt, lacrymas ei excuſſit, vti ipſe teſtatur libro octauo. A Mauritii Imperatoris obitu vsque ad Leonis IV & Irenes nuptias anno 770 celebratas progreditur.

NICEPHORUS Conſtantinopolitanus in *breuiario hiſtorico*, quod græce & latine cum notis *Dionyſii Petauii* prodiit *Pariſiis 1648. f.* ex typographia regia. CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS pro ea, qua pollebat eruditione de aui ſui, *Baſilii Macedonis vita*, narrationem hiſtoricam compoſuit in eademque diligentiſſimus eſt, licet potius laudes eiusdem enarrat, quam res geſtas. Prodiit græce & latine, inteprete *Leone Allatio* in eiusdem ſymmictis, *Coloniæ 1653. 8.* *Leonis Armeni, Michaelis Balbi, Theophili, Michaelis & Baſilii Macedonis hiſtoriam* ſcripſit GENESIUS, quam nondum, etiam ex codice bibliothecæ Paulinæ Lipſienſis in lucem protrahere volebat *Boſius* noſter, & poſt eum *Chriſtianus Wagnerus*; ſed vterque morte præuentus telam non abſoluit. Geneſio quidem abiudicare voluit Wagnerus, veros auctores Georgium & Theophanem eſſe exiſtimans, eidem tamen vindicauit Caueus.

§. XII.

Ad hiſtoriam ſtudiorum Conſtantini Porphryogeniti faciunt reliquæ excerptorum, quæ ab eodem adhuc ſeruamus. Fecerat ille Collectanea hiſtorica de variis rebus vtilibus, quas ex Scriptoribus græcis, integris eorum locis adductis exeerpſerat.

Horum

Horum autem tres & quinquaginta titulos congeſſit, ſingulis in duos libris diſtinctis, quorum primus comprehendebat excerpta ex Scriptoribus hiſtoriæ vniuerſalis, alter ex hiſtoria Cæſarum. Sed non niſi binos titulos habemus reliquos. Priorem quidem tituli de legationibus librum edidit FVLVIVS VRSINVS, qui continet *eclogas legationum ex libris Polibii: accedunt & aliæ ex Dionyſii Halicarnaſſenſis, Diodori Siculi, Dionis Caſſii & Appiani ſcriptis congeſtæ cum notis Fuluii Vrſini, Antwerpiæ 1582. 4.* Alterum edidit DAVID HOESCHELIVS ſub titulo: *eclogæ legationum Dexippi Atheníenſis, Eunapii Sardiani, Petri Patricii, Priſci Sophiſtæ, Malchi Philadelphenſis, Menandri Protectoris, Auguſtæ Vindelicorum 1603. 4.* In his autem vltro citroque a gentibus miſſæ legationes, diſertæ conciones, & variæ de fœderum & pacis conditionibus diſceptationes fuerunt congeſtæ. Alium titulum *de virtutibus & vitiis* edidit HENRICVS VALESIVS, in quibus continentur Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damaſceni, Dionyſii Halicarnaſſenſis, Appiani Alexandrini, Dionis & Ioannis Antiocheni excerpta, *Pariſiis 1634. 4*, & poſtea inter Scriptores Byzantinos, cum aliis eclogis Byzantinorum Scriptorum primam partem

faciunt, *Pariſiis 1648. f* ex typographia regia. Ad hoc potiſſimum hæc excerpta nobis proficua, vt multa inde colligamus Scriptorum veterum fragmenta, quorum plerique deperditi ſunt.

§. XIII.

Ad Iſaaci Comneni & quorundam imperatorum Byzantinorum hiſtoriam facit NICEPHORVS BRYENNIUS, qui Commentariorum *de rebus Conſtantinopolitanis* ſcripſit libros quatuor, quibus dum hiſtoriam Alexii Comneni potiſſimum conſiderat, incipit ab Iſaacio Comneno & progreditur vsque ad Nicephorum Botoniatem, atque prodierunt græce & latine, interprete *Petro Poſſino* cum eiusdem notis, *Pariſiis 1661. f*, poſtea vero cum notis hiſtoricis & philologicis *Caroli du Freſne, Pariſiis 1670. f.* Hiſtoria hæc eo certior eſt, quod a teſte occulato profecta, eodemque dignitatis atque auctoritatis ſummæ. Cum autem Bryennius Alexii Comneni res memorabiles ſaltim quæ ante imperium geſtæ adnotaſſet, in reliquis morte præuentus eiusdem coniux, ANNA COMNENA mariti commentarios ſuppletura *vitam patris* vniverſam opere ſingulari deſcripſit. Inſcripſit illud *Alexiadem*, atque libri XV conſtat; iquos ab epeditione Alexii, Ducis adhuc

adhuc ſub Romano Diogene contra Perſas, incipit, in Alexii vero exceſſu, anno 1118 finit. Octo priores libri græce primum prodierunt cum *Danidis Hœſchelii* notis *Auguſtæ Vindelicorum 1610. 4*, poſt omnes XV græce & latine cum iisdem notis & *Petri Poſſini* gloſſario, *Pariſiis* ex typographia regia *1651. f.* Optima vero eſt editio, quæ cum ſingulis hiſce, additis *Caroli du Fresne* notis hiſtoricis & Philologicis, Ioannis Cinnami libris hiſtoriam ſubiecta eſt *Pariſiis* ex typographia regia *1670. f.* Hos autem libros fœmina eruditiſſima, acri & ſupra ſextum iudicio, ac ſingulari elegantiam conſcripſit. Annam continuauit IOANNES CINNAMVS, qui libros hiſtoriarum cœpit ab Alexii Comneni exceſſu, anno 1118, deſinit vero in Manuelis Comneni expeditione contra Turcas, anno 1175. Prodierunt primum quatuor libris græce & latine, interprete *Cornelio Tollio*, cum eiusdem notis, *Traiecti ad Rhenum 1652. 4.* poſtea ex codice Vaticano in ſex libros diſtributi, græce & latine, interprete *Carolo du Fresne*, cum eiusdem notis hiſtoricis & philologicis, *Pariſiis*, ex typographia regia *1670. f.* Res Græcorum non ſolum narrat, verum etiam extollit, in latinos vero, ſiue Imperatores ſiue Pontifices, admodum eſt iniurius.

§. XIV.

Ad hiſtoriam captæ a latinis vrbis Conſtantinopoleos facit primum GEORGIUS ACROPOLITA, Logotheta, qui ſcripſit χρονικὴν συγγραφὴν ſiue *Chronographiam*, de rebus in Imperio Conſtantinopolitano geſtis, in qua ab anno Chriſti 1203, dum Conſtantinopolis a Balduino I, Flandriæ Comite caperetur; vsque ad annum 1261, ſiue Conſtantinopolim in Græcis recuperatam progreditur. Prodiit hæc integra græce & latine, interprete *Leone Allatio*, cum eiusdem notis, *Pariſiis* 1651. f. in compendium vero redacta ſub *Chronici Conſtantinopolitani* titulo, græce & latine, interprete *Theodori Douſa*; cum eiusdem notis, *Lugduni Batauorum* 1614. 8. Vulgaris eſt in ſermone, in hiſtoria obſcurus, alias accuratus & præſens inſpector rerum quæ narrat. Sequitur GEORGIVS PACHYMERES qui *ſui temporis res Conſtantinopolitanas* ſcripſit, quarum plerasque viderat vel audiuerat. Tredecim libris hanc hiſtoriam abſoluit, quorum pars prior complectitur hiſtoriam rerum, quas Michael Palæologus ante imperium, atque in imperio geſſit, libris ſex conſtantem. Pars poſterior complectitur Hiſtoriam rerum, quas

An-

Andronicus Palæologus, Michaelis filius geſſit, libris ſeptem. Prodijt græce & latine interprete *Petro Poſſino*, cum eiusdem tribus obſeruationum libris, *Romæ 1669. f.* Fidus eſt ſcriptor, ſed dum in hiſtoria obſcura verſatur, ipſe eſt obſcurus. IOANNES CANTACVTZENUS, ipſe Imperator, ſub nomine CHRISTODULI *hiſtoriam Byzantinam* ſcripſit, de Imperio Andronici Palæologi ſenioris, iunioris & ſuo, libris quatuor. Hoc opus hiſtoricum ex græco in latinum ſermonem tranſtulit *Iacobus Pontanus*, notas addidit *Iacobus Gretſerus*, *Ingolſtadti 1603. f.* addita quoque dignitatum Palatinarum, eccleſiaſticarum atque Conſtantinopolitanarum explicatione, poſtea cum hiſce omnibus *Pariſiis* ex typographia regia *1645. f.* Hunc autem prudentem atque diligentem hiſtoricum omnes adgnoſcunt. Ad huius continuationem facit MICHAELIS DUCÆ *hiſtoria Byzantina* quæ extrema rerum Conſtantinopolitanarum deſcribit. Incipit autem a Ioannis Cantacutzeni rebus, anno 1341, finit in expeditione Turcarum in Inſulam Lesbum. Prodiit græce & latine, interprete *Iſmaele Bullialdo*, cum eiusdem notis, *Pariſiis* ex typographia regia *1649. f.* Barbarus quidem ſcriptor eſt & imperitus, ſed ſapientia politi-

politica inſtructus. GEORGIUS PHRANTZA proximus eſt, qui *Chronicon de rebus Byzantinis*, ſui potiſſimum temporis ſcripſit. Incipit ille a Michaele Palæologo A. C. 1159, atque finit in A. C. 1476. Multa autem adfert quæ nullius ſunt momenti; ea tamen quæ ad obſidionem atque expugnationem Conſtantinopoleos a Turcis faciunt; accurate & diſpoſite deſcripſit. Inter latinos habemus GüNTHERVM, Monachum cœnobii Pariſienſis, qui hiſtoriam ſuam Conſtantinopolitanam de iis temporibus ſcripſit, quibus ſtrenue rem geſſit Balduinus. Extat in tomo V lectionum antiquarum Caniſii & ſeparatim, *Monachii 1604. 4.* Ad eandem captæ per latinos vrbis Conſtantinopoleos hiſtoriam facit PETRVS OVTREMANNVS *de vita & rebus geſtis a Balduino & Henrico, Imperatoribus Conſtantinopolitanis, Tornaci 1643. 4* PAVLVS RAMNASIVS *in hiſtoria de bello Conſtantinopolitano ſub Imperatoribus Comnenis per Venetos & Gallos reſtitutis, Venetiis 1634. f.*

§. XV.

Poſt hoſce veniunt Scriptores, qui feralem illam Conſtantinopoleos expugnationem a Turcis factam deſcripſerunt. Præter GEORGIVM PHRANTZAM, qui accurate illud egit, habemus etiam LAO-

NICVM

NICVM CHALCOCONDYLAM, de quo in ſuperioribus iam fuit dictum. Ex recentioribus *GVILIELMUS CANDERSINUS* *de oppugnatione Conſtantinopolitana* egit *Baſileæ 1556. f.* *LEONARDUS* Chienſis *hiſtoriam captæ a Turcis Conſtantinopoleos* ſcripſit *Noribergæ 1544. 4.* *MICHAEL SENESCHALLUS* epiſtolam *de vero anno & die expugnatæ Conſtantinopoleos, à Turcis*, quæ cum Kalendario Ioannis d' Espieres extat *Duaci 1657. 4.* *LEONARDVS* Mitylenæus *de expugnatione Conſtantinopoleos, Argentorati 1551. f.* *IOANNES LAVTERBACHIUS de flebili expugnatione Byzantii* anno 1453. facta, *Görlici 1599. 4*, quibus tamen ſingulis Phrantzam præferimus.

§. XVI.

Reſtat adhuc vt quædam dicamus de Scriptoribus Byzantinarum rerum miſcellaneis. Primo quidem loco memorari meretur *FRANCISCI COMBEFISII originum Rerumque Conſtantinopolitanarum manipulus, Pariſiis 1665. 4*, qui ſolum variorum continet tractatus. *Incerti* quidem *auctoris temporum demonſtrationes, ſeu Originum Conſtantinopolitanarum*, *CONSTANTINI PORPHYROGENETÆ de imagine Chriſti Edeſſena, eiusdemque Conſtantinopolim translatione*

tractatum, *Orientalium Synodica ad Theophilum Imperatorem de cultu ſanctarum imaginum*, NICEPHORI Conſtentinopolisani *diſſertationem cum Leone Armeno in cauſſa imaginum* THEODORI GRAPTI *vitam Germani Patriarchæ.* Tractatum *de Zona Mariæ & pueri Ieſu faſciis.* Incerti *de ædificio templi S. Sophiæ*, PROCOPII Rhetoris *de eodem*, PHOTII *deſcriptionem eccleſiæ nouæ Baſilicæ.* Separatim extat PHOTII *Bibliotheca hiſtorica*, in qua Græcorum auctorum, quos legit, opera CCLXXX varii generis, inprimis autem Hiſtorica, talem in modum exponit, vt auctorum vitas, ex ſcriptis excerpta, de ſcriptis iudicia proferat. Hanc bibliothecam ex græco in latinum tranſtulit *Andreas Schottus*, additamentis idem illuſtraui, Petrus Ioannes Nunnetſius & *David Hæſchelius.* Optima hucusque editio fuit, quæ cum Schotti ſcholiis & Hœſchelii notis prodiit, *Rotomagi 1653. f.* Nouam editionem haut ita pridem promiſerunt Amſtelodamenſes, de qua vero an edita ſit, nondum conſtat. Multa autem ex hac Bibliotheca colliguntur, quæ ad Hiſtoriam Byzantinam faciunt, fragmenta, maxime veterum Scriptorum, qui non ſuperſunt amplius. Præter hanc extant GEORGII CODINI, Curopalatæ ſcripta.

Pri-

Primum eſt *de Curiæ & eccleſiæ Conſtantinopolitanæ officiis & officialibus*, in quo tum Palatina tum etiam ſacra, quæ Conſtantinopolitanis vſitata fuerant, officia declarauit. Latine fecit *Franciſcus Iunius* & *Iacobus Gretſerus*, qui illud etiam notis ſuis illuſtrarunt. Prodiit ex Iulii Pacii bibliotheca, *Francofurti ad Mœnum 1588. 8.* cum Gretſeri tribus obſeruationum libris & Iacobi Goari notis, *Pariſiis 1648. f.* ex typographia regia. Præter hoc *de Conſtantinopolitanis antiquitatibus* varia opuſcula dedit ex auctoribus aliis excerpta, quibus titulum fecit: *ſelecta ex libro chronico de originibus Conſtantinopolitanis*. Latine hæc reddidit *Georgius Douſa*, edidit cum notis ſuis *Ioannes Meurſius & Petrus Lambecius*, *Pariſiis 1655. f.* Cum iisdem prodiit *de forma vrbis Conſtantinopolitanæ* liber, atque alius *de ſignis, ſtatuis & ſpectatu dignis Conſtantinopolis*, *de ædificiis Conſtantinopolitanis & Imperatoribus Conſtantinopolitanis*, quos breuiter enarrat. Certe, quæ ad antiquitates Byzantinas faciunt, multa fide deſcripſit. Cum iisdem ſcriptis Codini prodierunt LEONIS Imperatoris, dicti *Sapientis*, *Oracula*, quibus de futuris Conſtantinopolitanorum fatis per figuras & oracula repræſentatis agit. Hæc ex græco latina fecit *Ioannes Leunclauius* & *Ia-*

nus

nus Rutgerſius, qui illa quoque cum Petro Lambecio notis illuſtrauit, atque prodierunt *Pariſiis 1655. f* ex typographia regia, MANUELIS CHRYSOLORÆ habemus *epiſtolas tres*, in quibus nouam Romam, ſive Conſtantinopolim cum veteri Roma comparat. Prima admodum prolixe ad Imperatorem Ioannem Palæologum ſeniorem eſt ſcripta, altera ad Ioannem Chryſoloram, tertia ad Demetrium Chryſoloram. Prodierunt græce, interprete Petro Lambecio, cum ſcriptis Codini & quæ ſcripta ſunt ſimilia. HESYCHIVS *Mileſius* ingens ſcripſit *hiſtoriarum opus*, quod a Belo Aſſyriorum Monarcha, vsque ad Anaſtaſium Imperatorem Conſtantinopolitanum perduxit. Ex hoc opere ſolummodo libellus Heſychii *de patriis rebus Conſtantinopoleos* hodie ſuperſtes eſt, in quo originem vrbis deſcribit. Prodiit græce & latine, interprete *Ioanne Meurſio*, cum eiusdem notis, in Heſychii opuſculis, *Lugduni Batauorum 1613. 8* atque in excerptis de legationibus, *Pariſiis 1647. f.* Inter recentiores, officia palatina aulæ Conſtantinopolitanæ deſcribuntur in *notitia vtriusque Imperii*, quæ ſola prodiit cura PHILIPPI LABBEI, *Pariſiis 1651. 12* cum eruditisſimo autem Commentario GVIDONIS PAN-
CIROL-

CIROLLI, *Lugduni 1608. f.* qui extat etiam in tomo tertio theſauri antiquitatum Graeviani. Acceſſit eiusdem tractatus *de magiſtratibus municipalibus*, qui ſeparatim alias non prodiit. Elegans eſt opus, idemque ad explicandas leges de magiſtratibus vtiliſſimum, ita vt vel ſolum hac in parte poſſit ſufficere, licet in geographicis ſaepius labatur auctor. Ad hiſtoriam atque antiquitates Byzantinas explicandas facit etiam CAROLI du FRESNE *Gloſſarium ad Scriptores mediae & infimae latiinitatis*, quod *Pariſiis* primum editum 1678. 2 Tomis, recuſum *Francofurti 1681. f.* Praecipue vero *Gloſſarium mediae & infimae Graecitatis, Lugduni 1688. f. 2 Tomis* in quo multa, quae ad hiſtoriam Byzantinam ſpectent erudite explicantur.

CAPVT SEPTIMUM

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ IMPERATORVM GERMANICORUM,

§. I. Simonis Schardii Scriptores Rerum Germanicarum. §. II. Ioannis Piſtorii Scriptores

ptores rerum Germanicarum. §. *III. Iuſti Reuberi Scriptores Rerum Germanicarum.* §. *IV. Marquardi Freheri Scriptores Rerum Germanicarum.* §. *V. Melchioris Goldaſti, Henrici Caniſii, & Erpoldi Lindebrogii Scriptores rerum Germanicarum.* §. *VI. Chriſtiani Vrſtiſii Scriptores rerum Germanicarum.* §. *VII. Ioannis Schilteri Scriptores rerum Germanicarum.* §. *VIII Henrici Meibomii Scriptores rerum Germanicarum.* §. *IX. Gotfriedi Guilielmi Leibnützii Scriptores rerum Germanicarum.* §. *X. Petri Lambecii, Danielis Neſſelii, Wilhelmi Erneſti Tentzelii & Immanuelis Weberi promiſſi Tomi Scriptorum rerum Germanicarum.* §. *XI. Scriptores Hiſtoriæ Imperatorum lineæ Carolingicæ.* §. *XII. Scriptores de hiſtoria Caroli M.* §. *XIII. Scriptores de ſucceſſoribus Caroli M.* §. *XIV. Scriptores de translatione Imperii.* §. *XV. Scriptores qui in genere agunt de Hiſtoria Imperatorum Saxonicorum.* §. *XIV. Scriptores de Henrico Aucupe, Ottonibus & Henrico II.* §. *XVII. Scriptores de Conrado II & Henrico III.* §. *XVIII. Scriptores Hiſtoriæ Henrici IV.* §. *XIX. Scriptores de Friderico Barbaroſſa, Ottone IV, Friderico*

derico II, Conrado IV. §. *XX. Scriptores de Rudolpho Habsburgico & Alberto Auſtriaco.* §. *XXI. Scriptores de Henrico VII, Ludouico Bauaro, Carolo IV, & Friderico Brunſuicenſi.* §. *XXII. Scriptores hiſtotiæ Friderici III.* §. *XXIII. Scriptores hiſtoriæ Maximiliani I.* §. *XXIV. Scriptores hiſtoriæ Caroli V.* §. *XXV. Scriptores hiſtoriæ de Ferdinando I, Maximiliano II, Rudolpho II, Matthia, Ferdinando II, III. & IV.* §. *XXVI. Scriptores hiſtoriæ Leopoldi Auguſti & Ioſephi.*

§. I.

Hiſtoria Imperatorum Germanicorum a Caroli M temporibus initium capit, in noſtro tempore finit. Faciunt ad eandem primum Scriptores Rerum Germanicarum. Initium hos coniunctim edendi facit. SIMON SCHARDIVS, *cuius Hiſtorici operis Tomus I. Germaniæ antiquæ illuſtrationem continens, Baſileæ 1574. f* prodiit quo continentur: TACITVS *de moribus Germanorum*, cum ſcholiis Andreæ Althammeri. IODOCI WILLICHII *in eundem commentarius*, HENRICI GLAREANI *Commentarius*

rius in eundem. BILIBALDI PIRCKHEIMERI *locorum per Germaniam explicatio.* HENRICI BEBELII *de laude Germaniæ* oratio & varia de Germanis. IOANNES TRITTENHEMIUS *de origine gentis Francorum.* IACOBI WIMPHELINGII *epitome rerum Germanicarum.* CONR. PEVTINGERI *ſermones conuiuales de Germania* VLR. HUTTENI *Arminius.* HIERON. GEBVILERIUS *de libertate Germaniæ.* CONR. CELTES *de ſitu & moribus Germaniæ.* ÆNEÆ SYLVII *Germania.* SEB. MUNSTERI *deſcriptio Germaniæ.* PETRI KENLERI *hiſtoria Armini.* ÆGIDII SCHUDI *de priſca & vera Rhætia Alpina.* IO. HEROLDI *de Romanorum in Rhætia littorali ſtationibus.* HENR. GLAREANI *deſcriptio Heluetiæ.* HUB. THOMÆ LEODII *de Tungris & Eburonibus Tractatus.* PETRI DIVÆI *antiquitates Belgicæ. Chronicon hiſtoricum Germaniæ monachi cuiusdam Heruceldenſis.* Tomus II continens ea, quæ in imperium Caroli V inciderunt, *Baſil.* 1574. GE. SABINI *de electione & coronatione Caroli V hiſtoria.* HARTM. MAURI *de coronatione Caroli V apud Aquisgranum.* IO. TETHINGERI *Pedii Wirtenbergiæ libri duo.* IVSTI GOBLERI *de bello Hildeshcimenſi.* IAC. ZIEGLERI *de rebus Chriſtierni*

II, in

II in Dania & Suecia. IAC. FONTANI *de bello Rhodio.* BARTHOL. LATOMI *de obſidione Treuirorum.* PETRI GNODALII *de ruſticorum tumultu in Germania.* GALEACII CAPELLÆ *de rebus geſtis pro eius reſtitutione.* STEPH. BRODERICI *de Ludouico II Hungariæ rege, & clade in campo Mohacz. Hiſtoria Romæ a Carolo V expugnatæ anno 1527. De obſidione Viennæ a Turcis 1529. facta.* MELCHIORIS SOITERI *de bello Pannonico.* HENR. CORN. AGRIPPÆ *de Coronatione Caroli V.* EOBANI HESSI *de Victoria Wurtenbergenſi.* NIC. AS. BARBATI *de expulſo & reſtituto Vlricho Duce Wurtebergiæ.* LAMB. HORTENSII *de Anabaptiſtis.* IO. CORVINI *de miſerabili Monaſterienſium anabaptiſtarum obſidione.* IO. ETROPII *Diarium expeditionis Tunetanæ a Carolo V 1535 ſuſceptæ. Fragmentum ex Pauli Iouii hiſtoriarum libro 33 & 34.* qua ratione Hariadenus Mithylenæus regno Tunetano potitus & *Caroli V expeditione in Tunetanos.* NIC. VILLAGAGNONII *de expeditione Caroli V in Africam.* IO. CHRIST. CALUETI STELLÆ *de Aphrodiſio expugnato.* CHRISTOPH. RICHERII *de rebus Turcicis libri V. De bello Schmalcaldenſi contra Henricum Brunſuicenſem.* P. IOVIUS *de bello Iuliacenſi.* IO. MART. STEL-

LÆ *de Turcarum in regno Hungariæ 1543 & 44 ſucceſſibus* LAMB. HORTENSII *de bello Germanico, lib. 17. Deſcriptio pugnæ qua Io. Fridericus Dux Saxoniæ 1547 captus eſt.* MAMMERANI *de inueſtitura regalium electoralis Saxoniæ dignitatis.* SEBAST. BESSELMEIRI *hiſtoria belli Magdeburgenſis.* IO. SAMBUCI *narratio rerum ad Agriam anno 1552 geſtarum.* Ei. *de expugnatione arcis Temeſvvari, 1552. De oppugnatione vrbis Metenſis ab Henrico Galliarum rege facta.* THOMÆ WINTZERI *hiſtoria pugnæ infelicis inter Mauritium Elect. Saxoniæ, & Albertum March. Brandeburg.* IOACH. CAMERARII *oratio in funere Mauritii Ducis Saxoniæ. Variæ narrationes geſtorum a Carolo V.* Tomus III & IV continet ea, quæ in imperium Ferdinandi I & Maximiliani inciderunt, *Baſileæ 1574.* Extat in illis GVIL. PARADINVS *de motibus Galliæ.* DAVIDIS GEORGII, *Hollandi hiſtoria. Hiſtoria belli Liuonici.* HIERON. HASII *deſcriptio belli Dithmarſici. Epitome rerum geſtarum ſub Ferdinando I. Imp.* Tomo IV continentur HIERONYMI ALEANDRI *obſidio Melitenſis. Hiſtoria captæ arcis Grimmenſtein. De rebus geſtis ſub Imperatore Maximiliano II 1565.* Secutus hunc fuit IOANNES PISTORIVS, qui *illuſtrium veterum Scriptorum rerum Germanicarum* edidit

lit tomum vnum, *Francofurti 1584. & 1613.*

Scripta quæ in hoc continentur ſunt REGINONIS & HERMANNI CONTRACTI *Chronicon*, quorum ille Francorum præcipue res, hic breuem temporis ſeriem ab Adamo vsque ad ſeculum XI exhibet, Bedæ Chronicon ſæpe ſecutus. LAMBERTI, Schafnaburgenſis *hiſtoria Germanica*, vsque ad A. C. 1077 deducta, a monacho vero quodam Erphesfordenſi continuata vsque ad 1472. Eleganti quidem ſtylo eſt conſcripta, nec tamen vbivis fide digna, maxime in controuerſia inter Henricum IV & Gregorium VII. MARIANI Scoti *chronicorum libri tres* a C. N. vsque ad annum 1082 ſatis diſerte ſcripti, Caſſiodorum ſæpe ſequente auctore, acceſſit DODECHENI appendix vsque ad annum 1200, ſed vtrique non niſi breuem exhibent Chronologiam. Prolixior paullum eſt SIGEBERTI Gemblacenſis *Chronographia*, quæ cum Roberti de monte appendice vsque ad annum 1210 eſt deducta. SIFFRIDI Presbyteri epitome libris II ab anno 458 ad 1307. corrupte eſt edita & fabulis ſæpe intermixta. *Compilatio chronicæ* ab Auguſto vsque ad annum 1474 continuata, ex diuerſis chronicis excerpta ſæpe mala fide. PAULI LANGII *Chroni-*

con Citicenſe, quo præter Citicenſium originem, præſules atque res in vrbe atque epiſcopatu geſtas, ſtatum quoque Germaniæ ab anno 868 ad 1515 deſcribit, & multa veritatis teſtimonia profert de adfectata monarchia papæ. *Hiſtoria Erphesphordienſis* anonymi Scriptores de Landgrauiis Thuringiæ, quæ ad ipſam Landgrauiorum ſucceſſionem eſt optima, licet cum aliis monachis ſæpe etiam in antiquiſſimis rebus nugetur. Breuior *notatio de vita, nuptiis, libris & obitu veterum Thuringiæ Landgrauiorum* ex vetuſtiſſimo libro deſcripta. *Genealogia omnium, qui vnquam fuerunt Thuringiæ & Haſſiæ Landgrauiorum.* Alter Piſtorii Tomus *Francofurti* prodiit *1613. f*, continens GOTFRIDI Viterbienſis *Chronicon vniuerſale*, Pantheon alias, XX partibus conſtans, atque ad annum 1186 pertingens, omni induſtria congeſtum. WERNERI ROLEWINCKS *faſciculum temporum* ad annum 1480 vsque perductum, a Ioanne Linturio ad 1514 vsque continuatum, in quo Marianum ſæpe eſt ſecutus, & HVLDERICI MUTHI *Germanorum Chronicon*, per annales ad A. C 1539 perductum, eorundem originem, mores, leges & res geſtas deſcribens, ſed non vbique ſatis accurate. Poſt hoſce, ex bibliotheca Ioannis Piſtorii denuo

denuo prodierunt *Rerum Germanicarum veteres iam primum publicati Scriptores VI, Francofurti ad Mœnum 1653 f* quibus continetur *Magnum Chronicon Belgicum*, Belgicas res & familias præſertim exponens, & negotia Imperii potiora. Deeſt tamen in plerisque iudicium, licet deprauatum, & non ad fidem Manuſcriptorum editum velit Voſſius de Hiſtoricis latinis lib. II p. n. 446 WIPPO *de vita Conradi Salici*, in qua accuratus eſt. *Traditiones* vel *antiquitates Fuldenſes*, epiſcopos & beneficia in Fuldenſem epiſcopatum collata præcipue exhibens. SIGISMVNDI religioſi *Chronicon Auguſtanum eccleſiaſticum* vsque ad annum 1482, IACOBI MANLII *chronicon epiſcoporum Mindenſium*, additis eccleſiæ iſtius priuilegiis. Atque hæc omnia hiſtorias & antiquitates Germanicas multum illuſtrant.

§ II

Secutus Piſtorium fuit IVSTVS REVBERVS, qui *veterum Scriptorum Germanicorum Tomum vnum* edidit *Hanouiæ 1619 f*, quo continetur EGINHARDVS *de vita & geſtis Caroli M*, eleganti ſermone, nec minori fide conſcripta. *Annales Regum Francorum Pipini, Caroli M & Ludouici*, qui ad hiſtoriam multum proſunt, IOANNIS TVRPI-

H 3 NI

NI hiſtoria *de vita Caroli M. & Rolandi*, quæ tamen fabulas magis quam hiſtoriam continet. LUITHPRANDI *hiſtoriarum ſuo tempore in Europ. geſtarum* librii VI, qui etiam fide digni. HROSWITHÆ *panegyricus de geſtis Oddonum I. & II* ligata oratione conſcriptus. *Henrici IV vita & epiſtolæ*, eiusdemque *bellum contra Saxones*, heroico carmine deſcriptum. ROBERTI monachi *de Chriſtianorum Imperatorum in Syriam profectione & Hieroſolymitani regni occupatione*, ſcriptum egregium. GüNTHERI *ligurinus*, ſeu de rebus geſtis Friderici I, & bellis Liguſticis poema elegantiſſimum; cum ſcholiis ampliſſimis & doctiſſimis Iacobi Spiegelii. CONRADI epiſcopi *vetus rerum Moguntiacarum Chronicon* ab anno 1140 ad 1250, breuiſſimum tamen. CONRADI VECERII libellus *de rebus geſtis Henrici VII*, Imperatoris, & RICARDI BARTHOLINI *de bello Norico Auſtriados libri XII de ſucceſſione in ducatum Bauariæ geſto*.

§. III.

Proximus eſt MARQVARTVS FREHERUS, qui *Scriptorum rerum Germanicarum tomos tres* edidit, quorum primus *Francofurti* prodiit *1600 & 1624*. *f*. eſt Wæcheliana, & comprehendit tales Scriptores, qui geſta ſub Regibus & Imperatoribus Teutoni-

tonicis iam inde a Carolo M. vsque ad Fridericum III deſcripſerunt. Auctores autem tales ſunt: *Annales Francorum regum ſub Pipino, Carolo M. eiusque poſteris, vsque ad exceſſum Arnulphi Imperatoris*, ab anno DCXIV vsque ad annum DCCCC, quos antea quoque in annalibus Francorum ediderat Pithoeus, ſed incompletos, Fuldenſes autem eos inſcripſit Freherus, quod res Fuldenſes & Moguntinæ in iisdem variè ſint adnotatæ. *Chronicon Laurisbamenſe* a Prima fundatione ſub Pipino, vsque ad MCLXXIX ſub Friderico Imperatore, ex MSto. BRUNO *de bello Saxonico*, in quo deſcribitur vita Henrici IV, eiusdemque bellum cum Saxonibus rebellibus ab anno 1073 vsque ad 1083. BURCARDI, notarii Imperatorii *de victoria & triumpho Friderici Barbaroſſæ & clade Mediolanenſium* epiſtola, ex MSto edita. TAGENONIS *deſcriptio expeditionis Aſiaticæ in Turcas, Friderici Imperatoris*. GODEFRIDI monachi *annales* ab anno 1162 ad 1237, Friderico, Henrico, Philippo, Ottone, Friderico II Impp. ex MSto. FRIDERICI II *epiſtolæ* quædam tempore ſchiſmatis inter Papas Victorem Paſchalemque & Rolandum ſcriptæ, quæ apud Petrum de vineis non extant. *Chronica Auſtralis antiquæ excerptum* per D. Mat-

thæum Mareſchallum de Pappenheim ab anno 852 vsque ad 1326. Accedit eiusdem *Auſtralis hiſtoriæ* pars plenior de Rudolpho Imp. & ſequentibus ab anno 1276 vsque ad 1302. *Chronicæ Auguſtenſis antiquæ excerptum* per eundem Mareſchallum ab anno 873 vsque ad 1104. Accedit pars Chronicæ monaſterii SS. Vdalici & Afræ apud Auguſtam Vindelicorum ab anno 1152 vsque ad 1265. HENRICI STERONIS *excerpta ex Chronica cœnobii ſui rerum ſub Imperatoribus, Rudolpho, Adolpho, Alberto, Henrico VII* ab anno 1266 vsque ad 1300 *geſtarum*. Cui appendicem addiderunt VLRICVS & CONRADVS WELLINGI, fratres, Monachi S. Vdalrici apnd Auguſtam vsque ad annum 1325. HENRICI Monachi in REBDORF *annales* rerum ab anno 1295 ſub Adolpho, Alberto, Henrico, Friderico, Ludouico Bauaro, Carolo IV Impp. vsque ad annum 1362 geſtarum. *Chronicon Elwangenſis Monaſterii*, exceptum per Matthæum Mareſchallum, ab anno 1095 vsque ad 1477, ſub imperio Friderici III, Imperatoris. *Alter Tomus Scriptorum Freberi* continet illos, qni res in Germania & Imperio ſub Friderico III atque Maximiliano Imperatoribus memorabiliter geſtas litteris prodiderunt *Francofurti 1637. f.* Continetur

netur autem in eo IACOBO MOLTZII *oratio pro filia Eleonora, Friderico, Cæſari deſponſanda*, coram Alfonſo, Portugalliæ Rege. Ad eundem Alphonſum ſuper prædicto connubio *oratio gratulatoria* incerti auctoris. *Oratio legati Cæſarei pro Coronatione Friderici III Imp. ad Nicolaum V, P. M*, cum petitione ad eundem pro concilio generali. *Oratio ſuaſoria ad Nicolaum V*, vt Cæſarem Fridericum in Turcas paſſagium parantem, modis omnibus adiuuare velit. THADÆI QVIRINI, patricii Veneti *ad Fridericum III* Imperatorem, nomine ſuæ Reipublicæ *oratio gratulatoria*. Alia *oratio pro vicario Cremonæ* ad eundem imperatorem Fridericum aduentantem habita, penes Laurentium. MICHAELIS APOSTOLII, Byzantini oratio acclamatoria ad Imperatorem Fridericum III, rogatu Ariſtonymi Byzantini. ÆNEÆ PICCOLOMINEI de his, quæ Friderico III imperante, in Germania & per totam Europam geſta ſunt, vsque ad annum 1458. De *Friderici III Imperatoris in Italiam profectione votiua*, & honorifico Romam aduentu, quidque ibi cum Paulo V, Pontifice egerit. IACOBI PICCOLOMINEI *narratio* e commentariorum eius libro ſeptimo. *De comitiis Imperii ſub Friderico III Imperatore*, apud Ratis-

bonam celebratis anno 1471 ex Auguſtini Patritii Commentationibus. IOANNIS ANTONII CAMPANI ex iisdem Comitiis de rebus ibi geſtis *epiſtolæ familiares.* De *Congreſſu Friderici III Imperatoris & Caroli Ducis Burgundionum apud Treuirim facto* anno 1474. hiſtoriola pereleganſ, quam ex Arnoldi de Lalain epiſtola gallica vertit Rudolphus Agricola. *Apophtegmata Imperatorum Romanorum Rudolphi, Caroli IV, Sigismundi, Alberdi, Friderici III* per Poggium Florentinum, Aeneam Sylvium & Henricum Bebelium conſignata. FRIDERICI III *epiſtolæ aliquot.* CONRADI WENGERI de bello inter Venetos & Sigismundum Auguſtum, Auſtriæ archiducem geſto anno 1487. *Oratio extemporalis* habita ad Maximilianum, a Pallante Spangel 1489. IASONIS Mayni ad Maximilianum R. Rom. in eius & Auguſtæ Blancæ Mariæ nuptiis *epithalamium.* PANDULRHI COLLENUTII *oratio* ad Auguſtiſſimum Principem, Maximilianum, Cæſarem Romanum HENRICI GLAREANI ad Maximilianum Imperatorem *Panegyricon.* MAXIMILIANI I. *privilegium erectionis collegii poetarum* & Mathematicorum in Vienna. VINCENTII LONGINI *panegyricus ad Maximilianum R. Rom.* pro inſtituto & erecto collegio poetarum

& Ma-

& Mathematicorum in Vienna. HENRICI BEBELII *ecloga triunphalis de victoria Cæſaris Maximiliani contra Bohemos*, cum quibusdam aliis eiusdem carminibus. MICHAELIS COCCINII *de bello Maximiliani Imp. cum Venetis* geſto anno 1511 liber vnus. HIERONYMI NOGAROLI *ad Maximilianum pro Vicentinis* habita *oratio*. IOANNIS CUSPINIANI *diarium de congreſſu Cæſaris Maximiliani & Trium Regum, Vladislai Hungariæ, Ludouici Bohemiæ & Sigismundi Poloniæ in vrbe Viennenſi facta anno 1515. Hodæporicon*, ſeu itinerarium, quæque in conuentu Maximiliani Cæſaris & Regum Vladislai, Sigismundi & Ludouici memoratu digna geſta ſunt, multis inſignibus orationibus, epiſtolis & carminibus inſertis per RICHARDUM BARTHOLINUM. IACOBI MANLII *hiſtoriola duorum actuum* anno 1518. Auguſtæ habitorum (1) inueſtituræ Cardinalitiæ dignitatis Alberto Brandenburgico collatæ, (2) gladii & pilei per Pontificis legatum Maximiliano Imp. donati. IOANNIS FABRI *oratio funebris* in depoſitione glorioſi Imperatoris, Maximiliani in oppido Wels, Auſtriæ d. 16 Ianuarii 1519. GEORGII SAUROMANII *oratio ad Auguſtos Principes*, Carolum, electum Romanorum Imperatorem & Ferdinandum Germ. poſt

obitum

obitum Maximiliani. PETRI ÆGIDII *threnodia*, qua genius Maximiliani Cæſaris inter præficas in pompa funerali mortem eius deplorat, cum ſcholiis Spigelianis. *Tertius Tomus*, præmisſis quibusdam ſuperioris ſeculi, ſub Carolo V memorabiliter geſta potisſimum complectitur, *Hanouiæ 1609. f.* Continentur in eodem GEORGII SABINI *de Cæſaribus Germanicis libri duo*, carmine elegiaco deſcripti. ANTONII PANORMITÆ ab Alfonſo Rege Arragoniæ legati in coronatione Friderici III Romæ habita *oratio* anno 1452. IANNOTII MANETI in eadem coronatione ſub Nicolao V *oratio gratulatoria* ad vtrumque. De *Friderici Imperatoris in Italiam profectione votiua* anno 1468 ſuſcepta *narratio* e libro cæremonialis. *Deſcriptio accurata electionis Maximiliani Regis Romanorum* apud Francofurtum 1486 legitime factæ: itemque coronationis eiusdem continuo ſubſecutæ apud Aquisgranum. HENRICI VII, Angliæ Regis ad Maximilianum Regem & Principes in Comitiis habitis Confluentiæ, anno *1492. legatio*, cum eorundem reſponſoria. Maximiliani Cæſaris *bellum Suitenſe*, ſiue Helueticum anno 1498 geſtum, ſcriptore BIBLIBALDO PIRCKEIMERO. CAMILLI GILINI de eiusdem *Cæſaris expeditione*

tione Italica anno 1497 ſuſcepta commentariolus, cui accedit Telinæ Vallis ac Larii lacus particularis deſcriptio. IOANNIS TRITHEMII *hiſtoria belli Bauarici*, anno 1404. Pailippo Palatino, elector & Ruperto F. a Maximiliano Imp. indicti. HULDERICI ZWINGLII *relatio ad Ioachimum Vadianum de geſtis inter Gallos & Heluetios ad Rauennas*, Papiam & alia loca, deque conuentu apud thermas Heluetiças anno 1512. ALOYSII MARLIANI *in Comitiis Ordinis Aurei Velleris anno 1517* habita *oratio. Chriſtierni II*, Daniæ Repis *attentata in Sueciæ regnum*, & crudelitas perpetrata in Holmiam anno 1517, IACOBO ZIEGLERO ſciptore. LEONIS X epiſtolæ tres, ſuper obitu Maximiliani I & noui Cæſaris electione facienda ad Ludouicum Palatinum 1519 miſſæ. FRANCISCI Regis Francorum legatio ad Principes Electores Francofurdium miſſa, pro ſuffragiis ad imperium conciliandis anno 1519. HERMANNI Comitis NUENARII in iisdem Comitiis ad Senatum Electorum pro Carolo, electo Rege Romanorum *oratio* perelegans: itemque ad ipſum Regem electum gratulatio nomine ſtudioſorum Germaniæ. IACOBI SOBII exhortatio ad eundem Cæſarem. *Principum Electorum legatio ad Carolum Regem*

gem Hiſpaniarum, decretum electionis ad Romanum imperium ei inſinuans: qua functus eſt Fridericus, Comes Palatinus in molendino regio anno 1519 dicente Bernhardo Wurmſero, cum reſponſiua eiusdem Regis, electi Cæſaris per Mercurium Altonenſem de Gattinaria. *Flandriæ ordinum legatio ad Carolum Regem in Hiſpaniam*, edita per Stephanum, Comitem Bellocaſſum, cum quibusdam eius poematis de Carolo V, PETRI ÆGIDII hypotheſis ſpectaculorum apud Antvverpiam in honorem Caroli V. editorum. EDMONDI DINTERI *vita & obitus Philippi, Burgundiæ Ducis*, cum genealogia ducum Burgundiæ, PETRI CRINITI *hiſtoria belli ruſticani* in Germaniæ diuerſis partibus anno 1525 excitati & a magiſtratibus feliciter ſedati. IOANNIS ANTROCIANI *querela de bello ruſticano*, carmine elegiaco. HUBERTI THOMÆ LEODII eiusdem *belli hiſtoria*. Eiusdem *hiſtoriola de Franciſci a Sickingen rebus geſtis*, ſeu potius auſis & calamitoſo exitu. *Capitula Fœderis Sanctiſſimi inter Clementem VII, Regem Gallorum, Remp. Venetam, Franciſcum Sfortiam, Ducem Mediolani ac Florentinos aduerſus Cæſarem Carolum percuſſi.* FRIDERICI NAUSEÆ *de maximo terræ motu, qui anno 1528. apud Moguntiam*

etiam contigit, reſponſum. IOANNIS SERVILII *Geldro-Gallica coniuratio in ciuitatem Antvverpiam*, duce Martino a Rusheim anno 1544. FRANCISCI, *Regis Galliarum actitata per legatos & literas cum imperii Principibus & ordinibus, atque etiam ſeparatim cum fœderatis Schmalcaldicis in diuerſis Comitiis, ab anno 1533. ad 1541.* PAULI RICCII in conventu Spirenſi anno 1544 *habita oratio de vitæ emendatione & bello in Turcas ſuſcipiendo.* IOACHIMI CAMERARII *Smalcaldici belli, inter Carolum V & proteſtantium Duces anno 1546 geſti origo, progreſſus & exitus* commentario græco eleganter deſcripta, cum latina verſione & ſupplemento Simonis Stenii, MARTINI CRUSII de eodem bello & in eo ſuperatis periculis parentum ſuorum græco-latina *narratio.* SIMONIS STENII *vita Mauritii electoris*, ſermone græco, & in latinum verſa. IOACHIMI CAMERARII *adnotatio rerum præcipuarum, quæ acciderunt ab anno 1550 vsque ad 1561. Incerti auctoris oratio funebris in morte Caroli V.* IOANNIS ANTONII VIPERANI *laudatio funebris Caroli V* ad Mamertinos habita Meſſanæ anno 1558. Promiſit hic Freherus etiam quartum tomum, eidemque inſerenda ſcripta ſequentia. DESIDERII ERASMI ROTERODAMI *Panegyricum gratulatorium ad*

Bur-

Burgundiorum Principem Philippum, MAximiliani Cæſaris filium de triumphali illius in Hiſpaniam profectione, deque felici reditu eidem exhibitum Bruxellis anno 1504. CLEMENTIS VII *litteras* ſeu breuia, in quibus quas potuit criminationes etiam falſiſſimas aduerſus Carolum, Cæſarem congeſſit. Et ad easdem Caroli Imp. reſponſionem cum appellatione & generalis concilii poſtulatione ad collegium Cardinalium anno 1526. FRANCISCI I. Regis Francorum *epiſtolas* pro eodem Cæſare ad Principes Imperii transmiſſas, item apologiæ cuiusdam Madritianæ conuentionis diſuaſoriæ refutationem anno 1529. CLEMENTIS OTTÆ *ſolennem & triumphalem Caroli V in almam vrbem Romam ingreſſum* cum expreſſione & inſcriptionibus arcuum anno 1536. *Exemplum proteſtationis, qua Carolus Imperator eo tempore apud Romanum pontificem & Cardinalium collegium, variosque Regum & Principum legatos vſus eſt* 17 Aprilis 1536. ALPHONSI DAVALI *ad Principes Imperii anno 1542 Spiræ congregatos contra Regem Galliæ defenſionem ſeu iuſtificationem. Geldricæ expeditionis hiſtoriolam & trans actionem ſecutam in caſtris Cæſareis apud Venloe anno 1543.* IOANNIS SLEIDANI *orationes duas grauiſſimas I ad Germaniæ Principes & ordines Imperii II. ad Carolum V. Imp.*

V. Imp. NICOLAI MAMERANI catalogus expeditionis rebellium Principum ac Ciuitatum Germaniæ, ſub duobus potiſſimum generalibus præfectis, Saxone & Heſſo contra Carolum V Imp. conſcripta & producta anno 1546. *SIGISMVNDI* regis Poloniæ *legatio ad Carolum V. Imp. & Ferdinandum Regem in Comitiis Auguſtanis anno 1548, ſuper negotio Ducatus Pruſſiæ*: cum contraria informatione Waltheri de Cronberg. *Fœdus Solymanni Turcarum Imperatoris & Henrici II Regis Galliarum de bello maritimo in Italia gerendo contra Carolum V.* Imp. Conſtantinopoli percuſſum anno 1553 Aramontio legato. *Parænetica oratio ad Germaniæ proceres & ciuitates, ſuper amiſſione Metenſis ciuitatis anno 1553. IOANNIS MICHAELIS BRUTI de rebus a Carolo V Imp. geſtis* elegantiſſima oratio *IOANNIS CHRYSOSTOMI ZANCHI* ad Carolum V, Imp. panegyricus. *HIERONYMI OLIVERII de Imperio Romano* in priſtinam gentem & dignitatem reſtituto liber vnus. Hic autem Tomus editus non eſt. Alias inter omnes collectiones Scriptorum Rerum Germanicarum hæc eſt rariſſima.

§. V.

Eiusdem cum Frehero ætatis erat *MELCHIOR GOLDASTVS* ab Haimens-

ſed, qui *Rerum Alemannicarum Scriptores* aliquot vetuſtos edidit Tomis tribus, *Francofurti 1606 & 1661. f* Sed Scriptores quos coniunctim imprimi fecit, potius ad Hiſtoriam Germaniæ eccleſiaſticam, vitas ſanctorum, ſtatum monaſteriorum, liturgiam, linguam, & antiquitates Alemannorum faciunt, quam ad hiſtoriam. Idem dicendum erit de HENRICI CANISII *lectionibus antiquis*, quarum ſex tomi extant qui *Ingolſtadti 1601. 4* excuſi, atque annis ſequentibus, quarum Tomus primus ex parte facit ad hiſtoriam Caroli M, ſed eccleſiaſticam, reliqui ſolummodo ſcriptores de hæreſibus & ſimiles continet. *Scriptores rerum Germanicarum Septentrionalium* congeſſit, ERPOLDUS LINDEBROGIUS, *Francofurti 1629. f*, ſed cum æque iſti potius ad Hiſtoriam eccleſiaſticam faciant, ſingulatim omnes recenſere noſtrum non erit.

§. VI.

Progredimur potius ad CHRISTIANVM VRSTISIVM, qui *Germaniæ Hiſtoricorum illuſtrium* tomos duos edidit *Francofurti 1585. f* ex Wæcheliana, recuſos *Francofurti 1670. f.* Comprehendit autem Scriptores, quorum plerique ab Henrico IV, Imperatore vsque ad annum Chriſti 1400 vixerunt

runt inter quos ſeptem ſunt nunquam antea editi. Tales autem in Tomo primo continentur. OTTONIS FRISINGENSIS *Chronicon*, a principio mundi vsque ad tempore Friderici I, 1146. OTTONIS *de* S. BLASIO ad librum ſeptimum Chronici Friſingenſis continuatæ *hiſtoria appendix*, vsque ad annum 1210. in vtroque multa continentur ſingularia. Liber octavus autem Ottonis fere Theologicus eſt, atque agit de Antichriſto, de conſummatione ſeculi & reſurrectione mortuorum. HERMANNI CONTRACTI *Chronicon de 6 mundi ætatibus*, cum BERTOLDI presbyteri Conſtantinenſis *appendice*, ab anno 1054 vsque ad ſeculi finem. HENRICI IV *vita & epiſtolæ*. OTTONIS FRISINGENSIS *de geſtis Friderici I*, Imperatoris libri duo cum RADEVICI *continuatione*, qui egregiæ ſunt & fide digni. Addidit auctor quidam vetuſtus appendicem quoque ad Radeuicum. CONRADI *Chronicon Moguntiacum. Monachi S. Iuſtinæ Paduanæ de rebus ſub Ottone IV & Friderico II in Longobardia & vicina Marchia ab anno 1207 ad 1270 geſtis.* Alter Tomus continet *Dominicanorum Colmarienſium faſtos*, ab anno 1212 ad 1303, quibus multa continentur notatu digna de rebus Alſaticis. CONRADUS VECERIUS

de vita & rebus geſtis Henrici VII, vna cum epiſtola eiusdem. *M. ALBERTI Argentinenſis Chronicon*, Hiſtoriarum ſeriem a Rudolpho Habsburgico vsque ad Caroli IV obitum continens, cum fragmento incerti auctoris eidem chronico præmiſſo ab anno 631, quod multa continet, præſertim de Imperatoribus ex domo Auſtriaca, ab aliis memorata. Eiusdemque *ALBERTI* de *Bertoldi, e Comitibus a Buckeke Epiſcopi Argentinenſis rebus geſtis anno 1353. Sententia exauctorationis & priuanis Wenceslai, Romanorum Regis*, lata anno 1400. Singuli Scriptores ſunt iuſti atque ad Hiſtoriam Imperatorum Germanorum perutiles

§. VII.

Recentiores ſunt *Scriptores rerum Germanicarum a Carolo M ad Fridericum III*, partim denuo, deſiderati hactenus in tabernis, partim auctiores, partim de nouo in vnum volumen collecti, vna cum omni re diplomatica Friderici Imperatoris, indicibus conuenientibus & præfatione *IOANNIS SCHILTERI, Argentorati*, 1702, *f.* Occaſionem huic collectioni primam dedit Ioannes Henricus Bœclerus, qui Codicem nactus Aeneæ Syluii de geſtis Friderici III, *ἀνέκδοτον* adhuc, eundem cum annotationibus edere voluit, additis hiſtoria, monu-

mentis

mentis atque variis diplomatibus Friderici III. Sed cum varia, quæ ipſi ex bibliotheca Vindobonenſi promiſſa fuerant, non reciperet, opus reliquit. Vlricus obrechtus quidem idem perficere præpeditus, ſuaſor tamen fuit editoribus, vt aliquos Scriptores Hiſtoriæ Germanice adderent. Ioanni Georgio Kulpiſio demandatum opus fuerat, qui primum illud edidit anno 1685, ſed cum iuſtus ordo in diſponendis ſcriptis non eſſet obſeruatus; & recentiores Scriptores primo loco poſiti, in titulo etiam Hiſtoriæ Friderici III tantum mentio fieret, tantum adplauſum illa editio non reperit. Hæc editio præter titulum & præfationem Schilteri nihil noui habet, ſcripta tamen aliter ſunt ordinata. Hæc autem talia ſunt. *Annales de rebus geſtis Caroli M.* quos primum ex Guelferbytana bibliotheca edidit REINERUS REINECCIUS. *Monachi Egoliſmenſis vita Caroli M*, alias a Pithœo in annalibus primum edita. THEGANI Chorepiſcopi *de geſtis Ludouici Pii*, Imperatoris. NITHARDI libri IV *de diſſenſionibus filiorum Ludouici Pii ad annum vsque 843.* ALBERTI, abbatis STADENSIS *Chronicon* ab O. C vsque ad annum 1256. MARTINI POLONI *Chronicon Imperatorum & Pontificum*, ab Augu-

ſto vsque ad Fridericum II & Clementem IV, ANDREÆ, Presbyteri RATISBONENSIS *Chronicon* Bauariæ, vsque ad annum 1426 & denique ÆNEÆ SYLVII *hiſtoria Friderici III*, cum notis Bœcleri, quibus adiecta ſunt varia diplomata & documenta, figuræ item, imagines & nummi, qui ad res Friderici illuſtrandas faciunt. Ita vt non niſi vtilia etiam hoc tomo contineantur.

§. VIII.

Inter collectores Scriptorum Rerum Germanicarum ſuo merito quoque referendus eſt HENRICVS MEIBOMIVS, qui horum *Tomos tres* edidit *Helmſtadti 1688. f.* In his autem continentur non ſolum Scriptores, qui ad hiſtoriam Imperatorum faciunt, ſed etiam qui ad vniuerſalem Germaniæ hiſtoriam ſpectant. Tomus primus quidem continet illa ſcripta, quæ ab Henrico Meibomio Seniore Separatim iam ante fuerunt edita. Continet autem THEODORICI de NIEM *hiſtoriam de vita Iohannis XXII*, cum notis, GOBELINI PERSONÆ *Coſmodromium*, ſiue chronicon vniuerſale ab O. C. vsque ad 1418 cum notis. LEVOLDI a NORTHOF *origines Marcanas* ſiue Chronicon Comitum de Marca & Altena cum notis. GERARDI, Præpoſiti STE-

STEDERBVRGENSIS *hiſtoricam narrationem de Henrici Leonis poſtremis rebus geſtis & obitu*, cum notis. *Anonymi Chronicon Stederburgenſe*, ſub eodem Præpoſito conſcriptum. HENRICI MEIBOMII *orationem panegyricam de Henrico Leone*. ANDRONICI II *Auream Bullam* datam Henrico Brunſuicenſi, cum notis. HERMANNI de LERBEKE *Chronicon Comitum Schaumburgenſium*, cum notis. *Anonymi Chronicon Mindenſe* ab A. C 780 vsque ad annum 1474 cum additionibus, M. IUSTINI Lippienſis *Lippiſlorium*, ſiue poema de primordiis Comitatus Lippienſis, & rebus geſtis aliquot Comitum Lippienſium. HENRICI Aquiloponenſis *Adolpheidem*, ſiue hiſtoriam Comitum Schaumburgenſium & Hamburgenſis ciuitatis. Eiusdem *de primordiis Lubicanæ vrbis*. WITTECHINDI *annalium libros tres*, cum luculentis notis. HROSWITTÆ Monialis *panegyridem in laudem & geſta Ottonis M*, verſu hexametro cum notis. *Erectionem eccleſiæ Magdeburgenſis*, *Diplomata Ottonis M*, *Imp*. Auguſti. *Anonymi Chronicon Corbeienſe*, cum notis. *De Translatione S. Viti & inſtitutione noua Corbeiæ*. HENRICI ROSLÆ *Herlinsbergam*, ſiue poemation de bello inter Henricum Mirabilem ac confœderatos Saxoniæ Principes ob ar-

cem Herlingsbergam geſto ante annos 400 conſcriptum, cum notis. TIDERICI LANGENS *Saxoniam*. Tomus ſecundus continet ſcripta ea, quæ iam antea ab Henrico Meibomio iuniore ſeparatim fuerant publicata. LEWOLDI a NORTHOF *Archiepiſcoporum Colonienſium catalogum*, HENRICI WOLTERI *Chronicon archiepiſcopatus Bremenſis*. *Anonymi Chronicon Monaſterii Raſtedenſis*. IOANNIS SCIPHOWERI *Chronicon Archicomitum Oldenburgenſium*. ERDWINI ERDMANNI *Chronicon epiſcoporum Osnabrugenſium*. *Anonymi Chronicon Archiepiſcopatus Magdeburgenſis*, cum notis & diplomatibus quibusdam antiquis. *Anonymi narrationem de rebus geſtis Alberti, epiſcopi Halberſtadtienſis*. ALBERTI CRVMMEDYCKII *Chronicon epiſcoporum Lubecenſium* cum continuatione anonymi & notulis quibusdam. ANDREÆ HOPPENRODII *Annales Gernradenſis Abbatiæ*, & hiſtoria Abbatiſſarum, cum notis, HENRICI BODONIS *de conſtructione cœnobii Gandersheimenſis*, eiusque perfectione & Hiſtoria Abbatiſſarum, IOANNIS de POLDA *Chronicon eccleſiæ Hamelenſis*. *Anonymi Chronicon monaſterii S. Michaelis in Hildesheim*. *Anonymi Chronicon monaſterii in Lothem*, poſt in oppidum Lemgo translati. *Chronicon mona-*

monaſterii Huiesburgenſis. Tomus tertius vero varias diſſertationes continet, a Meibomio vtroque conſcriptas, quæ potiſſimum ad hiſtoriam Saxoniæ inferioris faciunt. De *Irmenſula Saxonica, Vindicias Billinganas, ſeu demonſtrationem, Hermannum Billingum primum ab Ottone M Saxoniæ Borealis inſtitutum ducem ex illuſtri familia Saxonica oriundum fuiſſe. Demonſtrationem, Saxonicum etiam ante Hermannum Billingium ſuos habuiſſe Duces. Hiſtoriam Bardeuici. De Bardeuico deſtructo* carmen heroicum. Commentariolum *de vtriusque Saxoniæ & vicinarum quarundam regionum pagis. Apologiam pro Ottone IV* contra falſas criminationes & conuitia, quibus eum inſectati ſunt Hiſtorici nonnulli. *Diſſertationem de iure inveſtituræ epiſcopalis Imperatoribus Romanis a Pontificibus per vim ademtæ.* Diſſertationem *ſuper quodam antiquo & antiquato Cæſarem Germanicorum iure in decedentium maiorum Prælatorum relictis poſſeſſionibus. Thaſſilonis diploma, quo monaſterium Crebemünſter abs ſe conditum dotat,* cum notis. *Hiſtoriam erectionis ducatus Brunſuicenſis & Lüneburgenſis,* cum ipſis cæſareis tabulis & diplomatibus erectionis Principatus Hennebergenſis, Ducatus Lucani in Italia, Lützenburgici & Holſatiæ. Orationem *de*

academiæ Iuliæ primordiis & incrementis. Orationem *de origine Helmſtadti. De origine, dignitate & officio Cancellariorum Academicorum. Chronicon Manaſterii Marlenthalenſis. Chronicon Monaſterii Bergenſis ad Albim. Chronicon Monaſterii Rittageſhuſen*, cum augmento. *Diſſertationem de Friderico, Brunſuicenſium Duce in Imperatorem electo.* Diſſertationem *de Hugonis de S. Victore patriæ Saxonica contra Mabillonium.* Iſti quidem Scriptores parum faciunt ad Hiſtoriam Imperatorum, ſed potius ipſam Germaniæ hiſtoriam. Sed cum ordo hic nobis præſcribat, vt de collectoribus Scriptorum Rerum Germanicarum agamus, hæc Meibomiana quoque hic loci recenſere duximus.

§. IX.

Vltimus inter hoſce collectores vir, illuſtris eſt GODEFRIDUS GVILIELMVS LEIBNüTZIVS, qui *acceſſiones Hiſtoricas* edidit, quibus continentur Scriptores Rerum Germanicarum, *Hanoueræ 1700. 4.* In his primum locum occupat *Chronographus Saxo*, qui a C. N vsque ad annum 1188 annales ſcripſit, quibus in antiquioribus ſæpius labitur, in medii vero temporis hiſtoria multa habet, quæ ad vſum ducantur. Sequuntur *geſta Treuirorum*, ab

vrbe

urbe condita, vsque ad annum 1132, in quorum poſterioribus præſertim, circa res ſeculi XI & XII nonnulla profert, quæ non ſunt inutilia. IOANNIS VITI DURANI *Chronicon* ſequitur, quo ſuorum ac paullo ſuperiorum temporum res geſtas deſcribit, a temporibus Friderici II, vsque ad annum 1277. *Chronicon Holſatiæ Vetus* adnexum eſt, quod a presbytero Bremenſi ab O. C vsque ad annum 1448. eſt productum. Alter Tomus ſolum continet ALBERICI, monachi trium Fontium *Chronicon*, ab O. C vsque ad 1241, quod plerumque ex aliis eſt collectum, quorum tamen pleraque non amplius ſuperſunt. Singula hæc ex Manuſcriptis bibliothecæ potiſſimum Guelferbytanæ primum protulit Leibnützius, qui etiam continuationem promiſit.

§. X.

Plures hinc inde extare tum editos tum ineditos ſcriptores, qui in collectionibus hiſce non extant, certum eſt. Hinc nouam collectionem promiſerat PETRVS LAMBECIVS *in catalogo librorum* a ſe compoſitorum & in lucem editorum: mentionem quoque facit *Syntagmatis Rerum Germanicarum, ſeu Rerum Germanicarum Scriptorum variorum, variorumque Actorum Publicorum*

blicorum, ex auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi in lucem edendorum, cum adnotationibus neceſſariis, chronologia accurata & ampliſſimis indicibus, Geographico, inprimis & Genealogico; Tomis aliquot in folio. Hæc tamen lucem non adſpexerunt publicam, licet denuo illud promiſerit eiusdem ſucceſſor DANIEL NESSELIUS, Idem de aliis ab aliquo tempore meditati fuerunt WILHELMUS ERNESTUS TENTZELIUS, & IMMANUEL WEBERUS; vtramque tamen adhuc expectamus.

§. IX.

Imperatores noſtri Germanici vel ex linea Carolingica ſunt, vel Saxonica, vel Franconica vel Sueuica vel Auſtriaca. Nec deſunt Scriptores, qui vel certæ lineæ Imperatorum vitas, vel ſpeciales quasdam tantum deſcripſerunt. Ad Carolingicam faciunt primum PETRI PITHOEI *Annalium & Hiſtoriæ Francicæ* Scriptores coætanei, *Francofurti 1588. 8.* Continentur inter hoſce *Annales Francorum ab anno 713 ad 883.* FRODOARDI *annales*, ſeu Chronicon ætatis ſuæ, ab anno Chriſti 919 ad 966, cum apppendice annorum aliquot. *Continuatio ab anno 977 ad 990*, ex Chronicis Wilhelmi Nangii nondum editis. O-

DO-

DORANNI *Chronicon. Fragmentum Gallici Scriptores* ex Conrado Abbate ad annum 922. *Arnulphi Metenſis epiſcopi genealogia* ex antiqua membrana eiusdem eccleſiæ. *Fragmentum veteris Scriptoris de Maioribus domus Regiæ*, ex codice Floriacenſis cœnobii. *Vita Caroli M. Imperatoris. Charta diuiſionis imperii*, quæ in quibusdam Exemplaribus Karolo M adſcribitur. *Fragmentum ex hiſtoria Pauli Warnefridi de epiſcopis Mediomatricum eccleſia.* CONSTANTINI MANASSI *de Carolo Imp. verſus* politici THEGANI *de geſtis Ludouici Pii, Imp. ſcriptum*, cum præfatione Walafridi Strabonis. *Acta impia nefanda exauctoratio eiusdem Ludouici Imp. apud Compendium anno 822. Præceptum eiusdem Imp. de diuiſione inter filios. Vita Ludouici Pii. Charta priuilegiorum ab eodem Imperatore Hiſpanis conceſſorum.* NITHARDI *de diſſenſionibus filiorum Ludouici Pii libros quatuor. Libellum proclamationis Karoli Regis aduerſus Godilonem*, oblatum ſynodo Tullenſi anno 859. *Acta coronationis Karoli Imperatoris & Ludouici Filii. Sacramentum eidem Imperatori præſtitum ab Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Comitibus & reliquis Italiæ Optimatibus. Fragmentum Hiſtoriæ Francicæ a Ludouico Balbo. Aliud fragmentum Aquitanicæ Hiſtoriæ. Epitaphia*

quorundam Regum ex vetuſtis monumentis. ALBONIS Leuitæ *de obſidione vrbis Pariſiorum a Normanis libros duos.* Certe hæc a Pithœo collecta fundamentum præbent hiſtoriæ Karolingicæ ex antiquitate. Ex recentioribus *Laurum Carolinam de geſtis Caroli M* & ſequentium Carolingorum Cæſarum ſcripſit CHRISTOPHORUS OTT, *Ingolſtadti 1654. 4.* Inſignis eſt hiſtoria IOANNIS HENRICI BOECLERI, *de rebus ſeculi IX & X*, quæ *Argentorati* eſt edita *1656. 4* in qua egregium ſe præſtitit hiſtoricum, natales, mores, res geſtas, politiam & reliqua ſingulorum Imperatorum accurate percenſens, adnexo quoque ſtatu eccleſiaſtico & rerum exterarum gentium, ita vt optandum omnino foret, omnium ſeculorum memoriam eo ordine atque modo eſſe pertractatam. IOANNES PALATIVS ſcripſit *aquilam inter lilia*, ſub qua Francorum Cæſarum a Carolo M vsque ad Conradum vitas deſcribit, additis elogiis hieroglyphicis, numiſmatibus, ſymbolis, *Venetiis 1671 f.* Sed vt verum fateatur, Palatii opera ſplendorem magis habent, quam vt debitam fidem habeant. Numiſmata adducit, ſed illa plerumque fingit: in reliquis accuratus non eſt,

§.X.

§ X

Caroli M hiſtoriam primus illuſtrauit EGINHARDVS, ſcriptor elegans atque verſus, ita vt Voſſius eundem ab Hermanno, Comite Nuenario floridius loquentem inductum fuiſſe velit. Scriptum etiam fide eſt digniſſimum, eo quod lateri Caroli M ſemper adhæſit Eginhardus. Extat in tomo Reuberi, Freheri corpore hiſtoriæ Francicæ, & Andreæ du Cheſne Tomo ſecundo Scriptorum Francicorum. Separatim illud cum notis elegantiſſimis Friderici Beſſelii extat, *Helmſtadti 1667. 4.* Cum eodem Reubero prodiit IOANNIS TURPINI *hiſtoria Caroli M* fabuloſiſſima. Eginhardo proximus eſt *Monachus* cœnobii *Egolismenſis*, S. Eparchii ſcriptor *vitæ Caroli M*, quem Petrus Pithœus in annalibus & Schilterus in collectione ſua edidit. *Monachus Sangallenſis*, qui *de geſtis Caroli M* libros duos ſcripſit ad Carolum Craſſum, Imperatorem, ab Henrico Caniſio in tomo primo lectionum antiquarum editos. Idem quoque tomo quinto inſeruit ALCVINVM *de genealogia Caroli M. Incerti auctoris carmen de Carolo M & Leonis Papæ ad eum aduentu. Anonymi* cuiusdem *Annalium libros V de geſtis Caroli M*, ligato ſermone ſcriptos, quos ex bibliotheca Guelferbytana primus

pro-

Protulit REINERVS REINECCIUS, atque edidit *Helmſtadti 1599. 4.* nunc extat in collectione Schilteri. Pleraque tamen ex Adelmo Benedictino, hic vero ex Eginhardo hauſit. Nec deſunt Recentiores, qui ad hiſtoriam Caroli M faciunt, quibus tamen omnino antiquiores iſti, iam recenſiti ſunt præferendi. IOANNES IOACHIMVS FRANTZIVS quidem *hiſtoriam Caroli M* continuauit, quæ cum Eginhardi Carolo & Ioannis Henrici Bœcleri notis prodiit *Argentorati 1644. 4 Caroli M.* Imperatoris, Regis & Principis *vitam togatam* ſcripſit, ſed plerumque ex Eginhardo hauſit. PETRVS a BEECK in hiſtoria ſua de Aquisgrano, inſeruit quoque tractatum *de rebus Caroli M geſtis, Aquisgrani 1622. 4.* Hæc non ſolum Plutarchi vitis iuncta eſt, ſed etiam a Frehero eſt edita, Germanice illud egit MARCUS WAGNERVS, cuius eſt *auserleſenes Chronicon von dem herrlichen, wunderlichen und großen Thaten Caroli M, Magdeburgi 1579. 4.* ERPOLDUS LINDENBROGIVS edidit *neu-vermehrte Chronica von dem Großmächtigſten erſten teutſchen Kayſer Carolo M. Hamburgi 1593. 4.* & IOANNES LETZENERVS, qui ſcripſit *hiſtoriam Caroli M, des Großmächtigſten Chriſtlichen Römiſchen und Teutſchen Kayſers, Hildesheim*

desheim 1602. 4. Hi ad omnem hiſtoriam Caroli M. faciunt, alii vel ad certam methodum, vel ad certum tantum partem directi. IOANNES GVILIELMVS STVCKIVS quidem *Carolum M redivivum* edidit, in quo eiusdem atque Henrici M. hiſtoriam recenſet, eorundemque comparationem inſtituit. IOACHIMVS PASTORIVS *Tacitum Germano Belgicum*, ſeu floſculos hiſtorico-genealogicos de origine & rebus geſtis bello-politicis Carolorum, Magni, Aunacis, Quinti aliorumque Germaniae ac Belgii Principum *Coloniae 1658. 8. Diſcurſum politicum de Carolo M*, quatenus vitam eius deſcribunt Claudius Fauchetus & Ioannes Serres ſcripſit CHRISTIANUS WEISIUS, *Weiſenfelſa 1674. 4. De Statura Caroli M* elegans eſt φιλοπόνημα MARQVARDI FREHERI, *Noribergae 1657. 4* & *Heidelbergae 1662. 4. De ſororibus* vero *Caroli M* eruditiſſima eſt diſſertatio HENRICI GüNTHERI THVLEMARII, *Heidelbergae 1681. 4.* Singularis eſt controuerſia, de Fide Caroli M. Ediderat quidem CHRISTIANVS NIFANIVS *oſtenſionem, quod Carolus L. formaliter non fuerit Papiſta, Francofurti 1670. 8.* in qua demonſtrauerat, Carolum M. multa in eccleſias Saxonicas introduxiſſe, quae ritibus Pontificiorum

K parum

parum ſint conformia, a Luthero vero per reformationem renouata. Ginc cum ſibi vindicare vellent Carolum, propugnatorem, vſi fuerunt NICOLAO SCHATENIO, qui edidit *Carolum M Imperatorem Romanorum, & Francorum Regem Romano Catholicum aduerſus Niſanium*, *Neubuſii* 1674. 4. Cui tamen oppoſuit Niſanius *Carolum M. veritatis euangelicæ Confeſſorem denuo exhibitum, atque ab impugnationibus Schateni vindicatum*, *Francofurti* 1679. 8. Niſanium ſecutus eſt IOANNES HENRICUS HEIDEGGERUS, qui edidit *Carolum M. teſtem veritatis*, quæ diſſertatio extat in tomo ſecundo, *Tiguri* 1680. 4. Tam abſurdi autem fuerunt pontificii, vt ederent *Caroli M Bethbuch, ſambt kurtzer Beſchreibung ſeines Lebenslaufs. Ingolſtadt* 1584. 8. Sic etiam HENRICUS THANA edidit *Leben des h. Caroli M, Römiſchen Teutſchen Kayſers, als ein Spiegel aller Kayſer, Könige und Potentaten*, *Cölln* 1666. 12 qui etiam illum tanquam vere pontificium depingit. Inter Leges Caroli M extat eiusdem *Capitulatio de partibus Saxoniæ & Capitulare Saxonum*, quæ primum *Romæ* publicauit Lucas Holſtenius, poſt recudi fecit HERMANNUS CONRINGIUS. *Helmſtadti* 1653 4. Singulæ vero eius & ſucceſſorum leges continentur in *Capitularibus Regum Francorum*, quorum editio eſt opti-

optima, quam STEPHANUS BALUTZIUS edidit *1677. f.*

§. XIII.

Caroli M filius & ſucceſſor erat Ludouicus Pius; cuius vitam & res geſtas ipſo adhuc ſuperſtite, vsque ad annum Imperii XXV, ſcripſit THEGANVS, chorepiſcopus Treuirenſis; quem in annalibus edidit Petrus Pithous & Andreas du Cheſne. Hunc autem librum Walafridus Strabo in capita LVIII ſecuit, ac ſingulis argumentum ſuum præfixit. Fuſius conſignata eſt *vita Ludouici Pii*, ab anonymo qui apud Pithœum, Reuberum & Ducheſnium extat, qui etiam extrema Ludouici atque mortem deſcribit. ERMOLDI NIGELLI poema elegiacum *de rebus geſtis Ludouici Pii* in quatuor libros diuiſum. Manuſcriptum extat in Bibliotheca Vindobonenſi, illud etiam edere promiſit Lambecius; ſed non præſtitit. Ex recentioribus IOANNES LETZENERVS edidit *warhafftige Chronica und hiſtoriſche Beſchreibung des Lebens, der Händel und Thaten Lrdouici Pii, Hildesheimi 1604. 4.* Ad Lotharii Imperatoris & Fratrum hiſtoriam faciunt NITHARDI libri IV *de diſſentionibus filiorum Ludouici Pii*, quos ab exceſſu Caroli M exorſus producit vsque ad annum 843. Edi-

derunt illum Pithœus, Ducheſnius & Schilterus: Præcipue egregium eſt PAVLI PETAVII *ſyntagma de* hoc *Nithardo ac tota eius proſapia*, quod ex bimeſtri rerum prolatarum otio deſumtum, quod Andreas du Cheſne editioni ſuæ Nithardi in Tomo II Rerum Francicarum præmiſit. AGOBARDI, archiepiſcopi Lugdunenſis extat *epiſtola de Monarchia Imperii Francici & diuiſione regnorum Italiæ, Galliæ, Germaniæ, inter heredes Ludouici Pii*, quæ in tomo primo Monarchiæ S. R. I. Goldaſti extat. Conſtitutionem Caroli Craſſi de *expeditione Romana* commentario explicauit MARQVARDVS FREHERVS, *Auguſtæ Treboccorum 1627. 4* & IOACHIMVS CLVTENIVS, qui adnexus eſt.

§. XIV.

Subnectimus hiſce ſcriptores de translatione Imperii Occidentalis, vel a Græcis ad Carolingicos, vel ab his ad Saxones. Agitata potisſimum hæc cauſa fuit ſeculo duodecimo, cum Hadrianus Papa legatos cum epiſtola ao Fridericum I mitteret, qui adfirmabant, Cæſarem habere Imperium a Papa. Ad hæc Fridericus per litteras regesſit, adfirmans, quod quicquid Pontifex habet, ex beneficio aut dono Imperatorum habet, ex quo contentio legatorum orta

cum

cum Imperatore. Pontifex quidem litteras de eo dedit ad Germaniæ præſules, ſperans ſe adplauſum apud eos reperturum, ſed cum iſti minus ad palatum reſponderint, Pontifex per nouos legatos & litteras hoc figmentum artificioſa interpretatione tollit, & non obſcuce recantat, policeturque ſe iura imperii minime impoſterum eſſe violaturum. Hoc autem Papæ attentatum, qui ſuo beneficio translationem factam contendit, occaſionem dedit ab illo tempore altius in iſtam materiam inquirendi. Inter veteres illud egit LVDOLPHVS de BABENBERG in tractatu ſuo *de iuribus Regni & Imperii Romanorum*, qui extat in Schardii collectione de Iurisdictione Imperii, & ſeparatim *Argentorati 1624. 4*, qui inter meliores eſt. IORDANIS *Chronicon de translatione Imperii Romani ad Germanos, Baſileae 1559. 8* parum ad rem facit. De eadem *translatione Imperii Romani* egit MASILIVS PATAVINVS, cuius tractatus extat in Goldaſti Tomo ſecundo de Monarchia Imperii & ſeparatim *Francofurti 1612. 8* RADVLPHVS de COLUMNA de *translatione Imperii* apud Schardium & Goldaſtum. Sic etiam extat *translatio Imperii Romani a Graecis ad Francos an a Pontifice facta ſit, Hanouiæ 1613. 4.* Eandem

dem materiam quoque illuſtrauit HENNINGIVS ARNISÆUS *de translatione Imperii Argentorati 1636. 4.* MICHAELIS COCCINII tractatus *de translatione Imperii a Græcis ad Germanos, Argentorati 1618. 8.* & MELCHIOR GOLDASTVS *de translatione Imperii Romani a Græcis ad Francos, Hanouiæ 1615. 4.* Optime vero hanc materiam illuſtrauit MATTHIAS FLACIVS *de translatione Imperii Romani ad Germanos, Baſileæ 1566. 8.* qui non ſolum pontificum attentatis reſpondet, ſed etiam quo iure iſta translatio facta, declarat. Reſpondere quidem Flacio tentauit ROBERTVS BELLARMINVS, qui libros tres aduerſus eundem ſcripſit *de translatione Imperii Romani a Græcis ad Francos, Antwerpiæ 1589. 4.* Bellarmini tamen confutationem dedit MATTHÆUS DRESSERUS, *Francofurti 1592. f.* & FRANCISCVS IVNIVS *in animaduerſionibus ad tractatum Bellarmini, Leidæ 1602. 8.* Dreſſero vero reſpondit CASPAR HAPin *defenſione librorum Cardinalis Bellarmini de translatione Imperii aduerſus Dreſſerum, Moguntiæ 1601. 8.* Germanicum de hac materia eſt ſcriptum IACOBI CHÆRICII, ſub titulo: *Teutſches Kayſerthum*, das iſt: *gründlicher Bericht, wie das Römiſche Kayſerthum auf den Fränkiſchen, und nach Abgang deſſelbigen,*

auf

auf den Sæchſiſchen Stamm gebracht, Mülhauſen 1594. 4.

§. XV.

Ad hiſtoriam Imperatorum Saxonicorum habemus ex antiquis WITTECHINDI *annalium libros*, quos cum notis edidit Henricus Meibomius, *Francofurti 1621. f*, quibus Henrici Aucupis Ottonis & res geſtæ breviter quidem, ſed ſumma fide explicantur. Ita vt non immerito inter præcipua rerum Germanicarum monumenta referantur. IOACHIMVS IOANNES MANDERVS recentior quidem Scriptor eſt, in *antiquitatibus* autem *Brunſuicenſibus*, quæ *Helmſtadti 1661. 4* prodierunt, plures antiquiores tractatus congeſſit. Continentur autem iisdem THEODERICI ENGELHVSII & IOANNIS CRAVSII *vita Imperatorum ex domo Brunſuicenſi*, & auctoris *anonymi res geſta eorundem*, quas in compendium redegit monachus quidam Hamerslebienſis. Adiecta quoque ſunt eorundem Imperatorum & Ducum Brunſuicenſium XII Diplomata, quæ veteris Saxoniæ hiſtoriam haut parum illuſtrant. Ex Recentioribus IOANNES PALATIVS in *aquila* ſua *Saxonica* Imperatores Saxones ab Henrico Aucupe vsque ad Henricum Sanctum deſcripſit, additis elogiis, Hiero-

roglyphicis Numiſmatibus, inſignibus & longa hiſtoriarum ſerie, *Venetiis 1672. f* ſed quantam fidem habeat, iam ſupra fuit dictum. Alias præter Bœclerum ſupra iamdum memoratum habemus IOANNIS CONRADI DIETERICI *Hiſtoriam Imperatorum Germanorum* familiæ Saxonicæ, Henrici Aucupis, Ottonis M, Ottonis II, Ottonis III, Henrici II, cum indice rerum ac materiarum neceſſario, *Gieſſæ 1666. 4.* Laudanda eſt viri induſtria nec facile quidpiam adducit ſine auctoritate, nullum tamen ſeruat ordinem, quod in hoc ſcripto maxime eſt reprehendendum. Scilicet, meliorem Dietericus agebat Theologum, quam hiſtoricum. CHRISTIANVS CALDENBACHIVS *pentadem* ſcripſit *Imperatorum Romano-Saxonum*, *Tubingæ 1675. 4.* Germannice PAVLUS HOFMANNVS ſcripſit *der Sächſiſchen Kayſer und Könige Chronica*, *Lipſiæ 1676. 8.*

§. XVI.

De Henrico Aucupe oratio extat *ERNESTI*, Comitis in *MANSFELD*, quæ cum aliis eiusdem orationibus, *Francofurti* prodiit 1581. 8. Multum quoque ad eiusdem Hiſtoriam illuſtrandam facit diſſertatio *de ludis equeſtribus*, quam ſub præſidio celeberrimi viri, *GEORGII SCHVBARTI*

Præ

Præceptoris olim venerandi in hac academia habui *1689. 4* idque ea ratione, quod Henricum hunc Aucupem vulgo auctorem ludorum equeſtrium faciant. Ad Hiſtoriam *Ottonis I.* facit *HELENÆ* a Roſſovv vulgo dictæ *HROSWITHAE*, monialis in Gandersheim, *panegyricus de rebus geſtis Ottonis M*, qui ſeparatim primum prodiit *Noribergæ 1501. f* inde in collectione Reuberi & cum notis, in tomis Meibomii. *De Ottone III Imperatore, eiusque inſtituto conſiliorum Imperatoriorum* ſingularis extat oratio *NICOLAI CISNERI Francofurti 1579. 8.* De *vita Henrici II* libri II apud Laurentium Surium, Tomo II Sanctorum, Henricum Caniſium, Tomo II lectionis antiquæ & Iacobum Gretſerum, in Sanctis Bambergenſibus extant & vulgo *ADELBOLDO* attribuuntur.

§. XVII.

Tertia Imperatorum Germanicorum familia eſt Salica, cuins auctor eſt *Conradus II*, Siue Saliquus. Vitam huius Imperatoris ſcripſit WIPPO, eius ſacellanus, quam primus in lucem protraxit Piſtorius. Inter recentiores *FRANCISCVS GVILLIMANNVS de vera origine & ſtemmate Conradi II* ſcripſit, *Friburgi 1609. 4.* In laudem *Henrici III*, qui a crinium colore niger di-

 citur,

citur, habetur carmen cum *Tetralogi* titulo, in Tomo II Caniſii, quod Wipponi communiter tribui ſolet. Verum, cum Wippo ipſe de hoc libro ſic loquatur: *quidem de noſtris in libello, quem Tetralogum nominavit*; alius potius videtur labor.

§. XVIII.

Infeliciſſimus inter omnes fuit Imperator *Henricus IV*, de cuius vita, fatis & morte plura ſcripta extant, quæ ſæpe ob ſcriptorum diuerſitatem ſibi ipſis ſunt contraria. Recenſuit pleroſque Scriptores Henricus Bangertus in notis ad Helmoldi Chronicon Slauorum libro I caq. XXVIII. MELCHIOR GOLLDASTVS non ſolum *apologiam* ſcripſit *pro Henrico*, aduerſus Gregorium VII, ſiue Hildebrandum, ſed etiam de ſingulis Scriptoribus, qui pro Henrico IV ſcripſerunt, iudicia addidit, immo quædam ſcripta minora collegit, *Hanouiæ 1611. 4.* Continentur autem in hac collectione BENNO *de vita & rebus geſtis Hildebrandi* ſeu Grregorii VII, OTTONIS FRISINGENSIS *fragmentum de eodem*. RUPERTI GOSLARIENSIS *carmen de bello Henrici IV contra Saxones*, in quo Principes vsque ad finem anni 1075, quo Principes Saxoniæ ſe Imperatoris poteſtati per-

ermiſerunt ; atque extat alias in Reiberi ollectione, *ALBOINI epiſtolæ de coniugio acerdotum Cleri & ordinis eccleſiaſtici in S. Rom. Imperium apologetica pro Henrico IV.* ontra Papæ excommunicationem ex Auentino deſumta, *CONRADI* epiſcopi Traectenſis *oratio pro Henrico IV. WALTRAMI* epiſcopo Numburgenſis *epiſtola ad Ludouicum Landgrauium Thuringiæ pro Henrico IV.* Eiusdem *apologia pro Henrico IV de unitate eccleſiæ & Imperii*, in vtroque ſcripto Henricus IV ſtrenue defunditur : vltimus liber alias *VENERICO VERCELLENSI* adſcribitur, *IUONIS epiſtola de inueſtitura epiſcoporum & Abbatum pro Henrico IV, SIGEBERTI GEMBLACENSIS epiſtola contra epiſtolam Paſchalis II*, quam nomine eccleſiæ Leodienſis ſcripſit, *OTBERTI* Leodienſis *epiſtola de vita & obitu Henrici IV WALTRAMI* tractatus *de inueſtitura epiſcoporum & Abbatum pro iuribus Imperatorum & Regum*, ex bibliotheca Elmenhorſtii. *Laurishamenſis abbatiæ ſupplicatio ad Henricum I. EBERHARDI* Salisburgenſis *Oratio de Hildebrandi Papæ antichriſtiano Imperio*, recitata in Comitiis Ratisbonenſibus ſub Friderico II. *GREGORII VII epiſtola de excommunicatione Henrici IV. HERBRANDI* Halberſtadienſis *epiſtola ad Waltramum. GOFFRIDUS*

DUS

DVS Vindocinenſis *de ordinatione epiſcoporum & inueſtitura laicorum.* Inter hoſce autem Waltramus præcipuus eſt, & Orbertus, quem Goldaſtus auctorem facit vitæ Henrici IV, quæ primum ab Auentino reperta, ac cum epiſtolis quibusdam ad Regem Franciæ, Principes & epiſcopos publicata eſt Auguſtæ 1518. Poſtea eandem edidit Ioannnes Heruagius, typographus Baſileenſis, Ortuinus Gratius in faſciculo rerum expetendarum & fugieudarum, Reubertus & Vrſtiſius, vt exinde magna oſcitantia Cardinalis Baronii adpareat, qui ſcriptum hoc pro commento Reineccii venditare voluit. Inter præcipuos qni contra Heinricum ſcripſerunt, eſt BRUNO *de bello Saxonico*, quem in bibliotheca Fuldenſi repertum primum Vlricus Huttenus, poſt Marquardus Freherus ediderunt. Elegantisſima eſt diſſertatio GEORGII SCHVBARTI; qua *Henricum IV, exemplum turbatæ Reipublicae* hiſtorice atque politice propoſuit, *Ienae 1687. 4.*

§. XIV.

Quarta familia Imperatorum Germanicorum eſt Sueuica, cuius auctor eſt *Fridericus I*, dictus Barbaroſſa. Scripſit de eiusdem rebus geſtis OTTO FRISINGENSIS libros duos, quos continuauit

RA-

RADEVICVS, aliusque appendicem XI annorum vsque ad mortem Imperatoris adiecit. Quem ſcriptorem accuratum & fidum eſſe ſupra iamdum in collectione Reuberiana commendauimus. Ligato ſermone huius Imperatoris geſta, & potiſſimum expediriones Mediolanenſes deſcripſit GÜNTHERVS poëta, qui libri ſuo titulum fecit *Ligurinus*, ob bella in Liguria geſta. Hoc ſcriptum in Franconiæ quodam monaſterio repertum a Conrado Celte, primus edidit *Conradus Peutingerus, Auguſtæ Vindelicorum 1507. f* poſtea idem cum ſcholiis *Iacobi Spiegelii*, ſuæ collectioni inſeruit Reuberus. Tandem doctiſſimo commentario illud illuſtrauit *Conradus Rittershuſius, Tubingæ 1598. 8.* OTTONIS MORENÆ *hiſtoriam Rerum Laudenſium* tempore Friderici I cum notis edidit *Felix Oſius, Venetiis 1639. 9. BVRCHARDI* notarii *epiſtolam de victoria Friderici & excidio Mediolanenſi*, ex manuſcripto primum edidit Freherus tomo primo. In appendice extat *TAGENONIS deſcriptio expeditionis Aſiaticæ in Turcas, Fridarici Imperatoris. FRIDERICI I expeditio Aſiatica*, & ad ſepulcrum Domini a coæuo auctore conſcripta habetur in tomo quinto lectionum antiquarum Caniſii. Ex recentioribus, Imperatoribus vitam

tam deſcripſit *IOANNES ADOLPHVS*, quam poſtea germanice etiam vertit *Argentorati 1535. 8.* Inſignis eſt controuerſia, an Alexander III Papa Friderici I collum Venetiis calcauerit. Refutauit illud factum *GEORGIVS REMVS* in diſſertatione ſua, qua commentum eſſe, calcaſſe collum Imperatoris Friderici Alexandrum III adſeritur, *Noribergæ 1625. 8.* Sic etiam extat *IEREMIÆ HOFMANNI* diſputatio hiſtorica *de tyrannica ignominia, quam Friderico Aenobarbo intulit Alexander III, Witteberga 1661. 4.* *LVDOVICVS LIEBHARDVS* quoque *apologiam* ſcripſit *pro Friderico Imp. quem a Romano pontifice pedibus conculcatum eſſe nonnulli ſcribunt, Baruthi 1668. 4.* Non plane negare audet *IOANNES DANIEL ARTOPÆVS in diſſertatione Anti-Baroniana, num Alexander III Fridericum Barbaroſſam calcauerit pedibus, Lipſiæ 1673. 4.* Hac autem Baronio, qui Alexandrum III a ſuperbiæ nota liberare, idque factum negare voluit, reſpondet & veritatem adſtruere conatur. Negauerat factum *FORTVNATVS VLMVS in hiſtoria, de occulto aduentu Venetias Alexandri III*, quæ italice ſcripta extat *Venetiis 1629. 8.* Verum in eandem animaduerſiones ſcripſit *FELIX CONTELORIVS* hoc titulo: *Concordia inter Alexandrum III*

ſum.

ummum pontificem & Fridericum I Imp. Vene-tiis confirmatæ narratio ad veritatis ſcriptum ſtabilita. Criminationes ab auctore actorum Alexandri III & Chronico Romuadli Archiepi-ſcopi Salernitani depulſæ. Cæſaris Cardinalis Baronii auctoritas a calumniis vindicata, ex notis & animaduerſionibus Felicis Contelorii ad Fortunati Vlmi libellum de Alexandri III occulto aduentu Venetias. Pariſiis 1633. 8 vti adlegat Ludouicus Iacobi in bibliotheca pontificia lib. I. p. 9 qui etiam Contelorio conſentire dicit HIERONYMUM BAR-DIVM *in explicatione picturarum palatii ma-ioris S. Marci, Venetiis 1587. 4* atque laudat ANDREÆ SAVSSÆI *concordiam Alexandri & Friderici.* Elegans eſt HENRICI MEI-BOMII *apologia pro Ottone IV, Helmſtadti 1624. 4* atque in collectione Meibomiana. Cum enim Conradus Vrſpergenſis, & qui eundem ſecuti, Ioannes Cuſpinianus, & Sebaſtianus Munſterus Ottonem IV homi-nem ſtolidum atque ſuperbum facerent, iisdem ſolide reſpondet, atque multa ad Imperatoris hiſtoriam illuſtrat. NICO-LAI CISNERI *oratio de Friderico II Impera-tore*, Eiusdem vitam deſcribit: prodiit cum aliis *Argentorati 1608. 8.* Extat apud Vrſtiſium *Monachi* cuiusdam *S. Iuſtinæ Pa-duæ* de rebus *in Inſubribus & Euganeis*, hoc

eſt

eſt Lombardia & vicina Marchia Taruiſi-na geſtis circa ea tempora ; quibus Fridericus II Romani Imperii clauum tenuit ab A. C 1207 ad 1270. Faciunt quoque ad Hiſtoriam Friderici II PETRI de VINEIS *epiſtolæ* , quæ non niſi diplomata & publica ſcripta ſunt vel Imperatoris nomine , vel ad ipſum , *Amberga 1609. 8.* IOANNES IOACHIMUS ZENTGRAFIVS *de interregno Imperii Germanici ab exceſſu Conradi IV vsque ap Rudolphum Habsburgicum exercitationem hiſtoricam ſcripſit Witteberga 1668. 8.*

§. XX.

Quinta familia, quæ adhuc in Imperio noſtro durat, Auſtriaca eſt , licet in eadem aliquot Imperatores ſint intermedii , qui ex aliis familiis orti. Rudolphus Habsburgicus huius familiæ auctor eſt , de quo panegyricum hiſtoricum edidit CASPAR DORNAVIVS *Görlicii 1677. 4.* Sed cum Dornauii labores non adeo ſint accurati , præferenda eſt IOANNIS HENRICI BOECLERI diſſertatio eruditisſima *de Rudolpho Imperatore* , Germaniæ inſtauratore , *Argentorati 1682. 4.* PETRVS LAMBECIVS in *ſyntagmate* ſuo *rerum Germanicarum*, inter alia promiſit *Codicem epiſtolarum Imp. Rudolphi I*, partim ab ipſo , partim ad ipſum

& de

& de ipſo ſcriptarum, cum notis Ioannis Seyfridi & propriis. Addere quoque promiſit alium Codicem epiſtolarum Rudolphi, eius diplomata continentem Sic etiam OTTOCARI de HORNECK *Chronicon Germanicum*, rythmicum rerum geſtarum Rudolphi I & Alberti I, quæ tamen ſcripta cum ſyntagmate adhuc expectamus. *Alberti Auſtriaci* vitam panegyrico celebrauit CASPAR DORNAVIUS.

§. XXI.

Hiſtoriam Auguſtam Henrici VII libris XVI deſcripſit ALBERTIN. MVSSATVS, ſcriptor grauis, diſertus & prudens, quæ prodiit cum Laurentii Pignorii ſpicilegio, Nicolai Villani caſtigationibus & notis Felicis Oſii; *Venetiis 1636 f.* Præmiſſa ſunt ob materiam conuenientem *Chronica* ROLANDINI, *Monachi Paduani*; GEARDI MAVRISII, ANTONII GODII, NICOLAI SMEREGI, cum ſupplemento ſcriptoris anonymi *de rebus geſtis in Lombardia & Marchia Taruiſina*, præſertim vero de his, quæ attinet ad Ezerinos & Albericum de Romano. *Vita Ricardi*, Comitis S. Bonifacii ac LAVRENTII de MONACIS & CORTRASII liber *de nouitatibus Paduæ & Lombardiæ*. Muſſato proximus eſt CONRADVS VECERIVS, qui *de rebus geſtis Henrici VII* libellum compoſuit *Hagenoæ 1531. 8*; qui etiam

jam cum Wittechindo, Reubero & Vrſtiſio extat. Extant quoque *rythmi de obitu Imp. Henrici VII,* quem F. Paulinus, ordinis Prædicatorii, inſtinctu Florentinorum in euchariſtia intoxicauit, quos exhibet Freherus in appendice Tomi I. *Epiſtolam Henrici VII ad Ioannem de Elnbogen*, cœnobii Waltſaſſienſis in Noricis Abatem, vt & ſententiam in Robertum, Siciliæ Regem latam in conuentu Principum Piſis 1311, habemus apud Goldaſtum parte I conſtitutionum Imperialium. De *vero mortis genere, quo Henricus VII obiit*, diſſertationem conſcripſit MARTINVS DIFENBACH, *Francofurti 1685. 4*, qua latius demonſtrauit, eum Dominicanorum ope fuiſſe necatum. Ad *Luvici IV*, ſiue Bauari hiſtoriam facit IOANNIS GEORGII HERWADI ab HOHENBURG *apologia*, qua eundem Imperatorem contra Bzouii iniurias defendit, *Monachii 1618. 4.* Quod ſcriptum eſt prudentiſſimum, cui multa adiecta ſunt diplomata, hiſtoriam Germanicam egregie illuſtrantia. Spectat huc etiam ALBERTINI MUSSATI *hiſtoria*, de qua modo dictum. Prima enim pars continet hiſtoriam Henrici VII. Altera agitur de Italicorum geſtis poſt Henricum VII, libris XII. Tertia vero eſt de Ludouico Bauaro. Rariſſima eſt NICO-

LA

LAI BURGUNDI *Hiſtoria Bauarica*, ſeu Ludouicus IV Imp. & eius vita ac res geſtæ iu Bauaria, ab A. C. 1313 vsque ad 1347; *Ingolſtadti 1636 & Amſtelodami 1645 4*; in qua multa contra attentata pontificum proponuntur. Elegans quoque eſt diſſertatio IOANNIS FRANCISCI BUDDEI, de eodem Imperatore; *Ienæ 1689, 4*. Scripta plura quæ in controuerſia eius cum Papa fuerunt agitata; continentur in Goldaſti & Schardii collectione. GÜNTHERI Schvvartzburgici *geſta* ſingulari diſcurſu Hiſtorico illuſtrauit AHASUERUS FRITSCHIUS, *Rudolpſtadti 1677, 4*. Ipſe *Carolus IV* vitæ ſuæ Hiſtoriam ſcribere cœpit; cuius tamen non niſi fragmentum inter Rerum Bohemicarum Scriptores antiquos edidit MARQVARTUS FREHERUS, atque alias ſeparatim prodiit *Helmſtadti 1585. 4*. Subiunctus eſt in opere Freheriano ſermo, poſt mortem Imp. Caroli IV a Ioanne Archiepiſcopo Pragenſi, feria IV poſt Epiphaniam habitus. CONRADUS SAMVEL SCHURTZFLEISCHIUS diſſertationem ſcripſit *quod Carolus IV non diſſipauerit Imperii patrimonium, quoad regnum Arelatenſe*, quæ inter diſſertationes eiusdem ordine eſt LXIX. De *Friderici, Brunſuicenſium & Lüneburgenſium Ducis in Romanum Imperatorem*

rem electione elegans eſt diſſertatio HENRICI MEIBOMII iunioris, *Helmſtadii 1681. 8* & in Tomo III Rerum Germanicarum.

§. XXII.

Friderici III [ſiue ſecundum alios V] *Diarium vitæ* PETRVS LAMBECIVS ex Mſto Codice Bibliothecæ Vindobonenſis, *Diario ſacro itineris Cellenſis* inſeruit, *Venetiis 1666. 4.* Præſtantiſſima vero eſt ÆNEÆ SYLVII *hiſtoria rerum Friderici III*, quam ex Mſtis optimæ notæ, cum doctiſſimis *Ioannis Henrici Bœcleri* animaduerſionibus, primus in lucem protulit *Io. Georgius Kulpiſius* eaque adiectis variis diplomatibus atque numiſmatibus extat in collectione Schilteri. Nec tamen omnem Imp. hiſtoriam abſoluit Syluius, ſed inmotibus Vngaricis ſubſtitit. In tomo tertio Rerum Germancarum Freheri extat ANTONII PANORMITÆ *oratio* Romæ in Coronatione Friderici III Imp. habita, anno 1452. IANNOTII MANETI in eadem coronatione ſub Nicolao V Pontifice facta, ad vtrumque *oratio gratulatoria. Narratio de Friderici Imp. in Italiam profectione votiua anno 1468* ſuſcepta, e libro ceremoniali deſumta. Vt taceam alia ſcripta, quæ in Tomo II collectionis Freherianæ continentur quo

quorum perplura ſunt, eademque cum aliis ſuperius iamdum adducta. In Syntagmate rerum Germanicarum ſequentia publicare promiſit Lambecius. *Concordata de beneficiis eccleſiaſticis Germaniae inter Papam Nicolaum V & Imp. Fridericum V*, IOANNIS de ZREDNA *epiſtolas hiſtoricas de rebus geſtis inter Imperatorem Fridericum V & Regnum Hungariae ab A. C 1145 ad 1451 collectas & notis marginalibus illuſtratas a Paulo Iwanich.* NICOLAI LANGMANNI de FALCKENSTEIN *hiſtoriam deſponſationis & coronationis Imp. Friderici V & coniugis ipſius Eleonorae*, ex Codice ipſius manu deſcripto, cum adnotationibus neceſſariis COLUMBANI de PONCUMULO. Deſcriptionem *introitus Imp. Friderici in urbem Romam. Acta publica rebellionis Auſtriacorum contra Imperatorem. Anonymi cuiuspam coaetanei deſcriptionem exequiarum Im. Friderici.* BERNHARDI BERGERI *orationem in funere Friderici ad Maximilianum I publice* habitam, atque *Diplomata varia* hactenus inedita ad Imp. Friderici vitam & hiſtoriam facientia. Hæc ſingula ex codicibus Mstis Bibliothecæ Vindobonenſis eruere promiſit Lambecius.

§. XXIII.

Ad hiſtoriam & vitam Maximiliani I

plures Codices manuſcriptos in Bibliotheca Cæſarea extare enarrat Lambecius. Primo quidem recenſet *Volumen ingens Germanicum chartaceum* ; quo continetur *Hiſtoria Vitæ & rerum geſtarum Imp. Friderici V , & Imp. Maximiliani I, ab ipſo Imp. Maximiliano I* proſa oratione compoſita a Secretario eius Marco Treitszſauervvein ab Ehrentreitz pure deſcripta , atque elegantiſſimis imaginibus ligno inſculptis exornata. Titulus autem operis eſt *der weiſe König*. Sunt præterea *aduerſaria hiſtoriæ rythmicæ variorum periculorum Imp. Maximiliani I* , vernaculo ſermone *der Theuerdanck* , cuius auctorem Placcius facit MELCHIOREM PFINTZINGUM , atque alias prodiit *Noribergæ 1517 f.* Volumen germanicum chartaceum ; quo continentur varia antiqua monumenta ad Imp. Maximiliani I vitam & res geſtas pertinentia , & ex ipſius dictantis ore a Secretario eius anno 1512 excepta. *Deſcriptio triumphi, quem Imp. Maximilianus I in honorem & memoriam rerum a ſe geſtarum habere voluit ; Deſcriptio arcus triumphalis, quem Imp. Maximilianus I erigi voluit memoriam ſuæ pietatis & ſacrarum ſuarum fundationum, Catalogus cognatorum & affinum Imp. Maximiliani I ſecundum gradus cognationis & affinitatis , Catalogus Imperatorum & Regum, qui bene im-*

ne imperarunt, *Catologus vrbium*, *quas Imperator Maximilianus I in Belgio*, *Burgundia*, *Auſtria inferiori*, *Italia*, *Goricia*, *&* *Carniola armis expugnauit*. *Catalogus exercitiorum aliquot equeſtrium Imp. Maximiliani I. Catalogus librorum ab ipſo Imp. Maximiliano I compoſitorum*, *Imp. Maximiliani I inuenta quaedam artis gladiatoriae*, *adnotationes quaedam miſcellaneae Maximiliani I*, quas ex ore dictantis excepit eius Secretarius. Alia in eadem bibliotheca continentur volumina, inter quae Maximiliani I opuſcula quatuor, quorum tituli germanice *Gärtnerey*, *Falcknerey*, *Jägerey*, *Kellerey*. Volumen, in quo continetur *deſcriptio omnium lacuum*, *piſcinarum & amnium piſciferorum in comitatibus Teriolenſi & Goricenſi*, iuſſu Imp. Maximiliani I compoſita a WOLFGANGO HOHENLEITERO. Volumen, in quo continentur *variae antiquae tabulae Topographicae ad res geſtas Imp. Maximiliani I* pertinentes. Vt taceamus frequentia ſcripta, quae in Tomo primo & ſecundo collectionis Freherianae continentur. Praeter haec in Bilibaldi Pirckheimeri Operibus Hiſtorico Politicis a Melchiore Goldaſto editis reperiuntur. *Currus Triumphalis*, *honori & memoriae immortali D. Maximiliani I Imp. dicatus*, inuentus a BILIBALDO PIRCKHEIMERO, cum figuris

æneis Alberti Dureri. IOANNIS STABII *porta Honoris*, eidem Imp. dicata, cum ſignis æneis Düreri. *Maximiliani I Mauſoleum* Oeniponte in aula noua conſpiciendum. Præter hos extant IVSTINI GOBLERI *Chronica actorum bellicorum Maximiliani I contra Venetos & Gallos* ab Erico, Duce Brunſcicenſi & Lineburgenſi, vt & Caſimiro, Margione Brandenburgico geſtorum, germanice ſcripta *Francofurti 1566. f.* HERMOLAI BARBARI *oratio*, qua Maximiliano nomine Reip. Venetæ de electione in Regem Romanorum gratulatur.

§. XXIV.

Potiores ſcriptores hiſtoriæ Caroli V jam recenſuit B. Sagittarius in introductione ſua ad Hiſtoriam eccleſiaſticam cap. XXIV §. 53 ex quo præcipuos ſumere licebit. *Caroli V genealogiam* ſcripſit IOANNES GVILIELMVS RVCHIVS, *Antwerpiæ 1536. 8.* HIERONYMUS GEBVILERVS *epitomen* dedit *de exortu Caroli V & omnium archiducum Auſtriæ ac Comitum Habsburgicorum, Louanii 1650. 8.* CYPRIANVS BENEDICTVS, ſiue BENETVS *de Caroli, Hiſpaniarum Regis præeminentia & clementia* ſcripſit, *Romæ 1518. 4.* De *electione & coronatione Caroli V*, Imp. ſcripta pleraque collegit CHRI-

CHRISTIANVS EBERHARDVS, *Helmſtadti 1660. 4* quæ talia ſunt. PHILIPPI MELANCHTHONIS *de electione & coronatione Caroli V* hiſtoria, primum ſub nomine Georgii Sabini edita. De eiusdem Caroli electione excerpta ex Franc. Guiciardini Hiſtor. lib. XIII ARNOLDI FERRONI *de rebus geſtis Gallorum libri V*, ERASMI ROTERODAMI *lib XIII ep. IV* Iacobi Auguſti Thuani Hiſt. lib. I Polydori Vergilii Anglicanæ Hiſtoriæ libro XXVII, *R. Romani Imperii Principum Reſcriptum datum legato Romoni Pontificis. Caroli Hiſpaniarum R gis mandatum procuratorium ſuper ſua electione acceptanda & præſtanda. Electi Romanorum Regis pacta, ſeu articuli obligationis præſtandæ Principibus electoribus Francofurti in electione, & Aquisgrani in coronatione. Caroli V iuramentum poſt impoſitam ſibi coronam regiam Aquisgranenſem. Collatio Caroli V, & Franciſci, Galliarum Regis, ex Franciſci Belcarii Commentariorum Rerum Gallicarum libro XVI. De abdicatione Imperii a Carolo V facta, eius in Hiſpaniam diſceſſu, obitu & virtutibus* e Thuani Hiſt. lib. XVI & XXI. *Imperatorum Auſtriacorum a Friderico III & Regum ex eadem familia Hiſpanorum ſeries.* Scripta quæ ad hiſtoriam Caroli V faciunt, & in tomo tertio collectionis Freherianæ continentur,

ſupra iam recenſuimus. Separatim alias extat HARTMANNI MAVRI tractatus *de coronatione Caroli V apud Aquisgranum, Baſileæ 1574. 8* & in Schardii tomo ſecundo, in quo etiam continetur HIERONYMI BALBI *de futuris Caroli V ſucceſſibus vaticinium.* NICOLAI MAMERANI *hiſtoria electionis Caroli V, Coloniæ 1550.* Elegans ſcriptum eſt HENRICI CORNELII AGRIPPÆ, *de duplici coronatione Caroli V ad Bononiam 1530, Baſileæ 1574. 8* Hi ſunt Scriptores qui eiusdem electionem atque coronationem deſcribunt, alii vel ad vitam, vel ad facta Imperatoris ſpecialia faciunt. GVILIELMVS ZENOCARVS libris V de *vita, Republica & moribus Caroli V* egit *Gandaui 1560. f. Antwerpiæ 1594. f.* VALENTINUS ROTHMARUS libros III edidit *Carolidum de vita & rebus geſtis Caroli V*, cum epitome ortus & initiis inclytæ gentis Auſtriadum, *Ingolſtadii 1582. 8.* Prolixum eſt ſcriptum PRVDENTII de SANDOVAL de *hiſtoria & vita Caroli V, Pampelonæ 1636. f.* Italico ſermone eandem vitam deſcripſit ALPHONSVS VLLOA, Venetiis 1566 4. Hiſpanice IOANNES ANTONIUS FIGUEROA, *Bruxellis 1656. 4.* IOANNES VOERTHVSIUS edidit *Phœnicem*, ſine *apotheoſin conſecrationis Auguſtæ*, qua Caroli M & Ca-

& Caroli res geſtas, conſilia & euentus deſciibit, *Antwerpiæ 1562. 4.* IOANNIS MICHAELIS BEUTHERI extat *oratio de rebus a Carolo V geſtis, Antwerpi 1555. 8.* Sic etiam DAVIDIS CHYTRÆI extat *oratio*, quæ prima eſt inter eius orationes coniunctim *Hanouiæ 1614. 4* editas, quam poſtea IOANNES GEORGIVS GODELMANNUS germanice vertit atque edidit, *Lipſiæ 1595. 8.* *Animam hiſtoriæ huius temporis* in iuncto Caroli V & Ferdinandi I Imperio repræſentauit IOANNES MASENIUS, *Coloniæ 1672. 4*, quæ tamen a veritate hiſtorica multum aberat. Præcipuus vero hiſtoricorum de geſtis Caroli V eſt IOANNES SLEIDANVS, cuius *Commentarii de ſtatu religionis & Reipublicæ ſub Carolo V* in omnium verſantur manibus. Neque ignotum etiam eſt, quam graui cum iudicio, ordine accurataque fide hiſtoria hæc ſit perſcripta, ita vt ob veritatem quam ſcripſit, multis ſæpe periculis viuens adhuc eſſet expoſitus. Optima eſt editio, quam ipſe Sleidanus edidit *Argentorati 1555. 8*, quam poſtea perplures fuerunt inſecutæ. Plures Sleidanum continuarunt, quos adlegauit B. Sagittarius in introductione ad Hiſtoriam eccleſiaſticam cap. XII §. XII de quibus etiam de ſuo loco dicemus. Oppoſue-

poſuerunt quidem pontificii Sleidano LAURENTIUM SURIUM, qui Commentarium breuem edidit *rerum in orbe geſtarum, Coloniæ 1574. 8* ſed auctoris mordacitatem in Proteſtantes & dubiam in hiſtoricis fidem plures iamdum notarunt. Alias res geſtas Caroli V alii deſcripſerunt. CÆSAR GROLIERIVS quidem *Hiſtoriam expugnatæ & direptæ vrbis Romæ per exercitium Caroli V* ſcripſit, *Pariſiis 1537. 4.* Alius *commentarius anonymi Captæ vrbis, ductore Carolo Borbonio ad exquiſitum modum confectus* prodiit *Pariſiis 1538. 4. Direpto expugnatae vrbis Romae ab exercitu Caroli V a* CASPARE BARTHIO ex italico latine eſt verſa *Cygneae 1660. 8.* Multa etiam ſingularia quæ ad hanc hiſtoriam faciunt, reperimus in ADAMI REISNERI *vita & rebus geſtis Georgii & Caſparis Frundsbergiorum 1568. 4.* NICOLAVS VILLAGAGNONIVS *de expeditione Caroli V in Africam ad Algieram*, ſcripſit *Noribergae 1542. 4. De Aphrodiſio a Carolo expugnato*, egit IOANNES CHRISTOPHORVS CALVETVS STELLA, in Schardii Tomo I. Ad hiſtoriam belli Germanici facit LVDOVICVS ab AVILA in commentariis ſuis, quos in ſermonem latinum tranſtulit GVILIELMVS MALINÆVS, *Antwerpiae 1550. 8* germanice vertit Philippus Magnus, Dux Brun-

Brunſcuicenſis. Hic autem licet Catholicus, ingenuus tamen eſt in narratione ſua. *HIERONYMUS FALETTUS* bellum hoc italice ſcripſit, *Venetiis* 1572. 8. *LAMBERTUS HORTENSIUS* de eodem egit libris XII, *Baſileæ* 1560. 4 & græce *IOACHIMUS CAMERARIUS*, quem *Simo Stenius* latine vertit, in Tomo tertio Scriptorum Freheri. Sic etiam *NICOLAUS MAMERANUS diarium* edidit *belli Germanici*, quod latine extat in appendice Saxoniæ Chytræi & germanice apud Horrlederum. Præcipuum vero momentum præbent *FRIDERICI HORTLEDERI Handlungen und Auſſchreiben wegen des Teutſchen Krieges, Francofurti* 1618. *f & 1645.* *f duobus tomis, in quibus vel ſcritpa aliqua minora, vel acta publica continentur, quæ hinc inde in negotio belli Germanici fuerunt transmiſſa, ſingula ex archiuis deſumta. Pleriſque ſcriptis inſerta eſt breuis hiſtoria ad noſcendas circumſtantias perutilis *Hiſtoriam abdicationis & renuntiationis Imperii & Regnorum a Carolo V facta anno* 1553 *& electionem Ferdinandi, rerumque quæ inter vtrumque geſta*, deſcripſit *WILHELMVS GODELEVÆVS*, atque extat in Schardii Tomo II. *Laudationem funebrem Caroli* habemus ab anonymo, *IOANNE ANTONIO VIPERANO* &

GEOR-

GEORGIO EDERO deſcriptam : priores duo extant in tomo III Freheriano. *Immortalitatem Caroli V* expoſuit *ANATOLIVS des BARRES Louanii 1559. 12* atque italice per Ludouicum Dulcem ; quæ nihil aliud eſt quam laudatio funebris, in qua potiora facta Caroli deſcribuntur. De *morte Caroli V euangelica* diſſertatio extat *IOANNIS FRIDERICI MAYERI, Lipſiæ 1682. 4.*

§. XXIV.

In Ferdinandi I hiſtoria habemus primum *IOANNIS IESSENI progeniem Auguſtam diuorum Imperatorum Ferdinandi I & Maximiliani II, Francofurti 1613. 8. WOLFGANGI LATZII extat deſcriptio rei contra Turcas geſtæ anno 1556.* cum adiecta chronographia, atque extat in Schardii Tomo II. *BASILII IOANNIS HEROLDI* habemus *rerum contra Turcas, auſpiciis Ferdinandi Auſtriaci, Cæſaris Interamnenſi Pannonia geſtarum Hiſtoriolam, Hanouiæ 1613. 8.* Idem Heroldus quoque in obitum Ferdinandi orationem ſcripſit *Francofurti 1564. 4.* De *Maximiliani II vita & rebus geſtis* aliquot Scriptores extant in Schardii Tomo tertio De *maiorum Maximiliani II monumentis* egit *IACOBVS MENLIVS Auguſtæ 1597. 4. IOANNES VOERTHVSIVS in academia veteris*

& no-

& noua legatione, Maximiliano II recens inaugurato doctorum hominum nomine gratulatur. Prolixum *panegyricum* Imperatori dicauit BASILIVS IOANNES HEROLDVS. Eidem Imperatori *de electione* gratulatus eſt CHRISTOPHORUS BRUNO, *Monachii 1566. 12.* ADAMI & NICOLAI fratrum HEYDENORVM extat ſcriptum *de electione & inauguratione Maximiliani II*, in Tomo III Schardii. IOANNES IUSTINIANUS *commentariolum memorabilem* ſcripſit facti *Maximiliani, Bohemiæ Regis, Baſileæ 1554, 12.* ALPHONSI VLLOÆ habemus *Beſcreibung des lezten Vngariſchen Zugs Kayſer Maximiliani II wieder Solimannum, Baſel 1568. 4.* IOANNIS HANTSCHMANNI libri duo extant *de ſymbolo Maximiliani, Dominus prouidebit, Lipſiæ 1591. 4.* CHRISTOPHORVS VARSEVICIUS orationem ſcripſit *in mortem Maximiliani.* Ad *Rudolphi II hiſtoriam* facit ABRAHAMI HOSMANNI *Klag und Trauer-Schreiben wegen tödlichen Abtrits Röm. Kayſ. Mai. Rudolphi II, Leipzig 1612. 4.* CHRISTOPHORI VARSEVICII *oratio de Chriſtianorum contra Turcas victoria in Slauonia ad Siſſeck parta* habetur in orationibus doctorum virorum. *Codicem epiſtolarum Rudolphi II* in ſyntagmate rerum Germanicarum

rum promiſit Lambecius. Ad *hiſtoriam Matthiæ*, Imperatoris facit IESSENII *coronatio Matthiæ, R. Vngariæ*, *Hamburgi 1609. 4.* & *Actus electionis & coronationis Matthiæ atque Annæ Auſtriacæ*, *Francofurti 1612, 4.* Ad *Ferdinandi II* hiſtoriam facit MATTHIÆ HENNICHENI *gratulatio de inauguratione Ferdinandi II in Regem Romanorum*, *Gracii 1619. 4.* Præſtant tamen IOANNIS FRIDERICI MATENESII libri tres *de parentela, electione & coronatione in Regem Romanorum Ferdinandi II*, *Coloniæ 1612. 4.* Totam Ferdinandi vitam quatuor libris complecti voluit GVILIELMVS LAMORMAINVS ; ex quibus quartus ſiue vltimus tantum prodiit *de virtutibus Ferdinandi II*, *Coloniæ 1639 12.* quem Ioannes Iacobus Curtius ſtatim germanice vertit *Viennæ 1639. 4.* *Vitam* vero *Ferdinandi* ſcripſit FRANCISCVS de SMIDT ; *Antwerpiæ 1638. 4.* belgice. De illis vero ; qui ad hiſtoriam belli tricennalis Germanici faciunt ; infra dicemus ; vbi de Scriptoribus rerum Germanicarum ſermo erit. *Parentalis oratio in exequiis Ferdinandi II* extat IOANNIS HAFFENEKERI, *Lincii 1637. 4.* AVGVSTINI MASCARDI ; *Romæ 1637. 4.* FERDINANDI MONTEGNANÆ ; *Gracii 1636. 4.* & SYLVESTRI PETRA SANCTA ; *Romæ 1637. 4.*

ZVI-

ZOISLAUS BERCKA de laudibus Ferdinandi II & III ſcripſit, *Olomucii 1629. 4 ALEXANDRI MACCHI diſcurſus* extat Mediolani dictus *pro electione in Regem Romanorum Ferdinandi III, Mediolani 1637. 4. EBERHARDI WASSENBERGII panegyricus ad Ferdinandum III de bello & pace, Coloniæ 1647. 12. ARNOLDI ANGELI oratio in obitum Ferdinandi III, Pragæ 1657. 4 MAXIMILIANI REICHENBERGERI orationes in Ferdinandi III & IV obitum, Pragæ 1657. 4.*

§. XXVI.

Ad hiſtoriam *Leopoldi* Auguſti facit *IOANNIS REINHARDI MARXII typus gloriæ Auſtriacæ a Rudolpho Habsburgico ad Leopoldum, cum electione eiusdem Imperatorem Romanum, Francofurti 1658. 4* & *PETRI a STREITHAGIN electio Leopoldi Auſtriaci in Imperatorem Romanorum,* virtutes eius heroicas adumbrans, *Francofurti 1658. 4.* Potiores autem vitæ partes aliquot voluminibus italico ſermone expoſuit *GALEAZZUS GUALDUS. Hiſtoriam electionis & coronationis Ioſephi in Regem Romanorum* præter *CASSANDRUM THUCELIUM* accurate deſcripſit *SIGISMUNDUS SCHMIDT in dem eröffneten teutſchen Audientz-Saal, Francofurti 1697. 4,* in quo tractatu ſingula plenius exponuntur.

CAPVT OCTAVVM

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIÆ VNIVERSALIS.

§. I. *Qui iam deſcriptoribus Hiſtoriæ vniuerſalis egerint.* §. II. *Scriptores hiſtoriæ vniuerſalis Græci.* §. III. *Scriptores Hiſtoriæ vniuerſalis ex primis ſex ſeculis.* §. IV. *Scriptores hiſtoriæ vniuerſæ a ſeculo ſeptimo vsque ad nonum.* §. V. *Scriptores Hiſtoriæ vniuerſalis a ſeculo decimo vsque ad duodecimum.* §. VI. *Scriptores hiſtoriæ vniuerſalis ſeculi duodecimi & decimi tertii.* §. VII. *Scriptores ſeculi decimi quarti.* §. VIII. *Scriptores ſeculi decimi quinti.* §. IX. *Scriptores ſeculi decimi ſexti.* §. X. *Scriptores ſeculi decimi ſeptimi.* §. XI. *Scriptores qui Hiſtoriam vniuerſalem ſui tantum temporis ſcripſerunt.* §. XII. *Theatrum & Diarium Europæum atque relationes Hiſtoricæ.* §. XIII. *Scriptores qui compendia Hiſtoriæ vniuerſalis ſcripſerunt.*

 §. I. Plu-

§. I.

PLures ſunt ſcriptores Hiſtoriæ vniuerſalis, qui vel hiſtoriam ab O. C ad ſua vsque tempora, vel res in toto terrarum orbe geſtas, vel compendia ſcripſerunt. ingularem de iisdem *vniuerſalis Hiſtoriæ criptoribus notitiam* ſcripſit IOANNES ANDREAS BOSIUS, vir olim celeberrimus, uæ in manuſcripto diutius latuit, donec viro πολυμαθεςάτῳ, GEORGIO SCHUBARTO, iteratæ editioni tractatus Boſiani le prudentia & eloquentia ciuili comparanda adiiceretur *Ienæ 1698. 4.* Hæc autem notitia accuratiſſima eſt, qua non ſolum recenſentur Scriptores, ſed etiam de iorum vita & ſcriptis magno cum iudicio gitur. B. SAGITTARIUS in introductionis ſuæ ad Hiſtoriam eccleſiaſticam caitibus prioribus totus eſt in percenſenis Scriptoribus hiſtoriæ vniuerſalis, bene onſcius, hos fundamentum præbere ad pleiorem hiſtoriæ eccleſiaſticæ notitiam. Hunc etiam in multis ſecuti ſumus. Potiores ſunt ſcriptores Hiſtoriæ vniuerſalis, uos recenſet MARTINUS ZEILERUS *e Hiſtoricis, Chronologis & Geographis celeribus, Vlmæ 1652. 8* pars III *1655. 8* cum

M 2 man-

mantiſſa ad catalogum Hiſtoricorum, *Vlmæ 1660. 8.* Hæc autem non niſi breuis eſt, recenſio Scriptorum, quæ rara quidem eſt, nec tamen accurata, immo cum vix notatu quidpiam dignum referat, parum vtilis.

§ II.

Hiſtoriam vniuerſalem ab orbe condito gentiles non ſcripſerunt, cum primam mundi originem ignorarent. Chriſtianos tamen habemus, Iudæos & Muhamedanos. Primus hiſtoriæ vniuerſalis Scriptor eſt ſeculi ſecundi IVLIVS AFRICANVS, qui teſte Iſidoro, breuem temporum ſeriem per generationem & regina primus ſimplici hiſtoriæ ſtylo elicuit. Quinque libros ſcripſit chronographiæ, eosque vsque ad Antonini tempora deduxit, qui tamen non ſuperſunt amplius, niſi quæ fragmenta ex Euſebii chronico atque Syncelli chronographia haurimus. Secutus illum ſeculo quarto fuit EVSEBIVS Pamphili, qui *canones chronicos*, ſiue hiſtoriam omnimodam libris duobus concinnauit in qua ex ipſa Moſis hiſtoria demonſtrare voluit, illum omnibus gentilium diis eſſe antiquiorem. Hoc opus græce integrum non extat, fragmenta tamen eius ex Georgio Syncello atque Cedreno collegit a

diges

digeſſit *Ioſephus Iuſtus Scaliger, in theſauro* ſuo *temporum*, qui ex iterata eademque longe auctiore editione prodiit *Amſtelodami* 1658. §. Hoc chronicon in latinum ſermonem tranſtulit HIERONYMVS, cui tamen multa fuerunt inſerta. Ab Adamo autem vsque ad initia ſeculi quarti perductum eſt, licet eum in vniuerſo contextu temporum, atque expoſitione ſingularium partium peccaſſe notarint iam ipſi veteres: plerumque tamen Graeci ſcriptores Euſebium fuerunt ſecuti. Seculo quinto *chronologiam* ſcripſerunt duo Aegyptiorum monachi, ANIANUS & PANODORUS, de quibus tamen non niſi fragmenta, a Syncello potiſſimum ſeruata, extant. Incerta ætas eſt *Faſtorum Siculorum*, quos ſeculo decimo ſexto in Siciliæ quadam bibliotheca repertos ab Hieronymo Surita, edidit poſtea ex apographo bibliothecæ Auguſtanæ MATTHÆVS RADERVS, *Monachi* 1615. 4. Partem quoque eius, quæ ad conſules Romanos ſpectat, edidit FRIDERICVS SYLBURGIVS ſub initium tomi tertii Scriptorum hiſtoriæ Romanæ, atque Andreas Schotus in tomo II annalium Pighii, cuius poſtea nouam editionem promiſit Labbeus. Dicitur alias quoque *Chronicon Alexandrinum*, a nomine Petri Alexandrini

 præ-

præfationi ſubſcripto. Seculi octaui eſt GEORGIVS SYNCELLVS, ſeculi noni NICEPHORVS CONSTANTINOPOLITANVS, ſeculi vndecimi GEORGIUS CEDRENVS, ſeculi duodecimi IOANNES ZONARAS & MICHAEL GLYCAS, de quibus ſuperius iamdum inter ſcriptores hiſtoriæ Byzantinæ fuit dictum. Extant quoque inediti hiſtoriæ vniuerſalis ſcriptores IOANNES ANTIOCHENSIS, GEORGIUS HAMARTOLVS, IOANNES SICVLVS & SETHVS MAGISTER; de quibus Boſius in notitia ſua §. XXXII & ſeqq. egit.

§. III.

Inter latinos, præter Hieronymum primo loco nominari meretur PAVLVS OROSIVS, qui *aduerſus paganos* libros octo conſcipſit, quos cum obſeruationibus edidit *Andreas Schottus Moguntiæ 1615. 8.* Inſcribuntur alias *Orcheſtramundi*, ſeu *Ormeſta*, quaſi orbis mœſtitia. Auguſtini hortatu libros hoſce ſcripſit Oroſius, contra cauillationes gentilium, qui omnia orbis Romani mala, gentium potiſſimum barbararum irruptionem, ſacrorum mutationi adſcribebant. Hinc ab orbe condito ad ſua vsque tempora hiſtoriam percenſet, non niſi bella, calamitates, diſſidia fuiſſe demon-

demonſtans; Breuis eſt ſcriptor & quandoque vtilis, ſed nimium credulus, qui etiam in temporum rationibus nonnunquam fallitur. Sequitur eundem PROSPER AQVITANICVS, qui *Chronicon* ab Adamo, vsque ad obitum Valentiniani, & captam a Genſerico vrbem Romam ſcripſit, cuius tamen non niſi pſterior pars, quæ ad continuandum Hieronymum facit, habetur, idque ſine dubio hanc ob rationem, quod in prioribus Hieronymum exſcripſerat. Quare etiam chronico Hieronymi ſæpius adnexum videtur. Auctior eſt editio, quem Henricus Caniſius tomo primo lectionum antiquarum inſeruit. Hoc Proſperi Chronicon ab anno CCCCLV ad IↃLXXXI continuauit Marius Auenticenſis, quem Andreas du Cheſnius tomo primo Hiſtoriæ Francicæ inſeruit. Demum continuauit MATTHIAS PALMERIVS, vsque ad 1481. Quinti ſeculi ſcriptor eſt FLAVIVS LVCIVS DEXTER, cuius *chronicon* prolixis commentariis illuſtrauit *Franciſcus Biuarius* & duplici commentario communiuit, *Lugduni 1627. f.* Hoc chronicon ab origine orbis vsque ad annum CCCCXL eſt perductum. Multa de hoc chronico eſt controuerſia an genuinum ſit, cum de eo, diuiſis inter ſe ſententiis

pugnent eruditi. Certum eſt, multa hoc continere in congrua, & quæ Catholicorum fabulas potius ſapiunt, quam veritatem: quæ tamen partim defendere, originesque ſanctorum & martyrum hiſtoriam docere conatur Biuarius, partim ab aliis interpolata cenſet. Potius videtur, genuinum quidem eſſe, ſed multis in locis, diuerſis etiam temporibus interpolatum: id quod rationi temporum mediæ ætatis haud eſt abſonum. Seculi ſexti eſt MARCVS AVRELIVS CASSIODORVS, cuius *chronicon* extat ab O. C vsque ad annum Chriſti IↃXIX, a Ioanne Cochlæo primum, poſt a Ioanne Cuſpiniano, cum prolixis commentariis, *Baſileæ 1553. f* dainde ſæpius cum reliquis Cuſpiniani operibus Lutetiæ, Francofurti apud Wæchelios ac Geneuæ editum. Licet farraginis huius potiorem partem faciant res Romanorum, quæ tamen non vbique accurate declarantur. Iuſtiniani temporibus floruit VICTOR TVNVNENSIS, qui teſte Iſidoro, a principio mundi ad primum imperii Iuſtini iunioris annum breuem bellicarum, eccleſiaſticarumque rerum hiſtoriam publicauit, ſed eius tantum pars illa, quæ Proſperum continuat, adhuc ſupereſt, ab Henrico Caniſio edita *Ingolſtadti 1600. 4*, atque emendatius

tius a Scaligero in Theſauro temporum. Continuauit illud IOANNES abbas BICLARIENSIS. IORNANDES quoque in ſuo *de regnorum ac temporum ſucceſſione* tactatu, plerarumque illuſtriorum gentium res, ab Adamo vsque ad annum 550 breuiter deſcripſit. Hoc ſcriptum cum notis & variis lectionibus, Iſidori Gothicis, & Pauli Warnefridi Longobardicis edidit *Fridericus Lindenbrogius*, *Hamburgi* 1611. 4 & poſt eum *Bonauentura Vulcanius* inter ſcriptores rerum Gothicarum & Longobardicarum, *Lugduni* 1617. 4.

§. IV.

Sub initium ſeculi ſeptimi ISIDORI *chronicon* ab O. C. vsque ad annum Chriſti 626 nimia breuitate collectum, emendatum atque ſcholiis illuſtratum edidit *Garſias Louyſa*, *Antvverpiæ* 1602 & *Coloniæ* 1617. *f.* Octauo ſeculo BEDA librum *de ſex mundi ætatibus*, vsque ad annum IX Leonis Iſauri ſcripſit, quem poſtea vsque ad annum 1537 continuauit *Ioannes Bronchorſtus*, atque ab induſtria commendatur. FRECULPHUS, noni ſeculi ſcriptor *chronicon bipartitum* ſcripſit, ab ortu rerum vsque ad Francorum atque Longobardorum in Gallia & Italia regna, & finem ſeculi ſexti. Prodiit *Heidelbergæ* apud Hieronymum Commeli-

melinum 1597. 8 atque rarum eſt. Profanam non ſolum ſed etiam eccleſiaſticam hiſtoriam deſcribit, neque tamen in omnibus fide eſt dignus. Eiusdem ſeculi eſt ADO Viennenſis, qui *Chronicon* ſuum per ſex mundi ætates digeſſit, ab orbe condito vsque ad annum 873, quod deinde alius vsque ad 873 continuauit, multis tamen mendis tum chronicon, tum editiones eius ſcatent. Extant illud cum Gregorio Turonenſi editum cura *Guilielmi Morelli*, *Pariſiis* 1512. & 1567. *f.*

§. V.

Ex ſeculo decimo habemus RHEGINONEM Prumienſem, qui duos *Chronicorum* libros ſcripſit a C. N vsque annum 906, quem alius deinde vsque ad 967 continuauit, quem Voſſius ROMERIVM fuiſſe putat. Editum hoc chronicon *Moguntiæ 1521. f* atque in collectione Piſtorii extat. Idem ſeculum tulit LIUTHPRANDVM, Ticinenſem, cuius *opera* quæ extant, coniunctim fuerunt edita cum notis Hieronymi de la Higuera & Laurentii Ramiretz de Prado, *Antwerpiæ* ex Plantiniana *1640. f.* Continentur autem in iisdem *Sex libri Hiſtoriarum de rebus ſuo tempore in Europa geſtis*, quam antapodaſin inſcripſit, atque ab Arnulphi Imperatoris temporibus

incipiunt, in deſcriptione prioris legationis Conſtantinopolitanæ deſinunt. His autem tyrannidem Berengarii II, a quo epiſcopatu deiectus fuerat, viuis coloribus depingit: immo etiam Romanorum Pontificum vitia atque flagitia minime diſſimulat. In eodem tomo extat quoque eiusdem *Chronicon*, quod ab anno 606 ad 960 progreditur; omnibus tamen eſt ſuppoſititium. *Legationis hiſtoriam ab Ottonibus Impp. ad Nicephorum*, ſeorſim exaratam a Chriſtophoro Brovvero, ex codice bibliothecæ Treuirenſis deſcriptam, ſeparatim in lucem edidit *Henricus Caniſius, Ingolſtadti 1600. 4.* Seculo vndecimo GLABER RADVLPHVS *Hiſtoriam* libris V comprehenſam euulgauit, ab anno 690 vsque ad 1045. Edidit illam *Petrus Pithœus, Francofurti 1596. 8.* atque in corpore Scriptorum Hiſtoriæ Francicorum *Andreas & Franciscus du Cheſne*: ſed vix eſt, vt ex eo aliquid ad vſum capiamus. HERMANNVS CONTRACTVS *Chronicon* ſcripſit *de VI. mundi ætatibus* vsque ad annum 1050; ſed Bedam potiſſimum eſt ſecutus. Edidit illud Piſtorius atque plenius adhuc Vrſiſius, & tomo primo lectiones antiquæ Henricus Caniſius. Continuauit BERTHOLDVS, Conſtantienſis vsque ad annum 1066, atque hiſtoriam ſui tempo-

temporis condidit ab anno 1053 vſque ad 1100. Hiſtiſtoriam Henrici IV potiſſimum deſcribit, ſed papæ nimium indulget. Eiusdem commatis eſt LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, qui *Chronicon* ſcripſit, in quo ab exordio mundi incipit, vsque ad annum 1177, ſed breuisſimis hiſtoriam antiquiorem abſoluit, plenius rem narrat a ſeculo octauo. Extat illud cum Piſtorio atque Schardio. Ex eodem ſeculo MARIANVS SCOTVS *Chronicon* ſcripſit, ab initio mundi vsque ad 1078, in quo tamen potisſimum ſequitur Casſiodorum atque Euſebium. Continuauit eundem DODECHINVS abbas, vsque ad annum 1200: vtrique habentur in Tomo primo Piſtorii.

§. VI.

Seculi duodecimi eſt SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, qui Chronographiam ab A. C. 379 ad 1113 perduxit. Hic licet non adeo accuratus ſit in chronologicis, in ipſa tamen hiſtoria probus, immo etiam cauſam Henrici IV ſtrenue egit. Ipſe quidem Sigebertus Euſebianum Chronicon, atque tripartita hiſtoriam excepit, plures quoque eundem continuarunt. ANSELMVS quidem, Gemblacenſis Abbas illud præſtitit ab anno 1113 ad 1133. Al-
ter

ter eſt *anonymus* quidam, qui in collectione Piſtoriana dicitur ROBERTUS de MONTE & tertius ROBERTUS de THORIGNEIO, cuius *Chronicon* extat ſtudio Lucæ Dachenii editum *Pariſiis* 1651. 4 cum aliis. Circa eadem tempora HVGO FLORIACENSIS *Chronicon* ſcripſit, quod a Nino incipit, in anno 855. finit. Edidit illud cum notis *Bernhardus Rottendorffus*, *Monaſterii* 1637. 4. De Ottonis Friſingenſis Chronicorum libris octo ſupra iamdum dictum fuit in collectione Vrſtiſii. Eiusdem æui eſt GOTEFRIDUS VITERBIENSIS, cuius *Pantheon* ab exordio mundi, vsque ad annum 1186. perductum, multis fabulis atque ineptiis intermixtum eſt, atque in Tomo II. Scriptorum Piſtorii extat. CONRADUS a LICHTENAU, dictus *Vrſpergenſis*, *chronicon* conſcripſit a Belo vsque ad annum 1229. Primam huius Chronici editionem iuſſi Maximiliani Imp. procurauit *Conradus Peutingerus*, anno 1513. Quæ editio cum admodum eſſet deprauata, Philippus Melanchthon auctor fuit Cratoni Mylio, Argentoratenſi typographo, vt idem chronicon, iterata editione, maiori tamen adhibita cura, recuderet. Vſus ad hanc rem Mylius fuit *Caſpare Hedione*, qui Conradum non elimatius tantum edi curauit, ſed etiam rerum memorabilium paralipomena adiecit a Friderico II

ad

ad Carolum V. vſque, & annum 1537. perducta. Quo ipſo anno & hæc editio emendata atque locupletata prodiit *Argentorati*, adiectis iconibus Imperatorum atque Principum, pro more illorum temporum in lignum inciſis. Iterum hæc editio eodem caractere *Baſileæ* recuſa eſt per Petrum Pernam 1569, reiectis iconibus, addito vero indice admodum vtili, quæ editio mihi optima videtur. Tandem quoque *Argentorati* recuſa fuit *1609.* per Latzarum Zetznerum. Adiecta huic editioni ad marginem ſunt ſummaria quædam & breues notæ, quas *Antonio Coruino* tribuit Meibomius de Irmenſula cap. V. Multa olim opinio fuit, Vrſpergenſem hoc Chronicon ſuum pro more fere illorum temporum, ex aliis conſarcinaſſe, quæ tam generalis olim erat, vt nemo fere de eodem dubitaret. Contrarium tamen ipſis Vrſpergenſis verbis latius probaui, obſ. XX. Tom. I. Halenſium, illum non eſſe aliorum Chronicorum compilatorem, ſed continuatorem. Et quidem continuandum ſibi ſumſiſſe monachi Schvvartzahenſis Chronicon. Non minimæ auctoritatis ſcriptor eſt. Veterum quidem rerum epitome nullius eſt momenti, quippe in rebus Aſſyriorum, Perſarum & Græcorum, ſæpius nugatur: vbi vero de Imperatoribus, præcipue Germanis

nis, & rebus poſterioris ætatis agit, egregium eſt, maxime illa parte, quam compoſuit Vrſpergenſis. Quippe eadem res ſui temporis tractat, multa quoque de gentium barbararum origine, Carolinorum poſteritate atque alia adducens ſingularia. Egregium quoque teſtem veritatis contra attentata pontificum ſe præbet, ita vt cum fructu inſigni, hiſtoriæ, imprimis Germanicæ legatur. GODOFRIDUS Colonienſis eodem ſeculo *Annales* ſcripſit ab anno 1162 ad 1237. quibus multa memoratu digna in ſtatu ciuili atque eccleſiaſtico complexus eſt. Edidit illum Marquardus Freherus in Tomo primo Scriptorum. ALBERTUS, *Stadenſis* abbas, *Chronicon* ſcripſit ab exordio orbis vsque ad annum 1256. quod primum cura Reineri Reineccii prodiit *Helmſtadti* 1587. 4. & *Witteberga* 1608. 4 poſt, in collectione Schilteri. Chronologiæ rationem non adeo certam habet, pleraque etiam ex anterioribus deſcripſit, immo quandoque nugatur; ſunt tamen nonnulla, quæ plane ſingularia, maximæ quæ in æui ſui hiſtoria deſcribit. Immo multa momenta præbet, quæ ad genealogiam Principum Germaniæ faciunt, quæ alias manca eſſet. Ex eodem ſeculo habemus MARTINI POLONI *chronicon* de ſummis Pontificibus atque Imperatoribus,

toribus, quod ab Auguſto & Petro vsque ad Fridericum II. & Clementem IV. deducitur. Editiones mire variant: optima videtur, quæ cura *Suffridi Petri*, *Antvverpiæ* prodiit *1674. 8.* Maderus atque Sagittarius multa dura deſudauerunt in procuranda noua, eademque accuratiori edtione, cum lectionibus variantibus, collatis variis Mſtis, quæ tum in noſtra, tum Lipſienſi, Helmſtadtienſi aliisque bibliothecis adſeruantur: verum horum labores nunc adſeruantur in bibliotheca Guelferbytana. Vnicus ex ſeculo decimo tertio reſtat VINCENTIUS BELLOVACENSIS, qui quatuor *Specula* edidit. *Doctrinale*, *Naturale*, *Morale*, *Hiſtoriale*, quæ *Moguntiæ 1474. Baſileæ 1481. Venetiis 1591. f*, prodierunt, denique curantibus Benedictinis, ſub titulo: *Bibliotheca Mundi, Duaci 1624, fol.* Prolixum eſt Speculum hoc Hiſtoriale, atque vniuerſalem complectitur Hiſtoriam, ſed conſarcinatum ex quibuscunque Scriptoribus, mnltisque fabulis adimpletum, ita vt fidem nullam habeat.

§. VII.

Ex ſeculo decimo quarto primum occurrunt PTOLOMÆI LVCENSIS *Annales*, ab anno 1060. vsque ad annum 1307. *Lugduni 1619, f.* SIFFRIDUS Presbyter *Chronicon* ſcripſit ab O. C. vsque ad annum 1307. quod

in

in compendium redegit *Georgius Fabricius*, *Lipſiæ 1669. f.* atque in Tomo primo Piſtorii. Nec in rebus chronologicis nec antiquioribus adeo accuratus eſt, res tamen ſui æui deſcribit optime. HENRICUS STERO *annales* condidit ab anno 1512 vsque ad 1274, quos primus edidit Marquardus Freherus, atque auctiores Henricus Caniſius in Tomo II lectionis antiquæ. Appendicem addiderunt VLRICVS & CONRADUS WELLINGI, fratres, quæ æque in collectione Freheri reperitur. Eiusdem æui eſt EBERHARDVS Altahenſis, qui *annales* ſcripſit de Ducibus Auſtriæ, Bauariæ, Sueuiæ ab anno 1273 vsque ad 1303, quos tomo primo lectionis antiquæ inſeruit Henricus Caniſius, ſed in plerisque conuenit cum Sterone, ita vt vnum ab altero deſcripſiſſe coniectandum facile ſit. Aetate quoque par eſt HENRICVS REBDORFIVS, quem edidit Freherus. Scripſit autem *Annales* ab anno 1295 ad 1362, quibus geſta Adolphi, Alberti, Friderici II, Ludouici Bauari & Caroli IV, Imperatorum complectitur, licet in quibusdam fidem eius deſiderent. *Alberti Argentinenſis Chronicon* res ab anno 1170 ad 1378 geſtas complectitur, quod rudi quidem ſtylo, bona tamen fide eſt ſcriptum. *Fragmentum*

tum huius *chronici* cum conſulibus ſuis primus edidit *Ioannes Cuſpiinanus*, *Baſileæ 1613. f.* Integrum vero edidit *Chriſtianus Vrſtiſius*, atque præmiſit fragmentum hiſtoricum ab anno 631 incipiens, in electione Rudolphi Habsburgici finiens.

§. VIII.

Ex ſeculo decimo quinto primo loco memorari meretur GOBELINVS PERSONA. Scripſit ille *Coſmodromium*, ſecundum ſex mundi ætatis diſpoſitum, atque vsque ad annum 1418 directum. Certe, magna induſtria atque fide ſcriptum eſt; hoc etiam potiſſimum in eodem commendandum, quod gentium Germanicarum hiſtoriam in compendio explicat, earum origines, migrationes, colonias atque religionem narrat. Hoc vnicum in eo deſideratur, quod Pontificibus contra Imperatores nimium tribuat. Prodiit primum ex Wæcheliana, *Francofurti 1599. f.* poſt edidit Meibomius in Tomo I. rerum Germanicarum. M. THEODORI ENGELHVSII *Chronicon* ab O. C. vsque ad annum 1420 edidit integrum *Ioachimus Ioannes Maderus*, *Helmſtadti 1671. 4* in quo multa continentur ſingularia. WERNERVS ROLEWINCK de LAER *Faſciculum temporum* ſcripſit, ab initio mundi vsque ad ſuam

ætatem

ætatem atque annum 1480, quem poſtea vsque ad annnum 1514 continuauit *Ioannes Linturius* & cum continuatione edi fecit Ioannes Piſtorius, in Tomo ſecundo. Marianum tamen Scotum in plerisque eſt ſecutus. ANTONINI FLORENTINI *ſumma hiſtorialis* tribus partibus conſtat, quibus progredimur ab O. C vsque ad Fridericum III & annum 1459 quod *Noribergæ* prodiit *1484. f* & *Lugduni 1587. f.* Diligens quidem ſcriptor eſt, qui multa ex aliis congeſſit, ſed in ſanctorum hiſtoria, quam ſæpius immiſcet, ſuperſtitioſiſſimus ſcriptor eſt. DONATVS BOSSIVS *Chronicon* ab initio mundi vsque ad ſua tempora contexuit, quod vna cum eius hiſtoria epiſcoporum & archiepiſcoporum Mediolanenſium excuſum eſt *Mediolani 1489.* Vaſtum eſt opus HARDMANNI SCHEDELII, quod inſcribitur *Chronicon mundi*, vsque ad annum 1492. deductum, ſed abſurdis & fabulis multis refertiſſimum. Prodiit *Noribergæ 1493. f.* cum figuris ligno inciſis, quæ plerumque coloribus diſtinctæ ſunt. Germanice illud vertit *Georgius Alt*us, *Auguſtæ Vindelicorum 1497. f.* IOANNES LAZIARDVS *Hiſtoriæ vniuerſalis epitomen* ab O. C vsque ad annum 1497 conſcripſit: quam teſte Voſſio de Hiſtoricis

 latinis

latinis lib III cap. XI maximam partem deſcripſit ex Gallo quodam auctore breuiarii Hiſtorici. Continuauit eundem HVBERTVS VELLEIVS vsque ad annum 1519.

§. IX.

Seculo decimo ſexto ineunte, claruit IOANNES NAVCLERVS, qvi *Chronicon* ſcripſit duobus Voluminibus, ab O. C vsqae ad annum 1500 per generationes deductum. Appendicem XIV annorum adiecit NICOLAVS BASELIVS quæ cum ipſo Chronico prodiit *Tubingæ 1516. f.* & *Coloniæ 1644. f.* Sed non niſi farrago eſt hinc inde congeſta. LAVRENTIVS quoque SVRIVS *paralipomena* addidit vsque ad annum 1564, ſed eadem manifeſte erronea, pro more auctoris. M. ANTONIVS SABELLICVS omnem *mundi hiſtoriam* vsque ad annum 1602 in enneades vndecim diſtinxit, quæ cum aliis eiusdem operibus *Lugduni 1534.* & *Baſileæ 1560.* excuſæ extant. Sane, primus hic inter Scriptores hiſtoriæ vniuerſalis nugari deſiit: dolendum ſaltim, quod continua ſerie quidem res omnes narrat, ſine tamen addita auctoritate, cum ipſe ſcriptor ſit non indubius. IACOBVS PHILIPPVS BERGOMAS *Chronicon* ſuum, *Supplementum Supplementi* inſcripſit,

pſit, ab O. C vsque ad 1503, *Venetiis 1513. f.* Pariſienſis vero editio breuem acceſſionem habet vsque ad annum 1535. HVGWALDVS MVTIVS ſcripſit *Rerum Germanicarum libros XXXI Baſileæ*, primum impreſſos *1539*, poſt in tomum alterum Piſtorii relatos. Non defuerunt, qui magnifacerent hoc Chronicon, atque rerum Germanicarum principium inde repeterent: caute tamen legendum, cum in iis quæ ad ſtatum Imperii noſtri faciunt, multis laboret defectibus. AMANDVS ZIERIXEVS *Scrutinium*, vel *venationem veritatis hiſtoricæ* ſcripſit, quod a mundi erordio ad ſua vsque tempora perduxit, *Antwerpiæ* editum *1634. 4.* IOANNES LVCIDVS *Chronicon* publicauit, ſiue emendationem temporum ab O. C vsque ad annum 1535. quod continuauit HIERONYMVS BARDVS vsque ad annum, 1575 *Venetiis 1581. 4*, ſed leuioris eſt momenti. HADRIANVS BARLANDVS *breuem chronologiam* ſcripſit ac *hiſtoriam* ab O. C vsque ad annum 1532. *Antwerpiæ 1584. f.* PAVLVS CONSTANTINVS PHRYGIO *Chronicon* reliqnit Regum regnorumque catalogum, & perpetuam ab exordio mundi temporum ſeculorumque ſeriem complectens, ex optimis auctoribus congeſtum, *Baſileæ 1634. 4.*

§. X.

Superiori ſeculo Chronologiam plures conſignarunt quam Hiſtoriam vniuerſalem. Vaſtum Hiſtoriarum Opus compoſuit IOANNES PHILIPPVS a VORBVRG, cuius *duodecim volumina* extant *Francofurti 1645.* & ſqq. *f.* Hiſtoriam Romano-Germanicam eſſe voluit ab O. C vsque ad ſua tempora, ſed perduxit tantum vsque ad Ludouici Balbi tempora, atque annum 877. Multa ſibi promittebant eruditi de hoc opere antequam ederetur, tanquam de congerie rerum omnium, quæ in hiſtoria occurrunt ex probatiſſimis Scriptoribus collecta, ſed tantum adplauſum non inuenit, cum confuſum eſſet & ſine iudicio collectum. M. ZVERIVS BOXHORNIVS *Hiſtoriam vniuerſalem* compoſuit, ſacram & profanam a Chriſto nato ad annum vsque 1650, in qua illuſtrium gentium ac Principum origines, res geſtas, varias mutationes atque alia deſcribit, *Lugduni Batauorum 1652.* 4 & cum appendice Ottonis Menckenii, *Lipſiæ 1675. 4.* Propoſitum Boxhornio fuit, ea ſaltim exponere, quæ haut vbiuis obuia, licet in rebus antiquioribus tanta non præſtiterit, quam in duobus vltimis, quibus multa narrat haud adeo proletaria. IACOBVS GOVTOVLAS *vniuer-*

ſalem

ſalem ſuam *hiſtoriam* Profanam a Chriſto nato ad annum 1640 vsque perduxit, cum Imperatorum, Regumque Franciæ iconibus, *Pariſiis 1653. f.* IOANNES LVDOVICVS GOTHOFREDVS germanice hiſtoriam vniuerſalem ſcripſit, hoc titulo: *Hiſtoriſche Chronica, oder Beſchreibung der vornehmſten Geſchichten, ſo ſich von Anfang der Welt bis auf das Jahr Chriſti 1619 zugetragen, nach Abtheilung der 4 Monarchien, und beygefügter Jahrrechnung aufs fleiſigſte in Ordnung gebracht, Francofurti 1682. f* cum multis iconibus. Hoc opus ob induſtriam, quam adhibuit auctor, maximopere æſtimatur. Præſtat tamen Godofredo *der neueröfnete Hiſtoriſche Bilder-Saal, Nürnberg 1697. 8. 5* voluminibus. Hiſtoria eſt vniuerſalis a prima mundi origine, vsque ad noſtra tempora, adiectis iconibus rerum præcipuarum, neque tamen iis adeo elegantibus. Accurata vero eſt deſcriptio atque ordinata, præcipue res geſtæ ſub Leopoldo prolixe & magna cum cura exponuntur. Auctorem eius plerumque faciunt IACOBVM WILHELMVM IMHOFIVM. Gallico ſermone ſcripſit VRBANVS CHEVREAV, *Hiſtoire du monde, Pariſiis 1686. 4. 2* vol. Egregium eſt opus, quo Hiſtoriam orbis terrarum a prima origine ſua ſub certis ca-

pitibus vsque ad Conſtantini Palæologi tempora complexus eſt. In altera vero parte de origine Turcarum, vrbibus in antiquitate celebrioribus, ſeptem mundi miraculis & reperto nouo orbe agit; atque multa plenius deduxit ab aliis vel non memorata, vel perperam adducta, cum probata vbiuis auctoritate. ANTONIVS ROBINSONVS *Annalium mundi vniuerſalium* tomum vnicum edidit libris XIV abſolutum, *Londini 1678. f.* Per quindecim annos huic labori inſudauerat Robinſonus, ſed non niſi vnicus hic Tomus prodiit. WILHELMVS HOVWELL anglico idiomate ſcripſit *an inſtitution of general Hiſtory, or the Hiſtory of the World, Londini 1680. f* 2 vol. quorum primus tomus hiſtoriam antiquam continet exacte deſcriptam vsque ad Conſtantini M. tempora. Alter vero hiſtoriam ſaltim Imperatorum, vsque ad deſtructionem Imperii Occidentis comprehendit. Hiſtoriam N. T. vniuerſalem ſcripſit GABRIEL DEBVRTA, Rhetoricæ auditor in collegio Toloſano S. I. puer quatuordecim annorum, *Toloſæ 1677. f.* Sed non niſi breuis eſt epitome rerum ab Imperatoribus, Pontificibus & Regibus Galliæ geſtarum. Vt taceam Tillemontii hiſtoriam, ſupra iamdum inter Scriptores Hiſtoriæ Romanorum

orum Impp. adductum. IOANNES HENRICVS BOECLERVS in animo habuit *vniuerſalem Hiſtoriam* per omnia ſecula conſcribere, neque tamen illud plene abſoluit. Viuus quidem adhuc *hiſtoriam ſeculi IX & X.* ſcripſit, tanquam ſpecimen laboris, quibus etiam inſignem ſe præſtitit hiſtoricum. Poſt mortem vero ipſius prodierunt *Secula IV.* a Chriſto nato, *priora* quæ accurante D. M. F. prodierunt *Sedini 1699. 8.* præmiſſa præfatione iſagogica Ioannes Fechtii. Deſumta hæc ſunt ex lectionibus priuatis, quæ anno 1659. ab Auditoribus exceptæ fuerant, atque chronologiam, res Romanas, externas, eccleſiaſticas & litterarias pertractant. Singula accurate ſunt propoſita, allegatis etiam fontibus. Tandem quoque eiusdem Boecleri habemus *de rebus ſeculi poſt Cſtriſtum natum XVI librum Memorialem* cum commentario, quem recognitum edidit *Ioannes Burcardus Maius, Kiloni 1697. 8.* In memoriali quidem libello breuis adparet indiculus rerum præcipuarum ſeculi decimi ſexti, adlegatis vbique auctoribus, qui ſingula deſcripſerunt; quæ vero in adiecto commentario plenius ſunt expoſita.

§. XI.

Verum ab his progredimur ad illos, qui ſui tantum temporis hiſtoriam vniuer-

ſalem rerum in toto orbe geſtarum ſcripſerunt. IOANNES IOVIVS quidem *Hiſtoriam* omnium pene populorum ab anno Chriſti 1493. vsque ad 1540. ſcripſit, in duos tomos & libros XLV. diuiſam, qui prodierunt *Baſileæ 1578. f.* & paſſim. Hic autem ab eloquentia magis atque prudentia, quam a fide laudatur. Multa ex vulgo hauſit, genti ſuæ, Medicæisque nimium fauet: gratia & odio vltra modum rapi ſe ſinit, ita vt non male eidem calamum venalem obiecisse videatur Thuanus. Magis tamen commendantur eiusdem elogia virorum, quorum imagines ſimul ſecundum effigies in muſeo Comi ſeruatas exhibuit. Secutus eundem fuit NATALIS COMES, qui vniuerſæ *Hiſtoriæ ſui temporis libros XXX.* rerum toto orbe ab anno 1545. vsque ad annum 1581. geſtarum expoſitionem complectens, *Venetiis 1582. f.* atque cura Caſparis Bithſchii, *Argentorati 1612. f.* Fides eius quanta ſit, adparet ex Petri Albini progymnasmatibus Hiſtoriæ Saxonicæ p. 153. qui eandem hiſtoriam antequam ederetur, ad magnum quendam miſſam fuiſſe dicit, vt huius arbitratu corrigeretur, quidquid eſſet, quod ei minus arrideret; pro ea vero adulatione mille aureos coronatos in menſam ipſi fuiſſe effuſos. De IOANNE SLEIDANO ſuperius

us iam dictum, qui res ſua ætate ſub Ca-
olo V. geſtas magna fide deſcripſit. Con-
a eundem LAVRENTIUS SURIUS ſcri-
ſit *Commentarium breuem rerum in orbe geſta-
um* ex optimis auctoribus congeſtum, quo
b anno 1500. vsque an 1567. progreditur, in
quentibus editionibus vsque ad annum
74. Continuauit hunc Commentarium ab
nno 1566. ad 1585 MICHAEL ab ISSELT
ſui temporis hiſtoria, *Coloniæ 1602*, *8.* ſed
uanta fide in rebus Proteſtantium maxi-
ne ſcripſerint, notum vel ex eo eſſe pote-
t, quod pontificii ſint. Iſſeltus præcipue
otus Belgicus, horumque origines & cauſ-
s deſcripſit. PETRUS LINDENBER-
IUS ſcripſit *Commentaria rerum memorabi-
um in Europa* ab anno 1586. 1591. geſta-
um, *Hamburgi 1691. 4.* ſed breues ſunt. Ex-
mplum probi fidique Hiſtorici præbet IA-
OBVS AVGUSTVS THVANUS. Scri-
ſit ille *hiſtoriam ſui temporis* ab anno 1543. vs-
ue ad annum 1607. libris CXXXVIII. Opus
ſt exactiſſimi iudicii & ſummæ fidei, etiam
n rebus religionem concernentibus, in
uibus recenſendis ſumma æquitate vtitur.
Accuratior tamen eſt in rebus Gallicis, qui-
us ipſe interfuit: in Germanis Chytræum,
n aliis aliorum & fidem & verba ſæpe eſt ſe-
utus. Editiones eiusdem ſunt variæ, quæ
mirifice

mirifice etiam inter ſe differunt. Differentias hauum monſtrauit IOANNES PETRVS TITIVS in *recenſione voluminum Hiſtoricorum Thuani, Gedani 1685, 4.* Prima ab auctore ipſo procurata prodiit *Pariſiis 1604, 8.* altera *offenbachi 1609.* & *Francofurti 1610, f.* in qua multa ſe inſcio eſſe immutata ipſe auctor conqueritur. Tertia *Geneuæ* prodiit, *1614. f.* cura Georgii Michaelis Lingelsheimii, in qua aliqua auctoris iuſſu immutauerat. Vltima eſt editio, quæ *Francofurti 1615. f.* prodiit Tribus Tomis. Priores editiones, LXXX. tantum libros comprehendunt, qui multo quam autehac auctiores prodierunt, reliqui vero LVIII. in hac editione Francofurtenſi primum fuerunt additi, adiectis etiam Commentariorum de vita ſua libris VI. Eiusdem *Thuani hiſtoriæ Continuatio* ab anno 1608. vsque ad 1618. *Francofurti* prodiit *1628. f.* De auctore non conſtat: res Gallicas tamen ſibi inprimis propoſuit, quas ex Gallicorum annalium monumentis, cum priuilegio Regis editis, ſe hauſiſſe ſcribit. Thuano quidem non conuenit, nec tamen plane eſt contemnendus. Pergunt in continuando Thuano ADOLPHVS BRACHELIVS & CHRISTOPHORUS ADOLPHUS THVLDENVS, qui *hiſtoriam rerum ab anno 1618. vsque ad 1660. in*

Europa

Europa geſtarum partibus IV. ſcripſerunt, *Coloniæ 1656. & 1663*, *f.* Congeſta autem hæc eſt hiſtoria ex variis relationibus illorum temporum, atque fœdera & pacis articulos illa ætate concluſos in fine inſertos habent. IULIVS CÆSAR BULENGERVS *Hiſtoriarum ſui temporis libros XIII* ſcripſit, quibus res toto orbe geſtas ab anno 1556. vsque ad 1612. complectitur, *Lugduni 1619. f.* Annales ſunt, quos ſcripſit ab Henrici II. Galliarum R. exceſſu vsque ad Henrici IV. obitum, quibus turbas illorum temporum præcipue in Gallia, Anglia & Belgio deſcribit: Nullius tamen pretii ſcriptor eſt. PAULI PIASECIIS habemus *Chronica geſtorum in Europa ſingularium Cracouiæ 1648, f.* excuſa. Incipit in iisdem a Stephani Bathory, Principis Tranſyluani in Regem Poloniæ electione anno 1575, deſinit in anno 1648. atque multa narrat memorabilia.

§. XII.

Ad hiſtoriam ſuperioris ſeculi facit THEATRVN EUROPÆVM, quod ab anno 1617. incipit, atque per varios collectum nunc XIII. Tomis conſtat, ad noſtra fere tempora eſt deductum: nec tamen omnes tomi eiusdem ſunt momenti. Tomi duo priores quidem eo magis laudari debent, quod ſingula ex monumentis fide dignis, archiuis

archiuis aut communicatione miniſtrorum ſunt collecta: reliqui eadem præſidia non habent, ſed ex variis ſæpe relationibus, iisque quæ imprimuntur quotidie, ſunt deſumti. Pretium augent picturæ, ſed nec iſtæ ſemper adeo magni ſunt momenti, DIARIVM EVROPÆUM, quod ab anno 1657. ſemeſtri quolibet publicabatur, poſt, longioribus ſpatiis, continuatum fuit, atque nunc vel quinquaginta Tomis in quarto conſtat. In prioribus quidem Tomis deſideratur fides & diligentia, immo quod multa ſæpe in partium præiudicium fuerunt addita: meliores tamen ſunt recentiores. Hiſce autem per modum appendicis videmus addita varia acta, tabulas fœderis & ſimilia, quæ ad vſum iurispublici multum conducunt. Præcipue hic commendari merentur ſcripta Puffendorfiana. SAMUELIS PUFFENDORFII quidem *de rebus Suecicis* libri XXVI ab aduentu Guſtaui Adolphi R. in Germaniam, vsque ad abdicationem Chriſtinæ, *Vltraiecti* prodierunt *1686. f.* Continuatio huius operis eſt aliud *de rebus a Carolo Guſtauo, Sueciæ R. geſtis, Noribergæ 1695 fol.* quod etiam in Germanicum idioma fuit translatum. Eadem cura pertexuit Opus *de rebus geſtis Friderici Guilielmi M. Noribergæ 1695. f.* In his autem potiorem partem Hi-

ſtoriæ

riæ rerum in Europa geſtarum videmus
ſcriptam. Sane Principem Hiſtoricorum
uperioris ſeculi eſſe Puffendorfium vel ſin-
lis conſtat. Licet non deſint, qui ex iis-
m aliqua pro ſtatus ratione vel deleta,
l immutata velint. BERNHARDVS
HRISTIANVS IAEGERVS præter alios,
æcipue vltimos duodecim annos ſeculi
VII. ab anno 1688. ad 1700. hiſtorice perte-
uit, *Lipſiæ 1701. 8.* Seriem temporis potiſſi-
ium eſt ſecutus, pleraque tamen ex deſcri-
tionibus illorum temporum & nouellis
iere extracta. Optimum eſt inſtitutum
IOBI LVDOLPHI, qui hiſtoriam huius
culi in Opere ſuo Hiſtorico, quod inſcripſit
llgemeine Schau-Bühne der Welt deſcribere
dgreſſus eſt. Huius pars prima edita eſt
rancofurti 1699. f. in qua progreditur vsque
d annum 1630. Pars altera haut ita pridem
dita eſt, atque deducta vsque ad annum
652. Vt taceam *relationes hiſtoricas*, atque
imiles quæ vel per menſes vel per annos
ublicantur.

§. XIII.

Inter compendia hiſtoriæ vniuerſalis
rimum eſt quod edidit IOANNES CARIO,
Witteberga 1499, 8. quod vero per Philippum
Melanchthonem huiusque generum, Ca-
ſparum Peucerum in tantum fuit adauctum,
vt

vt de Carionis laboribus vix quidpiam ſua pereſſet amplius, ideoque potius Chronicon Philippo-Peucerianum adpellari meretur. Hoc Chronicon Wittebergæ diuerſis vicibus fuit editum. optima editio, *Geneuæ* ſumtibus Samuelis Criſpini fuit edita *1617*, *8*, quæ continuationem accepit vsque ad Rudolphi II. tempore atque annum 1612. Recuſa illa quidem eſt *Geneuæ 1625. 8.* ſed prior iſta editio eſt emendatior. Hoc autem Chronicon ob iuſtum ordinem, induſtriam & accuratam recenſendi rationem eſt commendatiſſimum. Illud tamen dolendum eſt, quod nec auctorum ex quibus deſumtum auctoritas addatur nec chronologia. IOANNES SLEIDANUS hunc eſt ſecutus in libro ſuo *de quatuor ſummis Imperiis*, in quo reipublicæ atque eccleſiæ fata magna cum induſtria recenſet, licet in quartæ Monarchiæ hiſtoria potior ſit. In hunc primum notas edidit *Guilielmus Xylander*, quas continuauit *Theophilus Maderus* edidit *Elias Paſchius Stadæ 1606. 12.* Poſtea *Henricus Meibomius* in notis ſuis ſolicitus fuit, vt indicaret fontes ex quibus ſua hauſerat Sleidanus, quas recudi fecit *Franciſcus Schaperus*, *Wittebergæ 1643*, *12.* Continuauit Sleidanum vsque ad annum 1669. AEGIDIUS STAUCHIUS, atque ad annum 1676. CONRADUS SAMVEL

MVEL SCVRTSFLEISCHIVS, immo noua continuatione vsque ad noſtra tempora dignus eſſet. Aliam editionem procurauit *Georgius Hornius*, cui & ſuas & Meibomianas notas adiecit, *Lugduni Batauorum 1669. 12.* MICHAELIS NEANDRI *Compendium Chronicorum, ſiue hiſtoriarum omnium ætatum, gentium, imperiorum ac regnorum, Lipſiæ 1686. 8.* haut adeo magni eſt momenti. Idem dicendum eſt de PHILIPPI CLASSERI *ſynopſi hiſtoriæ vniuerſalis* quæ cura Caſparis Dornauij prodiit *Görlitii 1615. 8.* & IOANNIS IACOBI BEVRERI *ſynopſi hiſtoriarum Hanouiæ 1594. 8.* CHRISTOPHORI PETZELII *mellificium Hiſtoricum* ad ductum Sleidani de quatuor ſummis Imperiis eſt concinnatum, atque diverſis vicibus continuatum, vsque ad Ferdinandi III tempora, *Francofurti 1649. f.* Ipſe tamen auctor in epilogo adgnoſcit, ſe centonem potius, quam filum hiſtoriæ ex diuerſis ſcriptoribus adornaſſe iuxta copiam ſcriptorum ſibi factam. MATTHÆVS DRESSERVS *iſagogen hiſtoricam* ſcripſit in millenarios diuiſam *Lipſiæ 1606. 8* 3 vol. ſed non ordinata eſt nec iuſta. Nec multum ad vſum faciunt HORATII TVRSELLINI *epitome hiſtoriæ vniuerſalis* ab O. C vsque ad A. C. 1598; quam poſtea conti-

nuarunt alii vsque ad 1630, *Coloniæ 1655. 12* ELIÆ REUSNERI *Iſagoges Hiſtoriæ libri II*, quorum vnus eccleſiaſticam, alter politicam continet hiſtoriam, ſecundum cuiusque ætates exacte definitam: quarum illa ad traditionem domus Eliæ, hæc ad quatuor mundi regna in beſtiis IV a Daniele propheta adumbrata, eſt accommodata, cum veterum Hiſtoricorum chronologia, *Ienæ 1600. 4.* CHRISTOPHORVS HEIDMANNVS *epitomen* ſcripſit hiſtoricam, cuius pars I ab O. C vsque ad Iulii Cæſaris imperium pertingit, pars II a Iulio Cæſare vsque ad Conſtantinum M. eandemque continuare voluit ad ſua tempora, ſed non abſoluit. Edidit illam *Gebhardus Theodorus Meierus, Helmſtadti 1660. 4.* Nouam, eandemque emendatiorem editionem promiſit *Henricus Ernſtius*, ſed morte præuentus fuit. In hac autem & ciuilem & eccleſiaſticum ſtatum deſcribit, ſed non omnia abſoluit. IOANNIS CLVVERI *epitome Hiſtoriarum* totius mundi, vsque ad annum 1630, ab aliis vsque ad 1667 continuata, potius ad eccleſiæ ſtatum eſt directa, nec tamen adeo iuſta, cum fidem proletariorum ſcriptorum haud raro ſit ſecutus. Minoris momenti ſunt HENRICI ALTINGII *compendium hiſtoriæ externæ*, quod Daniel Pareus ſub ti-

tulo: *medulla hiſtoriæ profanæ* edidit. NICOLAI VERNVLÆI *epitome hiſtoriæ* ab O. C ad ſua vsque tempora, cum ſupplemento vsque ad annum 1650 BERNHARDI HEYMBACHII, *Louanii 1654. 4.* IONÆ MAGNI Wexionii *ſynopſis hiſtoriæ vniuerſalis.* CHRISTIANI MATTHIÆ *Theatrum Hiſtorico Theoretico Practicum*, quod ad annum 1689 vsque continuatum eſt, *Francofurti* recuſum *1689. 4* multis olim fuit æſtumatum. Noua eſt methodus quam ſeruat, cum ex hiſtoriis Imperatorum vſum Theologicum, Politicum, moralem, œconomicum & militarem ducat, quod tamen hiſtoriæ ſeriem corrumpit. Proficuum hoc opus illis tantum eſt, qui ex hiſtoriis aliqua pro concione adducunt. IOANNIS MICRÆLII *ſyntagma hiſtoriarum Politicum*, quod aliquoties recuſum eſt, non ſolum hiſtoriarum vniuerſalem quatuor Monarchiarum comprehendit, ſed etiam hiſtoriam ſpecialem regnorum, atque Ducum præcipuorum Germaniæ. Sed opus eſt nullius ordinis & iudicii. IOANNES HENRICVS VRSINVS *Iſagoges hiſtorico Chronologicæ in hiſtoriam ſacram & profanam vniuerſalem & particularem* libros quatuor ſcripſit *Francofurti 1662. 8*, in quibus accuratus quidem eſt ſed breuis. IOANNIS CONRADI DIE-

TERICI *breuiarium hiſtoricum Gieſſæ* prodiit 1663. 8, ſed breue eſt & parum accuratum, cum meliorem Theologum egerit Dietericus, quam Hiſtoricum. GEORGII HORNII labores olim multum æſtimabantur, *Orbem* quidem eiusdem *Imperantem* edidit *Ioachimus Fellerus*, *Orbem politicum Otto Menckenius*, quibus ſtatum regnorum deſcribit. Addidit tertio loco *Arcam Noæ*, qua agit de omnium a condito mundo totius orbis imperiorum, regnorumque perpetua ad noſtra tempora vsque ſerie, ſucceſſione, originibus, incrementis, decrementis, coniunctionibus, diuiſionibus & exitu, & de gente in gentem translationibus. Sed præterquam quod non in omnibus ſit accuratus Hornius, methodus eiusdem erotematica non in omnibus conueniens eſt. Recentiores quidem ſunt, ſed parum ad rem faciunt HENRICI KIPPINGI *recenſus Hiſtoriæ vniuerſalis*, *Francofurti 1665. 8.* TOBIÆ WAGNERI *hiſtoricæ inſtitutiones*, *Vlmæ 1652. 8*, FRIDERICI HILDEBRANDI *ſynopſis hiſtoriæ vniuerſalis*, quæ pro ſcholis magis ſcripta, & ſæpius edita. PHILIPPI LVDOVICI AVTHÆI *ſynopſis hiſtorica de IV Monarchiis Francofurti 1683. 8.* GABRIELIS BVCELINI *nucleus hiſtoriæ ſacræ & profanæ*, *Auguſtæ 1659.*

ſtæ 1659. 12 & cum auctario *Francofurti 1664.* 12. ſed confuſus eſt atque incertus. FRANCISCI BVSSIERII *floſculi hiſtorici, Coloniæ 1656.* 12. IOANNIS LÆTI *compendium hiſtoriæ ciuilis & eccleſiaſticæ*, quod poſtea continuauit Ioachimus Fellerus. WILHELMI STRATEMANNI *theatrum hiſtoricum* IOANNIS BVNONIS *idea hiſtoriæ vniuerſæ*, GEORGII BLECHS *nucleus hiſtoriæ & chronologiæ*, DAVIDIS VLMANNI *ſynopſis Hiſtoriæ*, GVILIELMI HOELII *elementa hiſtoriæ ab O. C vsque ad Monarchiam Conſtantini M*, *Londini 1679.* 12. IOANNIS IONSTONI *polyhiſtor*, ſeu rerum ab ortu vniverſi ad noſtra vsque tempora per Aſiam, Africam, Europam & Americam in ſacris & profanis geſtarum ſuccincta & methodica enarratio, cum continuatione vsque ad Albertum II. Hoc opus in noſtra academia *1667. 8* recuſum eſt, manus in eodem emendando adhibente Boſio. PHILIPPI BRIETII *annales mundi*, ſiue Chronicon vniuerſale ſecundum optimas Chronologorum epochas, *Pariſiis 1662.* 12 ſeptem voluminibus. Ab exordio mundi vsque ad annum 1660 progreditur per annales, ita vt quid quolibet anno præcipue geſtum breuiter exponat. Multa habet de pontificum rebus & ordinibus ſacris. In Chrono-

nologicis eſt iuſtus, de variis gentium atque epochis regnorum agit, quæ optima ſunt. IOANNIS HENRICI BOECLERI *hiſtoria vniuerſalis* a mundo condito vsque ad Chriſti natiuitatem *Argentorati* prodiit *1680. 8.* Acceſſit eiusdem *Hiſtoria Principum ſcbola*, atque *diſſertatio de vtilitate ex hiſtoria vniuerſali capienda*; in eadem potiſſimum facit ad Chronologiam ſacram. Inter meliora noſtri temporis compendia commendari merentur ſequentia. VLRICVS HVBERVS quidem ſcripſit *Inſtitutionum Hiſtoriæ ciuilis tomos tres, Franckeræ 1692. 8* quibus omnes hiſtoriam vsque ad annum 1650. abſoluit. Inſignem autem cenſorem nactus fuit IACOBVM PERIZONIVM, qui *ſpecimen errorem* ſcripſit *ſupra centum & viginti ex vno & primo Tomo Hiſtoriæ Ciuilis Vlrici Huberi, Franeckeræ 1693.* 4. Nouam itaque editionem eandemque a patre auctam atque emendatam procurauit filius *Zacharias Huberus, Franeckeræ 1703. 4.* Certe inſignem vſum habent hæ inſtitutiones, licet magis æſtimandæ ſint in rebus recentioribus quam antiquioribus, in quarum recenſione nimis breuis eſt. In parte ſecunda vero & tertia a temporibus Caroli IV progreditur, atque prolixius res apud omnes gentes geſtas narrat atque multo refert

fert ſingularia. DIONII PETAVII *rationarium temporum*, cuius optima eſt editio quæ *Pariſiis 1663. 12* prodiit, & ob hiſtoriam & chronologiam eſt æſtimandum. Breuiarium quidem eſt operis maioris de doctrina temporum, in quo hiſtoriam pro ordine Monarchiarum & ſeculorum iuſte narrat, habita vbique chronologiæ ratione, explicatis etiam diuerſis gentium epochis. CHRISTOPHORI BESOLDI *ſynopſis rerum ab orbe condito geſtarum* vsque ad Ferdinandi II Imperium annumque 1619, prodiit *Ingolſtadti 1643. 12.* ſed potiſſimum ex Sleidano de IV ſummis Imperiis eſt deſumta. Obſeruationes in eandem Beſoldi ſynopſin ſcripſit CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS, quas *Chriſtophorus Arnoldus* recenſuit atque ad Leopoldum vsque ad ſupplementum addidit *Noribergæ 1659. 8.* nouiter demum *Tobias Gutberletus* illam edidit *Franeckeræ 1698. 8.* Non tam æſtimanda eſt Beſoldi ſynopſis quæ breuiſſima, quam Ruperti obſeruationes, maxime quas in Imperatorum hiſtoriam conſcripſit. Quippe illis nomina Imperatorum ex nummis reſtituuntur, dubia hiſtorica ſoluuntur, & ſingula ex probis ſcriptoribus accurate explicantur. CHRSTOPHORI CELLARII *hiſtoria antiqua, media & noua,*

quarum priores duæ recuſæ ſunt hoc ipſo anno, noua vero *Halæ 1696. 12* ad vſum quotidianum eſt accommodatiſſima. Antiquam quidem hiſtoriam vsque ad tempora Conſtantini M, mediam vsque ad ſeculum XVI, nouam vero ad noſtra vsque tempora deduxit. Iuſtum autem ordinem in iisdem obſeruauit, ita vt confuſam priorum Monarchiarum hiſtoria dilucidius faceret. Regum etiam Aſiaticorum hiſtoriam qui ex Monarchia Alexandri M orti, accurate tradidit, quod nemo ante illum hoc modo præſtitit. Singula in notis quas addidit, certa auctoritate comprobauit, atque ſucceſsionem Regum in tabulis ſynopticis, quas adiecit, accurate delineauit. In monarchia quarta Imperatores, Reges & præcipua geſta cuiuslibet ſeculi exponit breuiter, in ſeculi decimi ſexti & ſeptimi hiſtoria res geſtas ſecundum interualla temporum prolixius narrat. Addi tamen huic compendio ob chronologiam poterit Petauii rationarium. Haut ita pridem IOANNES CLERICVS ſcripſit *Compendium Hiſtoriæ vniuerſalis*, ab initio mundi vsque ad tempora Caroli M, *Amſtelodami 1698. 8.* quo hiſtoriam ciuilem atque eccleſiaſticam coniunxit, ſed in hac prolixior eſt. IOANNES HüBNERVS haut ita pridem *Hiſtoriam*

ſtoriam vniuerſalem per ſingula tempora, vsque ad noſtram ætatem ſcripſit ſub titulo: *kurtze Fragen aus der Politiſchen Hiſtorie bis zum Ausgang des ſiebenzehenden Seculi, Leipzig 1700. 12* ſex voluminibus, quorum primum hiſtoriam quatuor Monarchiarum. Alterum hiſtoriam Hiſpanicam, Portugalicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam, Helueticam per familias Regum & ſucceſsionis ordinem deſcriptas. Tertium hiſtoriam Italicam, Danicam, Suecicam. Quartum hiſtoriam Bohemicam cum prouinciis ſuis, Polonicam, Borusſicam, Vngaricam & Moſcouiticam. Quintum & ſextum vero hiſtoriam procerum Germanicorum comprehendit. Multa habet ſingularia, etiam iuſtum ſeruat ſucceſsionis ordinem, indicatis præcipuis hiſtoriæ momentis, methodus tamen erotematica ſæpius iuſtam hiſtoriarum ſeriem impedit, immo in eo defectus latet; quod adlegati non ſint ſcriptores, per quos confirmentur quæ narrat.

CAPVT NONVM
DE
SCRIPTORIBUS HISTORIÆ GOTHORUM, LANGOBARDORVM ALIARVMQVE GENTIVM BARBARARVM.

§. I. *Scriptores Hiſtoriæ Gothorrum*, §. *II. Scriptores de rebus Langobardicis.* §. *III. Scriptores de aliis gentibus medii æui.* §. *IV. Scriptores de migrationibus gentium.*

§. I.

IN mediæ ætatis Hiſtoria occurrunt origines, gentium & migrationes gentium variarum, de quibus hic loci, antequam progrediamur ad vlteriora, dicendi occaſio erit. Ad Gothorum Hiſtoriam primum faciunt *Gothicæ Hiſtoriæ partes II.* cum notis *Bonauenturæ Vulcanii. Lugduni 1597, 8.* & *1618. 8.* poſtea vero cum eiusdem & Hugonis Grotii notis prodierunt *Amſtelodami 1655, 8.* Continentur in hac collectione IORNANDES *de Getarum, ſiue Gothorum origine & re-*

us geſtis, quas etiam dum ipſe natione Gohus eſſet, accurate deſcripſit, atque M. Auelii Caſſiodori hiſtoriam Gothicam libris XII. comprehenſam in epitomen redegit. Ab eodem Iornande citatur ABLAVIUS, qui tiam a Sabellico laudatur, quem tamen ion amplius habemus ſuperſtitem. Sequiur ISIDORI *Chronicon de Gothis, Vandalis & Sueuis*, quod alias ſeparatim quoque prodiit ex Bibliotheca Petri Pithæi, *Pariſiis 1582. fol.* & cum obſeruationibus Friderici Lindenbrogii, *Hamburgi 1611*, *4.* Græce de rebus Gohorum, præter Zoſimum Perſarum PROCOPIUS & Vandalorum ſcripſit libros tres, in quibus potiſſimum bella eorum cum Imp. Byzantinis geſta deſcribit. Prodiit alias ſeparatim *Auguſtæ 1606*, *f.* & *Romæ 1506*, *f.* Simili atione de bellis Gothorum libros quinque ſcripſit AGATHIAS Scholaſticus, quibus Procopium continuauit. Ex recentioribus LEONARDVS ARETINVS libros IV. *de bello Gothorum*, *ſ. bello Italico contra Gothos* ſcripſit, *Bellouiſi 1607*, *4.* & gallice *Pariſiis 1667*, *12.* ſed pleraque ex Procopio deſumſit. HIERONYMVS RUBEUS *hiſtoriam* quoque ſcripſit *de Gothis & Langobardis*, *Venetiis 1572*, *4.* Ad Gothorum regnum in Italia facit egregie CAROLUS SIGONIUS, qui primum *de Occidentali Imperio* ſcripſit libros XX, quibus res

ciuiles

ciuiles atque eccleſiaſticas ſub Romanis Imperatoribus atque barbaris regibus in Occidentali Imperio geſtas a Diocletiani temporibus vsque ad Iuſtiniani obitum deſcribit, *Baſileæ 1579. f.* Altero opere *Hiſtoriarum de regno Italiæ libri XX.* continentur, quorum prioribus res in Italia ſub Langobardorum Regibus geſtas deſcribit, atque a Iuſtiniani obitu anno 565. vsque ad Rudolphi Habsburgici tempora atque annum 1286. deſcripſit. Priores XV. llbri prodierunt *Baſileæ 1575, f.* & *Hanouiæ 1613.* Poſteriores V. *Hanouiæ 1618 f.* In quibus multa continentur quæ iuſta ſunt, in Germanos tamen haut adeo æquum ſe præſtitit. Secutus Sigonium fuit FLAVIVS BLONDVS, qui *Hiſtoriarum ab Imperii Romani inclinatione libris XXXI.* quos in tres decades diuiſit, Italorum, Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, Saracenorum, Germanorum, Gallorum, Hiſpanorum aliorumque populorum geſta comprehendit, *Baſileæ 1533. f.* His autem ab anno Chriſti 407. vsque ad annum 1440. hiſtoriam ſcripſit, nec tamen eadem elegantia ac Sigonius. De Gothorum in Hiſpaniam aduentu egit LUCIVS MARINEUS, *Lugduni 1597. 8.* Sic etiam BARTHOLOMÆVS ROGATUS *hiſtoriam* ſcripſit *de regno Gothorum attrito & reparato in Hiſpaniæ partibus, Neapoli 1648, 4.*

648. 4. Huc etiam facit RODERICI XIMENII *Hiſtoria Gothorum, Hunnorum ac Vandalorum*, *Francofurti 1603, f.* Ex ſuperiori ſeculo habemus GEORGII STIERNHIELMII *Anti-Cluuerium*, ſiue ſcriptum breue Ioanni Cluuerio oppoſitum, quo gentis Gothicæ originem & antiquiſſimam in Scandinauia ſedem vindicat, *Holmiæ 1685. 8.* idque præſtitit multa cum eruditione. Celeberrimus olim vir, GEORGIUS SCHUBARTVS *de ortu Gothorum* ſcripſit diſſertationem eruditisſimam *Ienæ 1676, 4.* Propoſitum erat viro accuratisſimo, integram tractationem de Republica Gothorum publicare, de qua tamen poſt eius mortem nihil amplius eſt ſperandum. FRANCISCI IUNII *Gloſſarium Gothicum* habemus in IV. euangelia, *Dordraci 1665. 4.* De *litteris & lingua Gothorum* habemus BONAVENTVRAM VULCAPIVM, *Lugduni Batauorum 1597, 8.* Ad antiquitates Gothorum facit etiam OLAI RVDBECKII *Atlantica*, de qua tamen inter Scriptores Suecicos plenius agemus.

§. II.

De rebus Langobardicis ex antiquioribus egit WARNEFRIDUS, & in collectione Grotii, idque luculente ſatis. Alias huc faciunt FLAVIVS BLONDUS, HIERONYMUS RUBEVS & CAROLVS SIGONIVS

de

de quibus ſuperiori paragrapho. *Res* ſuis temporibus geſtas *in Inſubribus & Euganeis* [ſiue Lombardia & vicina Marchia Taruiſina] tribus libris complexus eſt *Monachus Paduanus*, quibus exorditur ab A. C. 1207, quo Azæ, Marchio Eſtenſis a Monticucullis. Verona eiectus fuit, vsque ad annum 1270, quo Chriſtiani Principes in Africam tranſeuntes, Carthaginem cœperunt atque Tunetanam vrbem obſederunt. ERYCIVS PVTEANVS *Hiſtoriæ Inſubricæ* ab origine gentis ad Ottonem M Imp. libros VI ſcripſit *Louanii 1614. 8 Helmſtadti 1669. 4*, quos ſummo ſtudio correxit & auxit *Rudolphus Godofredus Knichenius*, *Lipſiæ 1676. 4.*

§. III.

Aliarum gentium, quæ in mediæ ætatis hiſtoria occurrunt, ſtatum ab aliis deſcriptum videmus. Eminet in eodem celeberrimus vir, CONRADUS SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIUS, qui in definienda gentium origine, deſcribendis harum migrationibus & nominum diuerſitate plane egregius eſt. Scrirſit autem Hiſtoriam regni P. Q. Burgundionum, quæ inter opera hiſtorico-politica diſſertatio vndecima eſt, atque alia, de quibus in hiſtoria gentium

par

articularium dicemus. Ad Hunnorum iſtoriam facit PHILIPPI CALLIMACHI ber *de geſtis Attilæ Regus, Hagenoæ* 1531. & *rancofurti* 1581. 8. RVDOLPHVS EBERIARTVS ROTH ſingulari diſſertatione *de ttila, Hunnorum Rege* ſcripſit, *Ienæ* 1679. 4.

§. IV.

Optime hæc hiſtoria enodari poterit x Scriptoribus illis, qui de Gentium migrationibus egerunt. CHRISTOPHORUS PHILIPPVS de WALDENFELS quilem *ſelectæ Antiqnitatis* ſcripſit *libros XII, Voribergæ* 1677. 4, quibus de geſtis primæ is, item de origine gentium, nationumque migrationibus atque præcipuis dilocaionibus agit.. In his non ſolum migrationes gentium mediæ ætatis, ſed etiam aniquiſſimarum poſt diluuium exponit. Vatum eſt Opus WOLFGANGI LATZII *le migrationibus gentium, Francofurti* 1600. *f.* ipud Wæchelios. Sed opus eſt maioris nduſtriæ quam iudicii, in quo nimium quantum erravit Latzius. CONRADVS PEVTINGERVS epitomen ſcripſit *de genium quarundam emigrationibus*, quæ cum Procopio alias edita eſt *Baſileæ* 1531. *f.* Nugatur IOANNES GOROPIVS BECANVS, qui *origines Antwerpianas* ſcripſit ſine *Cimmerio-*

rum

rum Beccefelana, nouem libris complexa, *Atuatica, Gigantomachia, Niloſcopium, Cronia, Indo Scythica, Saxonica, Gothodanica, Amazonica, Venetica & Hyperborea, Antwerpiæ 1569. f.* ex officina Plantini. Eiusdem extat *Hermathena, Hieroglyphica, Vertumnus, Gallica, Francica, Hiſpanica, Antwerpiæ 1580. f*, quibus originem atque migrationes gentium deſcribere conatur. Sed meræ ſunt adluſiones, eædemque ſæpiſſime tam abſurdæ, vt nec ingenium neque iudicium ſapiant.

CAPVT DECIMVM

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ HEBRÆORUM.

§. I. Antiquiſſimi Scriptores rerum Hebraicarum. §. II. Scriptores recentiores hiſtoriæ Iudaicæ. §. III. Scriptores de Republica Ebræorum. §. IV. Scriptores de Principibus Ebræorum. §. V. Scriptores de antiquitatibus Ebræorum.

§. I. An-

§. I.

ANtiquiſſimus rerum Ebraicarum ſcriptor eſt IOSEPHVS, cuius varia habemus: *Antiquitatum Iudaicarum* libros XX, *de bello Iudaico* libros VII, *Contra Apionem* bros II & *de Maccabæis*, qui poſtea coniun-:im inter Opera eius prodierunt. Inter arias horum editiones laudatur *Geneuen-s*, quæ græce & latine prodiit *1611 & 1634. f.* uæ a Sigismundo Gelenio eſt procurata. andem editionem recudi fecit *Thomas It-gius*, prolegomena, in quibus de ipſo Io-pho agit, & appendicem addidit, *Lipſiæ 91. f.* Appendix iſta continet Ariſteæ de XX interpretibus hiſtoriam, cum latina erſione Matthiæ Garbitii, ac notis a Ioanne lberto Fabricio concinnatis, variæ lectio-es librorum de bello Iudaico, & tractatus e imperio rationis ex codice Msto Biblio-iecæ Paulinæ. Noua verſio libelli de Iaccabæis adornata a Franciſco Combefi-o, cum notis, denique fragmentum libri ερί παντὸς quod Ioſepho tribuitur. Ma-na cura olim in emendando Ioſepho ad-borauit πολυμαθέςατ@ noſter *Ioannes An-reas Boſius*, qui iam Geneuenſem editio-

P nem

nem cum multis codicibus Mstis, qui ex bibliotheca Vindobonenſi, Auguſtana, Guelferbytana & diuerſis aliis cum ipſo communicati fuerant, contulerat, variasque obſeruationes iam interſperſerat. Sed cum præmaturo fato abreptus eſſet Boſius, Angli eiusdem curas ducentis Ioachimicis emerunt, atque res commiſſa eſt *Eduardo Bernhardo*, vt nouam Ioſephi editionem procuraret, cui Boſii labores maxime conueniebant. Sed ob fatum præueniens non niſi ſpecimen quoddam a Bernhardo habemus. Noua itaque atque accurata editio optanda magis quam ſperanda eſt. Elegantiſſima eſt verſio Gallica, quam concinnauit *Arnoldus d' Andilly, a Paris 1669. f. & Pariſiis 1668. 12. 5 vol.* De hoc Ioſepho bene iudicat Grotius, magnam fidem illi deberi in rebus Herodis magni ac deinceps. Item vbi externos auctores, non vbi Iudæos, multa in hiſtoriis contra verum ſomniantes ſequatur. Maxime vero ſubleſtæ eſt fidei in antiquitatibus Iudaicis, vnicum tamen fere monumentum eſt quod habemus. In Hiſtoria autem rerum, maxime ſuis temporibus geſtarum accuratior eſt. Hunc ſecutus eſt PHILO IVDÆVS qui in ſcriptis ſuis varia habet, ex quibus Ebræorum Hiſtoria explicetur. Sunt autem

:em inter alia *de Cherrbin, flammeo gladio &* *Cain. De ſacrificiis Abelis & Caini. De plan-* *atione Noa. De gigantibus. De confuſione* *inguarum. De migratione Abrahami. De* *Ioſepho. De vita Moſis*, atque alia. Extant :ius opera græce ex editione Turnebi, *Pa-* *iſiis 1552. f* latine per Sigismundum Gele- 1ium *1561. f* gr. & latine *Geneuæ 1613*, auctio- a & ſplendidiora *Pariſiis 1640. f.* Vt ta- :eam TACITUM, in libris Hiſtoriarum & PLVTARCHVM, in ſymposiacis, qui ta- nen de Iudæorum rebus male edocti mul- a contra fidem ſcripſerunt.

§ II

Ex recentioribus, Hiſtoriam Iudaicam ſcripſit Iudæus quidam, quam ex Hebræo atinam fecit *Georgius Gentius, Amſtelodami 1671. 4* qua Iudæorum res ab euerſione Hieroſolymarum, vsque ad recentiora empora deſcribuntur. PAVLVS EBE- RUS *contextam populi Iudaici hiſtoriam* ſcri- pſit a reditu ex Babylonico exilio, *Witte- bergæ 1562. 8.* quæ tamen parum ad rem facit. TILEMANNI MYLII extant *Annales Ebræi, Hanouiæ 1600. 8.* IOANNES IACOBVS SCHUDT *compendium Hiſtoriæ Iudaicæ* ſcri- pſit *Francofurti ad Mœnum 1700. 8.* in ean- dem iuſto ordine collegit quidquid Gen-

tiles de Iudæis tradiderunt, atque fundamenti loco eſſe volu.t Iuſtini Hiſtoriarum librum XXXVI. De IOANNIS MARSSHAMI *canone Chronico* capite ſecundo iam dictum fuit, in quo multa quæ ad ſtatum Ebræorum faciunt, explicata reperiuntur.

§. III.

De Republica Ebræorum ſcripſit BONAVENTVRA CORNELIVS BERTRAMVS, *Geneuæ 1580. 8* & CAROLVS SIGONIVS, *Francofurti 1585. 8*, qui in eadem deſcribenda mere ciuilis eſt & politico vtilis. PETRVS CUNÆUS *de Republica Ebræorum Lugduni Batauorum 1617. 8* ſupplet quæ ab vtrisque omiſſa; ſed Theologo magis inſeruit ob multa ex Rabbinis hauſta. HERMANNVS CONRINGIVS *de republica ſeu politia Ebræorum, Helmſtadti 1648. 4* in multis Cunæum redarguit. Prolixior eſt IOANNES STEPHANVS MENOCHIVS, qui de *Republica Ebræorum* libros VIII ſcripſit, *Pariſiis 1648. f*

§. IV.

De Principibus Ebræorum egit CHRISTIANVS NOLDIVS, cuius *hiſtoria Idumea*, quæ *Franeckeræ* prodiit *1660. 12.* erudita eſt atque Herodes bene diſtinguit. De nummis Herodiadum egregie egit

IOAN.

OANNES HARDUINUS, in *proluſione chro-ologiæ ex nummis reſtitutæ*, *Pariſiis* 1693. 4. CLAUDII SALMASII extat *epiſtola ſuper Heode infanticida*, *Antvverpiæ* 1648. 8. Sic etam IOANNIS GARCÆI habemus *narraionem de infanticidio Herodis M. & eiusdem enealogia*, *Wittebergæ* 1565. 8.

§. V.

Ad antiquitates Ebræorum facit IACOBUS BOULDUCCUS, qui libros III ſcriſit, *quis ordo eccleſiæ a mundi principio vsue ad Moſen, quæ templa, quæ ſacrificia, qui itus*, *Lugduni* 1627. 8. WILHELMUS SCHICKARDUS *de iure Regio Ebræorum* omnem olitiam, ſtatum & mores deſcripſit, *Arentorati* 1625. 4. & cum eruditis animaduertonibus & notis *Ioannis Benedicti Carpzouii*, *ipſiæ* 1674. 4. PAULUS SHERLOGUS in *ntiquitatibus Ebraicis* de Ebræorum Repuлica & antiquitatibus Biblicis egit, *Lugdui* 1651. f. BENEDICTUS ARIAS MONTAUS *in antiquitatibus Ebraicis*, *Lugduni Baauorum* 1603. 4. THOMÆ GODWINI *Maes & Aaron*, ſeu ciuiles & eccleſiaſtici ritus antiquorum Ebræorum, cum commenariis *Ioannis Henrici Reitzii*, *Bremæ* 1694. 8. Acceſſerunt HERMANNI WITSII *diſſertationes duæ de theocratia Iſraelitarum*, & *de Rechabitis*. Inter omnes tamen maxime

prolixus eſt IOANNES LVNDIVS, qui vernaculo idiomate ſcripſit *die alten Iüdiſchen Heiligthümer, Gottesdienſte und Gewohnheiten*, quæ locupletius edita *Hamburgi 1701. f.* Quinque autem Tomis hoc opus abſoluitur, quorum primus de tabernaculo ſancto, ſecundus de templo Hieroſolymitano vtroque. Tertius de Pontifice maximo & reliquis ſacerdotibus Leuiticis; quartus de Leuitis & quintus de cultu antiquorum Ebræorum publico agit. Certe a nemine Iudæorum antiquitates tanta cura videmus deſcriptas; licet etiam multos in hoc opere adnotarent defectus eruditi. Taceo iam Buxtorfii, Seldeni aliorumque opera, qui ex ipſis Rabbinorum ſcriptis ſua congeſſerunt, cum hic ſaltim qui ad hiſtoriam ex parte faciunt, hic indicaſſe ſufficiat.

CAPUT VNDECIMUM
DE
SCRIPTORIBUS RERUM ORIENTALIUM ATQVE ASIATICARUM.

§. I. Scriptores de Aſia in genere. §. II. Scriptores ad hiſtoriam Palæſtinæ. §. III. Scri

Scriptores de expeditionibus cruciatis. §. IV. Scriptores rerum Perſicarum §. V. Scriptores rerum Sinenſium. §. VI. Scriptores rerum Siamenſium & finitimorum. §. VII. Scriptores de Tartaria. §. VIII. Scriptores rerum Indicarum. §. IX. Scriptores qui ad ſtatum politicum & Chriſtianiſmi progreſſum apud Indos Orientales faciunt. §. X. Scriptores qui certas tantum prouincias Indiæ deſcribunt §. XI. Scriptores qui ad generalem Turcarum hiſtoriam faciunt. §. XII. Scriptores qui ad particularem horum hiſtoriam faciunt. §. XIII. Scriptores hiſtoriæ Arabicæ & Aegyptiacæ. §. XIV. Scriptores qui chronographiam, mores, ſtatum politicum atque itineraria Conſtantinopolitana ſcripſerunt.

§. I.

HIſtoriam Orientis, ex quo in reliquas mundi plagas incolæ diſſipati fuerunt, primo loco adgredimur. Primas in hac fert IOANNIS BAPTISTÆ GRAMMAYE *Aſia*, ſeu Hiſtoria vniuerſalis Aſiaticarum gentium & rerum geſtarum, *Coloniæ 1529. 4 & Antwerpiæ 1604. 4.*

quod opus inſigne eſt atque vtiliſſimum. Ad Geographiam potius facit IACOBI GASTALDI *Aſiæ deſcriptio*, tribus partibus conſtans, cum nominibus locorum antiquis & nouis, *Venetiis 1561. f.* & BARTHOLDI NIHVSII *chronographia nonnullarum Aſiæ prouinciarum*, nempe Aſſyriæ, Meſopotamiæ, Babyloniæ, Syriæ, Palæſtinæ, Arabiæ, Troglodyticæ, *Coloniæ 1658. 8. Hiſtoriam rerum in Oriente geſtarum ab exordio mundi* habemus ex recenſione *Franciſci Modii, Francofurti 1587. f.* Faciunt huc etiam MARCI PAVLI VENETI *de regionibus Orientalibus* libri III, quibus itinera ſua in Tartariam, Aſiam, Chinam, Indiam aliasque Orientis regiones deſcribit. Edidit illos *Andreas Müllerus*, collatos quidem cum Msto codice bibliothecæ Berolinenſis, atque adiecit HAITHONI Armeni *hiſtoriam Orientalem*, quæ etiam de Tartaris inſcribitur, atque propriam de Chataya diſquiſitionem. Sic etiam habemus ABRAHAMI ECCHELLENSIS *Chronicon Orientale*, *Amſtelodami 1651. 4.*

§. II.

Ad Palæſtinæ hiſtoriam facit BURCHARDI Monachi *deſcriptio locorum terræ ſacræ* & BARTHOLOMÆI de SALIGNIACO *itinerarium S. Scripturæ*, qui ſeparatim

alias

lias extant, poſtea in Hiſtoria Orientali Reineri Reineccii *antiquum* illud *Chronicon Hieroſolymitanum* idem Reineccius edidit Helmſtadti 1584. 4. Inter recentiores haut contemnendus eſt PETRVS MARTYR, cuius *Hiſtoria Palæſtinorum, Tyriorum & Sidoniorum* prodiit *Tiguri 1595. 4.* Egregia tamen eſt CHRISTOPHORI HEIDMANNI *Palæſtina*, quæ ſæpius eſt edita, recentior eſt quæ *Guelferbyti 1662. 4.* prodiit, in hanc enim ex probatiſſimis ſcriptoribus collegit quæ neceſſaria. IOANNIS QVISTORPII *Nebo*, vnde tota perluſtratur terra ſancta, *Roſtochii 1663. 12.* breue tantum compendium eſt, ſed accuratum. Plures præter hoſce illud egerunt. ANSELMI deſcriptio terræ ſanctæ & GVILIELMI de BALDENSOEL *hodæporicon in terram ſanctam*, extant in tomo quinto lectionum antiquarum Caniſii. VINCENTII BEROLINI *Hiſtoria dell' antica e moderna Palæſtina, Venetiis 1642. 4.* IOANNIS BISSELII *Topotheſia Palæſtinæ, Ambergæ 1659. 12.* IOANNES PHOCAS *de locis Antiochiam inter & Hieroſolymam*, nec non Syriæ, Phœniciæ, Palæſtinæ, græce & latine, *Coloniæ, 1653. 8* in Leonis Allatii συμμικτοις. Sic etiam habemus ADRIANI & CHRISTIANI ADRICHOMIORUM *Theatrum terræ S. Coloniæ*

 1612.

1612. f. Plenior vero eſt FRANCISCI QVARESMII *Hiſtorica, Theologica & Moralis Terræ S. elucidatio, Antwerpiæ 1639. f* duobus Tomis; quibus plerumque ſtatus Geographicus Palæſtinæ hodiernus deſcribitur. Magna cura elaboratum eſt opus OLFERTI DAPPERI, quod inſcribitur: *Neue Beſchreibung von gantz Syrien, Palaſtina, heiligem Lande &c.* & belgice primum editum eſt *Amſtelodami 1677. f* poſt germanice verſum *durch Iacob von Meurſen, Amſtelodami 1681. f* cum figuris æneis præſtantiſſimis. In hoc autem non ſitus ſolum locorum, ſed etiam ipſa loca ſacra, mores & ritus incolarum egregie deſcribuntur. Ad Palæſtinæ notitiam faciunt etiam itineraria terræ ſanctæ. Antiquiſſimæ fere ſunt BERNHARDI de BREDENBACH *peregrinationes in Palæſtinam, Spiræ 1490. f.* SIGISMVNDI FEYERABENDS *Beſchreibung des h. Landes Francfurt 1584. f.* in qua varia itineraria in terram ſanctam continentur. CHISTOPHORI FüRERI *Reiſe ins gelobte Land, Nürnberg 1646. 4.* MELCHIORIS von SEIDLITZ *gründliche Beſchreibung der Wahlfart nach dem heiligen Lande, Görlitz 1580. 4* PETRI della VALLE *Reyſe-Beſchreibung in Türckey, Aegypten, Palaſtina &c. Genff 1674. f.* GABRIEL BREMOND gal-

lico

ico ſermone *peregrinationes* ſuas in Aegyptum & Palæſtinam deſcripſit, quæ poſtea n Italicum translatæ prodierunt *Romæ 1674.* t. Optimum vero eſt itinerarium FELICIS BEAVGRAN *relation nouvelle & tres fidelle de la terre Sainte: dans laquelle ſe voit out ce qu'il y a de remarquable, a Paris 1700. 8* Hæc autem non ſolum loca ſacra deſcribunt, ſed etiam ſtatum politicum, mores & reliqua quæ neceſſaria. *Samaritanæ Hiſtoriæ collectanea* edidit CHRISTOPHORUS CELLARIUS, *Citzæ 1688. 4.* quibus præter es Geographicas, politica, religio & res itteraria gentis explicantur. Prodierunt quoque *epiſtolæ Samaritanæ Sichemitarum ad Iobum Ludolphum*, cum eiusdem verſione & adnotationibus, *Citzæ 1688. 4.*

§. III.

Ad hiſtoriam Palæſtinæ faciunt quoque expeditiones cruciatæ. In quibus deſcribendis primo loco occurrunt *Geſta Dei per Francos, ſeu hiſtoriæ Orientalis Tomi II, Hanouiæ 1611, f.* IACOBO BONGARSIO debemus hoc opus, quod rerum orientalium ſcriptores continet, ſiue illos, qui expeditionem in terram ſanctam deſcripſerunt. Inter hos præcipuam partem facit WILHELMI TYRII *hiſtoria belli ſacri*, quæ maxi-

maxime ad ſupplementum chronici Hieroſolymitani facit, atque res in Palæſtina geſtas vsque ad Gothofredum Bullionæum deſcribit, cuius prudentiam, pietatem & in ſcribendo veritatem omnes prædicant, & MARIANI SANVTI *liber ſecretorum fidelium Crucis*, quo modos docet, quibus & recuperari & conſeruari poſſit terra ſancta, hiſtoricis & politicis exemplis illuſtrata. Reliqua ſcripta quæ in hoc Opere continentur, ſunt: *Anonymi geſta Francorum & aliorum Hieroſolymitanorum*, ROBERTI Monachi *hiſtoria Hieroſolymitana libri IV.* RAYMONDI d' AGILES *Hiſtoria Francorum*, qui ceperunt Hieroſolymam. ALBERTI *Aquenſis hiſtoriæ Hieroſolymitanæ expeditionis libri XII*, FULCHERI *Carnotenſis geſta peregrinantium Francorum*, cum armis Ieruſalem pergentium. GAUTERII *bella Antiochena.* GVIBERTI Abbatis *hiſtoria Hieroſolymitana. Geſta Francorum expugnantium Ieruſalem.* IACOBI de VITRIACO *hiſtoria Hieroſolymitana.* IACOBI ACCONENSIS *epiſtolæ, miſſæ in Lotharingiam de Captione Damiatæ. Auctoris incerti Hiſtoria Hieroſolymitana. Regum & Principum epiſtolæ.* OLIVERII, Scholaſtici Colonienſis *de captione Damiatæ ad Engelbertum Colonienſem. Bulla Innocentii IV, in qua inueniuntur nonnulla litteræ R. Vngariæ*

Ludo-

Ludouici Regis de captione & liberatione ſua. Hi autem Scriptores antea ſeparatim quoque prodierant. Alii ſunt qui in hac collectione non reperiuntur. BENEDICTVS de ACCOLTIS, qui libros IV ſcripſit *de bello a Chriſtianis geſto pro Iudæa & ſ. ſepulcro recuperandis*, *Francofurti* 1573, & cum notis Thomæ Dempſteri, *Florentiæ* 1623. 4. PETRI ANGELII *Hieroſolyma, h. e. expeditio Chriſtianorum Principum*, *Venetiis* 1616. 4 *Florentiæ* 1591. 4. *Friderici I expeditio Aſiatica* extat in tomo quinto lectionum antiquarum Caniſii. BASILII IOANNIS HEROLDI *libri VI de bello ſacro*, *Baſileæ* 1560. *f.* PETRI *d'Oultremans* tractatus *de vita Petri Eremitæ*, qui belli ſacri auctor & dux fuit, & tractatus de poſterioribus cruciatis ad recuperationem terræ ſanctæ, gallice. *Valentiæ* 1932. 8. IOANNES MOLANVS *de militia ſacra ſcripſit Ducum & Principum Brabantiæ*, *Antwerpiæ.*

§. IV.

Perſicarum rerum ſcriptores in vnum volumen congeſti prodierunt *Francofurti* 1601. *f* apud Wæchelios. Inter hos autem optima eſt PETRI BIZARI *Perſicarum rerum Hiſtoria*, quæ antea *Antwerpiæ* 1583. *f* prodiit. HENRICI PERSII *hiſtoria belli Perſici*; ſeparatim excuſa *Francofurti*

1583. 8

1583. 8 & IOANNIS THOMÆ MINADOI *Perſica hiſtoria.* Succeſſionem Perſarum regum medii æui deſcriptam habemus in *Tarich*, ſiue ſerie regum, ab Ardſchir Babekan vsque ad Iazdigerdem a Caliphis expulſum per annos fere 400 ex fide Msti voluminis. Eandemque hiſtoriam WILHELMUS SCHICKARDUS commentario & indice ornauit *Tubingæ 1628. 4. Icones Perſiæ Regum* expreſſit & commentario illuſtrauit IOANNES IACOBUS BOISSARDVS, *Heidelbergæ 1665. 4. Perſiam, ſeu regni Perſici ſtatum, variaque itinera in atque per Perſiam* cum aliquot iconibus incolarum deſcripſit IOANNES de LAET, *Lugduni Batauorum 1633. 12. Hiſtoriam religionis veterum Perſarum* deſcripſit THOMAS HYDE, *Oxonii* ex theatro Scheldoniano *1700. 4.* Opus multæ induſtriæ atque eruditionis, in quo magorum hiſtoria, philoſophia & ſacra myſtica explicantur, originale Orientalis Sibyllæ myſterium recluditur atque Magorum liber Sad-der e Perſico traductus exhibetur. De *ſtatu eccleſiæ* vero in *regno Perſico* egit MATTHIAS DRESSERUS *Witteberga 1598. 8.* Geographiam & mores Perſarum egregie explicauit ADAMVS OLEARIVS in *itinerario* ſuo *Perſico*, cuius locupletior editio *Sleſuici* prodiit

iit 1663. f. Accedit etiam IO. ALBRECHTS on MANDELSLOH *Morgenländiſche Rei-Beſchreibung* per Olearium, *Schleßwig 1658.*

Egregia eſt SAMSONII *voyage ou re-ation de l'etat præſent du Royaume de erſe, à Pariis 1695. 12*, qua Regem, eiuſ-ue aulam, ſtatum regiminis atque reli-ionis deſcribit. CHARDINVS ſcripſit *ournal du voyage de luy en Perſe & aux ndes Orientales par la Mer Noir a Iſpa-a, Pariſiis 1686. f & Amſtelodami 1686 12.* uod itinerarium elegantiſſimum eſt. *L'Ambaſſade de D* GARCIAS de SYLVA FI-GUERA *en Perſe* ex Hiſpanico in Gallicum ermonem transtulit *Wicquefortius*, *Pariſiis 667. 4.* Relatio eſt ex diario Figueræ de-ümta, qui anno 1614 mittebatur in Per-iam pro ſtabiliendo rerum Perſicarum commericio ex Ormus, excluſis reliquis nationibus. Deſcribuntur in eadem non ſolum ſitus & mores, ſed etiam varia me-morabilia. Inter hæc ruinæ Chilminaræ, ſiue Palatii Perſepolitani, hiſtoria captæ Ormus & alia.

§. V.

Chinenſium Hiſtoria quo clarior, eo magis occupauit Scriptorum ingenia. Geographiam, atque ciuilem ſtatum vs-

demus

demus primum in *Chinæ deſcriptione*, quæ duobus voluminibus prodiit anglice, *Londini 1666. f.* Alia *deſcriptio regni Chinenſis* prodiit *Lugduni Batauorum 1640. 12.* *LUDOVICI GEORGII deſcriptio noua Chinæ, Antwerpiæ 1584. f.* *MARCI HENNINGI hiſtoria noua & vera de ampliſſimo regno Chinæ, Francofurti 1599. 8*, & præ ceteris *MARTINI MARTINII China illuſtrata, Amſtelodami 1649. f.* Germanice prodiit *Beſchreibung des Königreiches China mit ſeinen XV. Prouintzen, Franckfurt 1580. 4.* Belgico ſermone primum prodiit poſt in gallicum & germanicum translata *NIEVHOFII legatio ſocietatis Orientalis Indiæ in Belgio ad Imperatorem Chinenſem, Amſtelodami 1666. f*; qua præter legationem, ſitus prouinciarum, vrbes, moresque incolarum multa cura deſcribuntur. Hiſtoriam & Statum Chinæ, ſucceſſionem Regum & ſimilia plures deſcripſerunt. *IOANNIS GONSALVI de MENDOZA hiſtoriam* habemus *de regno Chinæ, Francofurti 1589. 4.* & italice *Romæ 1585. f.* *MARTINI MARTINII Sinicæ Hiſtoriæ decadem primam* decem libris conſtantem, *Monachii 1658. 4* & *Amſtelodami 1659. 8.*

1659. 8, quæ ſolum facit ad deſcriptionem rerum apud Sinenſes geſtarum. Egregia eſt Patris de MAGILLANS *deſcriptio Chinæ*, quam iuſſu Patris Fiertado, Vice-Provincialis Sinenſis conſcripſit Portugallico ſermone, quæ poſtea prodiit ſub titulo: *nouvelle relation de la Chine, contenant la deſcription des particularités les plus conſiderables de ce grand Empire; traduitte de Portugais en François par le Sr. B. à Paris 1688. 4.* Hac autem principalis vrbs Pekim, Hiſtoria & politia accurate deſcribuntur. Præſtant vero ſingulis hucusque editis LVDOVICI le COMTE *nouveaux Memoires ſur l'etat preſent de la Chine, Pariſiis 1696. 12.* & ex tertia editione *Amſtelodami 1698. 12.* Auctor vnus ex ſex illis Patribus eſt, quos Ludouicus, Galliarum rex in regnum Siam, indeque ad Sinas, promouendæ ibidem religionis & ſtudiorum Mathematicorum cauſſa miſerat. In his autem non ſolum progreſſum Chriſtianiſmi, ſed etiam ſtatum & memorabilia regni accuratisſime deſcribit. *Chronologiam Sinenſium Imperatorum* ex libro quodam Sinico, quem imprimi fecit atque germanice vertit, deduxit CHRISTIANVS MENTZLIVS, *Berolini 1696. 4.* ANDREAS

MüLLERVS *in hebdomate obſeruationum de rebus Sinicis*, religionem Sinenſium & epitomen hiſtoricam deduxit, *Berolini 1674. 4.* ATHANASIVS KIRCHERVS *in China illuſtrata, Amſtelodami 1667. f.* ad Sinenſium ritus potiſſimum facit. MICHAEL BAUDIER edidit *Hiſtoire de la Cour du Roy de la Chine, Bruxellis 1608. 12.* Cum vero ſeculo XIII. Tartari Occidentales Chinam ſibi ſubiicerent, illud *bellum Tartaricum* appellatur, de quo ſeparatim ſcripſit MARTINVS MARTINIVS, *Antwerpiæ 1657. 8.* Sic etiam PALIFOXIVS *hiſtoriam occupationis Chinæ* ſcripſit a Tartaris, quæ Hiſpanice primum ſcripta, poſt anglice verſa *Londini 1670. 8.* & gallice, *Pariſiis 1670. 8.* Recentius hoc præſtitum eſt a PETRO IOSEPHO, qui *hiſtoriam duorum victorioſorum Tartarorum, qui Chinam ſubiugarunt*, gallice deſcripſit *Pariſiis 1688. 8.* atque exorditur a Tartarorum rege Sunte, qui oppreſſa indigenarum regum familia, quæ Taimmingenſis vocatur, Chinæ regnum occupauit. Progreſſum Chriſtianæ, ſeu potius Pontificiæ religionis apud Sinenſes varii deduxerunt. NICOLAVS TRIGAVLTIVS inter præcipuos eſt, qui *de expeditione Chriſtiana apud Sinenſes ſuſcepta* a S. I, ex Matthæi Riccii commentaris Mſtis libros V edidit, *Auguſtæ 1615.*

ſtæ 1615. f. Lugduni 1616. f. Eiusdem quoque extant *litteræ e regno Sinarum, Antwerpiæ 1618.* 8. ANTONII SOZZINI de SARZANA *expeditiones Ieſuitarum Chinenſes* italice prodierunt *Neapoli 1662. 4.* & IACOBI SCHALLII *relatio de ortu & progreſſu fidei orthodoxa in regno Chinenſi per miſſionarios S. I. Viennæ 1665. 8. Ratisbonæ 1672. 8.* Poſt hosce FERDINANDI VERBIEST, eiusdem Societatis, habemus *Lettre ecrite par luy de la Chine l'on voit l'etat preſent du Chriſtianisme dans cet Empire & les biens qu'on y peut faire pour le ſalut des ames à Paris 1682. 4.* Eiusdem eſt *lettre ecrite par luy de la Cour de Peckin ſur on voyage, que l'Empereur de la Chine a fait l'an. 1683. dans la Tartaire occidentale à Paris 1684. 4.* Prodierunt paucos ante annos *Nouiſſima Sinica*, hiſtoriam noſtri temporis illuſtratura, edente G. G. L. *1697. 8.* Editor eſt GOTHOFREDUS GVILIELMUS LEIBNITZIUS, qui congeſſit varias epiſtolas ex Sina ſcriptas, de progreſſu Chriſtianismi. Talia ſunt P. IOSEPHI SVARII, CLAUDII PHILILPI GRIMALDI, aliorumque opuscula minora, quibus potisſimum ſtatus Chriſtianismi recentior deſcribitur. Prolixius *Hiſtoriam edicti Imperatoris Sinenſis, in gratiam religionis Chriſtianæ*, gallico ſermone conſcripſit CAROLUS GOBIENUS, *Pariſiis*

 1698.

1698. 12. Cum autem Ieſuitæ Sinenſibus cultum Confucii & defunctorum concederent, quo eo plures ſibi deuincerent, idem Gobienus edidit *explanationem cultus, quem Sinenſes Confucio & defunctis exhibent, Pariſiis 1698.* 12. quibus ex eodem demonſtrauit, cæremonias tantum eſſe, quæ a cultu religioſo quam longiſſime abſint. Prodiit poſtea *Hiſtoria Cultus Sinenſium, ſeu varia ſcripta de cultibus Sinarum, oblata Innocentio XII. Pontifici Maximo, Coloniæ 1700. 6.* Collectio autem eſt variorum ſcriptorum de cultibus Sinarum inter vicarios apoſtolicos Gallos, aliosque miſſionarios & Patres S. I. controverſis, quæ Innocentio XII & Congregationi Cardinalium dirimendæ cauſſa præpoſitis fuerunt oblata. PHILIPPVS COUPLET edidit gallico idiomate *hiſtoriam fœminæ cuiusdam Chriſtianæ,* quæ multum ad promotionem Chriſtianismi attulit. *Pariſiis 1688. 12.* hac etiam varii modi quibus vſi fuere Ieſuitæ adducuntur. Memoriis quoque Treuoltienſium variæ epiſtolæ, ſtatum Chriſtianismi apud Sinenſes concernentes fuerunt inſertæ. De *re litteraria Sinenſium* elegantiſſimus eſt libellus THEOPHILI SPITZELII, *Lugduni Batauorum 1633. 12.*

§. VI.

In Aſia quoque occurrit regnum Siamen-

menſe, ad cuius hiſtoriam facit *Relation de l'Ambaſſade de M de Chaumont a la Cour du Roy de Siam avec ce qui s'eſt paſſé de plus remarquable durant ſon voyage, a Paris 1686. 12.* in quo potiſſimum ſtatus politicus deſcribitur. Acceſſit poſtea *Iournal, ou ſuite de Voyage de Siam, à Amſterdam 1687. 12.* qua potiſſimum officia domus regiæ Siamenſis, huius etiam & regnorum Tonquin & Conchinchinæ ſtatus, nouiſſima fata & mutationes deſcribuntur. Miſerat ante hosce quindecim annos Galliæ Rex legatos in regnum Siamenſe, qui liberum commercium paciſcerentur, quod etiam conceſſum fuit miſſis hinc inde legatis. GVIDO TACHARDUS *itinerarium Ieſuitarum ex Gallia miſſorum* gallico ſermone deſcripſit, *Pariſiis 1687. 4.* Secutum eſt *alterum itinerarium, Pariſiis 1689. 4.* recuſum *Amſtelodami 1689. 12.* Sed cum nouo Rege fortuna quoque Gallorum in eodem regno fuit immutata. Deſcripſit illam cataſtrophen FARGESIVS, dux copiarum Gallicarum in *relatione* ſua *de mutationibus, quæ in regno Siam, anno 1688 contigere, Amſtelodami 1691. 12.* gallice ſcripta, eademque quomodo Galli Siamenſi regno excedere coacti fuerunt, exponit. NICOLAVS GERVASIVS *Hiſtoriam Siamenſem naturalem & politicam* ſcripſit *Lutetiæ 1688. 4.*

quæ in quatuor partes diuiſa eſt : in prima agit de ſitu & natura regionis, ſecunda de legibus, & moribus incolarum, tertia de religione, quarta de rege eiusque aula & familia. Præ cæteris vero æſtimari debet Domini de la LOUBERE, ablegati regis Galliæ extraordinarii *deſcriptio regni Siamenſis*, quæ duobus tomis gallice compoſita prodiit *Amſtelodami 1691. 12*, cum figuris æneis, qua plerumque mores, ſtudia, & religio Siamenſium, atque ipſa legatio Regis Galliarum egregie deſcribitur. Finitimum eſt regnum *Tunchinenſe*, quod olim prouincia regni Sinenſium, poſt ſibi proprios reges conſtituit. ALEXANDER de RHODES *Tunchinenſis Hiſtoria* libros duos conſcripſit *Lugduni 1652. 4.* quibus regni ſitum, ortum, ſtatum ciuilem & ſuperſtitionem, ritus etiam incolarum & progreſſum Euangelii apud Tunchinenſes ſatis diligenter exhibet. Presbyter quidam Gallus de BOURGES edidit *Relation du Voyage*, *ſeu relationem itineris Berytienſis epiſcopi, vicarii pontificii in regno Conchinchinæ, Paris 1683. 4* in Belgicum ſermonem translata *Amſtelodami 1669. 4.* atque in Germanicum *Lipſiæ 1673. 4.* quæ accurata eſt. Sic etiam in rebus orientalium atque Aſiaticarum prouinciarum optimus eſt VINCENTIVS

BLANC

BLANC, qui *itinerarium* ſcripſit per quatuor orbis partes ab anno ætatis duodecimo vsque ad ſexageſimum, quod gallice prodiit *Pariſiis 1648. 4.* belgice *Amſtelodami 1654* cum iconibus, anglice *Londini 1660. f.* *De origine, nomine ac regione Maronitarum* egit FAVSTVS NAIRONVS, *Romæ 1679. 8. & 1681. 12.*

§. VII.

Tartariæ maior pars in Aſia ſita eſt, quam variis ſcriptis ſuis illuſtrare adgreſſi ſunt. Superius iamdum adduximus MARCI PAULI VENETI & HAITHONIS ARMENI *Hiſtoriam Tartarorum*, recentiores vero ſunt ſcriptores alii. MARTINVS BRONIOVIVS quidem *deſcriptionem Tartariæ* dedit *Coloniæ 1595. f.* quæ optima eſt. FRANCISCI FERNANDEZ de QVIR extat *narratio de terra Auſtrali incognita, & de terra Samoietarum & Fingæſiorum in Tartaria, Amſtelodami 1613. 4.* GVILIELMI BRVSII *de Tartaris diarium, Francofurti 1598. f* & HIERONYMI MEGISERI *chronographia Tartariæ, Lipſiæ 1611. 8.* Imperator illorum præcipuus erat Tamerlanes, cuius hiſtoriam primum ſcripſit ACHMET ARABS, latine verſam per *Iacobum Golium*, *Leidæ 1636. 4.* & gallice per *Petrum Valterium, Pariſiis 1658. 4.* Præferenda vero eſt PETRI

PERONDINI *vita Magni Tamerlanis*, *Amberga 1600. 12* & IOANNIS HENRICI BOECLERI *Timur, vulgo Tamerlanes*, *Argentorati 1657. 4* Politice ſolum hanc hiſtoriam Tamerlanis conſiderat Sr. de SANCTYON in ſua *hiſtoria Magni Tamerlanis*, *Pariſiis 1629. 12.*

§. VIII.

Indicarum rerum Hiſtoria plures repetit Scriptores, & quidem primo loco conſiderandi ſunt, qui ſtatum geographicum deſcribunt. PHILIPPI BALDÆI habemus *deſcriptionem Inſulæ Zeilon*, *Malabar & Coromandel*, Belgice primum editam *Amſtelodami 1671. f*, poſt in Germanicum ſermonem translatam *Amſtelodami 1672. f.* cum iconibus. ODOARDVS BARBOSA, idem egit in libro *de India Orientali*, italice, *Venetiis 1588. f.* CHRISTOPHORI COLVMBI epiſtola *de inſulis in mari Indico repertis*, *Baſileæ 1532. f.* Sic etiam extat PHILIPPI PIGAVETTÆ *deſcriptio Indiæ Orientalis*, duobus voluminibus, *Francofurti 1589. f.* Præcipue vero ad ſtatum Geographicum faciunt, qui varias nauigationes in Orientalem Indiam factas deſcripſerunt. Extat liber, qui inſcribitur *Orientaliſche Indien, d. i. ausführliche und vollkommene, hiſtoriſche und Geographiſche Beſchreibung*

hung aller und ieder Schiffahrten und Reyſen, welche von unterſchiedlichen Nationen, mehrentheils Engelländern, Spaniern und Holländern innerhalb hundert Iahren vorgenommen worden, Francfurt 1628. f. cum iconibus. Continentur in hac collectione deſcriptiones nauigationum in Indiam Orientalem EDUARDI LOPETZII, IOANNIS HUGONIS LINSCHOTANI, GEORGII SPIELBERGEN, CORNELII NICOLAI, AMERICI VESPUTII, SAMUELIS BRAUNII & aliorum. Separatim alias prodierunt *Diarium nauticum itineris Batauorum in Indiam Orientalem, Amſtelodami 1589. 8. Deſcriptio itineris Naualis in Indias Orientales, per* G. M. A. W. L, *Amſtelodami 1589. f. Deſcriptio ac delineatio detectionis freti, ſeu Tranſitus ad Occaſum, ſuper terras Americanas in Chinam atque Iaponiam ducturi, inueſtigati a* M. HENRICO HUDSONO, *Amſtelodami 1610. 4.* LUDOVICI de BARTHEMA *Hodœporicum Indiæ Orientalis*, Belgice primum editum, poſt in ſermonem germanicum translatum, per Hieronymum Megiſerum, *Lipſiæ 1615. 8.* IOANNIS HÆSEI *peregrinatio ab Hieroſolyma per Indiam & Aethiopiam, Antwerpiæ 1565. 8.* CORNELII de VENA *nauigatio in Indiam Orientalem, Francofurti 1607. 8.* Inter recentiores habemus PE-

TRI della VALLE *Reyſe-Beſchreibung in Türckey, Aegypten, Perſien, Oſt-Indien, Geneuæ, 1674, f.* Italice illud egit VINCENTIVS MARIA de S. CATERINA, qui *itinerarium* ſcripſit *in Indiam Orientalem*, cum obſeruationibus, quibus varii ritus comprehenduntur, *Romæ 1673. f.* DELLON *relatio itineris per Indiam Orientalem, Pariſiis 1685. 12* gallice edita eo magis æſtimari debet, quod vulgares errores emendat, & quæ ab aliis omiſſa ſupplet. Inter elegantiſſimas habetur *Voyage de* FRANÇOIS PIRARD *de la Val aux Indes Orientales, Maldiues, Moluques & au Braſil, à Paris 1679. 4.* quibus terram, mores & naturalia deſcripſit. Præſtant tamen THEVENOTI *itinera, Lutetiæ 1684. 4.* In antiquiori hiſtoria occurrit PALLADIVS GALATA, qui *de gentibus Indiæ & Brachmanibus* græce ſcripſit, quem latine vertit atque notis illuſtrauit *Eduardus Biſſæus, Londini 1665. 4.*

§. IX.

Alii hiſtoriam, ſtatum politicum & Chriſtianismi progreſſum apud Indos Orientales nobis explicuerunt. ANDREAS SCHOTTVS *de rebus Indicis* auctores varios congeſſit *Francofurti 1603. f.* Inter hos præcipuus eſt IOANNES PETRVS MAFFÆVS, qui libros XVI ſcripſit *Hiſtoriarum Indica-*

Indicarum, Coloniæ 1589. f & 1590. 8. qui plurimum æſtimantur. Idem Maffæus epiſtolarum Indicarum libros IV edidit, quibus tamen ſolum epiſtolæ a miſſionariis pontificiis ab anno 1548 ad 1564 perſcriptæ continentur, quæ progreſſum religionis concernunt. GOTHARDVS ARTHVSIVS *Hiſtoriam Indiæ Orientalis* ex variis auctoribus collegit & iuxta ſeriem topographicam regnorum, prouinciarum atque inſularum ad extremos Iaponios vsque deduxit. Vndecim partibus conſtat, quarum prima *Francofurti 1600. f.* vltima *1619. f.* prodiit. Prodierunt alias IOANNIS BOMBERGII *epiſtolæ de rebus in India aliisque inſulis geſtis, Louanii 1566. 8. Epiſtolæ recentiores de rebus Iaponicis, Indicis & Peruanis, Antwerpiæ 1605. 8.* CASPARIS ENS *hiſtoriæ Indiæ Orientalis, Coloniæ 1612. 8* & præcipue CLEMENTIS TOSI abbatis *Il gentiliſmo confutato overo dell' Indie Orientale deſcrittione Geografica e Hiſtorica, con la confutatione dell' Idololatrie, ſuperſtitioni & altri errori, in Roma 1669. 4.* Mores, ritus & politiam deſcripſit ERASMVS FRANCISCI *im Oſt- und Weſt-Indiſchen, wie auch Sineſiſchen Luſt-*

und

und Staats Garten, Nürnberg 1668. f. Particularis eſt hiſtoria DAMIANI a GOES *rerum geſtarum in India citra Gangem a Luſitanis, Louanii 1539. 8.* Ad Chriſtianismi progreſſum faciunt *narrationes rerum Indicarum anni 1585 & 1586. ex variis litteris S. I. deſumtæ a* GVILIELMO HUYSMANNO ex Italico latine redditæ, *Louanii 1589. 8.* IOANNIS BUSÆI *litteræ Indicæ, Iaponicæ, Chinenſes ab anno 1591. ad 1600, Moguntiæ 1602. 8* BERNARDINI GINNARII *Xauerius Orientalis*, ſiue res a Xauerio ad hæc tempora in India pro fide geſtæ, *Neapoli 1641. 4.* IACOBI de MACHAULT *relatio de itinere XXV Ieſuitarum in Indiam Orientalem*, gallice, *Pariſiis 1659.* NICOLAI PIMENTÆ *noua relatio, de rebus in India Orientali geſtis a Ieſuitis anno 1589 & 1590. Moguntiæ 1601. 8.* GEORGII a SPIELBERG *noua hiſtoria rerum memorabilium, tam in India Orientali*, quam aliis regionibus tum in ortu, tum incremento fidei Chriſtianæ, *Lugduni Batauorum 1615. 8.* Præcipuus vero eſt IOSEPHUS ACOSTA *de promulgatione Euangelii apud Barbaros, ſeu procuranda Indorum ſalute ,Salmanticæ 1588. 8. Coloniæ 1591. 8.*

§. X.

Alii certas tantum prouincias Indiæ Orientalis deſcripſerunt. ROBERTUS KNOX

KNOX *hiſtoricam relationem* ſcripſit *inſulæ Ceylon*, anglice *Londini 1681. f.* Accuratiſſima eſt *Hiſtoire de l'isle de Ceylan, ecrite par le Capitaine Iean Ribeyro, & preſentée au Roy de Portugal en 1685, traduite du Portugais en François, à Trevoux 1701, 12. & Amſterdam 1701. 12.* Iaponiæ ſtatus politicus & chronographicus deſcribitur in libro, cui titulus: *Ambaſſades memorables de la Compagnie des Indes Orientales des Provinces Vnies vers le Empereurs de Iapan, 2. Amſterdam 1680. f.* Belgico ſermone habemus PHILIPPI BALDE *Beſchrüving der Ooſt-Indiſchen Küſten Malabar, Coromandel, Ceylon, &c. Amſterdam 1672. f.* Vrbs primaria Portugallorum apud Indos Goa eſt, in qua nota eſt durisſima iſta inquiſitionis tyrannis. Habemus plures qui eandem deſcribant, ſed cum potius ad hiſtoriam eccleſiaſticam faciant, vnicam hic adducemus DELLONI *relationem inquiſitionis Goæ* gallice ſcriptam atque editam *Pariſiis 1687. 12*, quæ eo maiorem fidem meretur, quod ipſe auctor inquiſitioni olim obnoxius, horum omnium triſte fecit experimentum.

§. XI.

Progredimur ad potentisſimum Turcarum

carum imperium, cuius fines per omnem Aſiam late extenduntur. De origine Turcarum & primo potentiæ progreſſu præ cæteris legendi ſunt GEORGIVS PHRANTZA & LAONICVS CHALCOCONDYLAS, de quibus ſuperius iamdum inter Byzantinarum rerum ſcriptores fuit dictum. Ex recentioribus primo loco conſideranda eſt IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Hiſtoria Orientalis*, ex variis Orientalium monumentis collecta, *Tiguri 1651. 4.* Agitur in eadem de Muhamediſmo, inprimis de Muhamede, eius genealogia, vita & morte, de Saraceniſmo, de Chaldaiſmo; de ſtatu Chriſtianorum & Iudæorum tempore orti & nati Muhamediſmi; de variis inter ipſos Muhamedanos ſchiſmatibus & alia quæ tam ad originem, potisſimum vero religionem Turcarum faciunt. Præcipue vero de origine Turcarum egerunt LVDOVICVS CERVARIVS, *Florentiæ 1590.* 4. IOANNES BAPTISTA EGNATIVS, *Coloniæ 1539. 8* & IOANNES CVSPINIANVS in libro *de Turcarum origine, religione & tyrannide, Lugduni Batauorum 1654. 12.* Ipſam vero Turcarum Hiſtoriam plures illuſtrarunt. Ex Arabibus nota eſt GEORGII ELMACINI *hiſtoria Saracenica*, cum verſione latina Thomæ Erpenii, *Lugduni*

Bata-

Batauorum 1625. f. Chronologiam continet Muslimorum a Mahumete, primo religionis auctore per XLIX Imperatorum ſucceſſionem vsque ad Atabacæum: Acceſſit etiam RODERICI XIMENES *hiſtoria Arabum*, qua res eorum in expugnanda Hiſpania potiſſimum geſtas deſcribit. Hottingerus in Bibliothecarii libro II cap. III illam Elmacini partem ſolum poſteriorem eſſe ait, priorem ſe ab initio mundi adhuc ineditam poſſidere addens. *Annales Sultanorum Otmanidarum* a Turca quodam conſcriptas IOANNES LEVNCLAVIVS latine reddidit, illuſtrauit atque ad annum vsque 1588 deduxit, *Francofurti 1588. 4.* poſt germanice verſos, *Francofurti 1595. f.* IOANNES BAPTISTA PODESTA ex Turcico Originali in varias linguas *Chronicon* ſuum tranſtulit, *Noribergæ 1672. 8.* COELII AVGVSTINI CVRIONIS *Saracenicæ Hiſtoriæ* libri tres & belli Melitenſis deſcriptio: acceſſit WOLFGANGI DRECHSLERI *Chronicon* Turcicum, cum appendice Ioannis Roſini, prodiit *Francofurti 1596. f.* Saracenici autem regni originem atque ex eiusdem euerſione Turcici imperii incrementa refert Curio. Drechsleri Chronicon Saracenicum a Georgio Fabricio & Ioanne Roſino emendatum auctumque, poſtea in

in libros IV & capita diuiſum notisque & ſupplementis, nec non appendice ſecunda ad annum vsque 1689 addita, illuſtrauit atque locupletauit *Ioannes Reiskius, Lipſiæ 1689.* 8. tamen multis mendis ſcatet. Sic etiam extant *IOACHIMI CAMERARII commentarii II de rebus Turcicis, Francofurti 1598. f.* Eidem Leunclauio debemus *Hiſtoriæ Muſulmannicæ libros XVIII, Francofurti 1591. f.* atque dum ipſe olim apud Turcas præſens, ſcriptor non contemnendus eſt *PAVLVS IOVIUS* quoque *de Rebus Turcicis & vitis Imperatorum Turcicorum* egit *Witteberga 1537. 8. PHILIPPUS LONICERUS* quoque ſtruxit *tres tomos Chronicorum Turcicorum, Francofurti 1584 8. CASPAR MAURERUS Chronicon Turcicum, Noribergæ 1659. 8. GEORGIVS PONTANVS hiſtoriam rerum Turcicarum, Francofurti 1597. 4. CHRISTIANVS RICHERIUS de rebus Turcarum* ſcripſit, *Pariſiis 1540. 4. LVDOVICVS TVBERO, de rebus Turcicis, Francofurti 1603. 4.* Italico ſermone *FRANCISCVS SANSOVINVS* ſcripſit *hiſtoriam vniuerſalem de origine, bellis & imperio Turcarum, cum vitarum deſcriptione ſingulorum Imperatorum Ottomannicorum, Venetiis 1654. 4.* atque in ſucceſſione Imperatorum potiſſimum accuratus eſt. *IACOBVS STRVKHVSEN in ſyntagmate Saraceno-Turcico, Helm-*

o, *Helmſtadii 1664. 4.* breuiter recenſet, quæ d Saracenorum originem atque progreſ- um faciunt, ſed quod potiſſimum eſt, opti- nos ſcriptores citat, ex quorum euolutio- e plenior notitia hauriri poterit. Egregia ſt IOANNIS SAGREDO *Memoria Hiſto- ica Monarcharum Ottomannorum*, italice ſcri- ta *Venetiis 1676. 4.* qua natiuitatem, geſta, nores, atque characteres Imperatorum mul- a cura deſcribit, & præcipue originem va- arum cæremoniarum, atque rituum apud Turcas exponit. Nec contemnendum eſt ANTONII VERDERII *compendium rerum Turcicarum* gallice ſcriptum, *Pariſiis 1662. 12.* rolixior vero inter omnes eſt *Hiſtoria Tur- ica*, quæ anglico ſermone, ſub titulo: *the ürckiſch hiſtoria* prodiit *Londini 1687. f.* Ter- eminos autem hoc opus habuit auctores. rimum quidem RICHARDVS KNOL- IVS res Turcarum a prima origine ſua ſque ad annum Chriſti 1623 pertexuit, uem ad annum Chriſti 1677 vsque continuauit AVLVS RICAVT: hunc excepit ROGE- IVS MANLEY, qui hiſtoriam ad annum 686 vsque deſcripſit. Adiectus quoque eſt Ricalti tractatus de ſtatu Imperii Ottoman- ici. Nec aberrabimus, ſi hocce opus omni- us aliis præferamus. Germanice poſtea rodiit *Auguſtæ 1694. f.*

R §.XI.

§. XI.

Sunt iſti, qui omnem Turcarum hiſto-riam deſcripſerunt, alii ad particularem tan-tum eorundem hiſtoriam faciunt. I. B. de ROCOLES *vitam Sultani Gemis*, vnici fra-tris Baiazetis II. Turcarum Imperat. deſcripſit, gallice, *Lugduni Batauorum 1683. 12.* quam hiſtoriam ſterilem licet, additis variis inge-nioſis digreſſionibus magis reddidit iucun-dam. DEVIZE *hiſtoriam Mahometis IV.* re-gno eiecti, gallice, *Amſtelodami 1688. 12.* NICOLAVS a MASSAV *parricidium Sultani Solimanni in filium proprium* deſcri-pſit. *Baſileæ 1535. 8.* CHASSEPOL edidit *hiſtoire de grands Viſiers Machomet Caprol Bacha & Achmet Caproli, a Paris 1676 12.* Idem de quo diximus ROCOLES ſcripſit *Vienne deux fois aſſiegé par les Turcs en 1529 & 1683 & heureſement delivrée avec des refle-xions hiſtoriques ſur la maiſon, d'Autriche, & ſur la puiſſance Ottomanne, à Leyden 1684. 12.* Ad eandem hiſtoriam facit quoque *Cara Mu-ſtapha, grand Viſir, hiſtoire contenant ſon ele-uation, ſes amours dans le Serail, ſes diver emplois, le vray ſuiet qui lui a fait entrepren-dre le ſiege de Vienne, & ſes particularites de ſ mort à Paris 1684. 12.* Faciunt ad hanc par-ticularem de rebus Turcicis hiſtoriam et-iam varii, qui legationes ad aulam Otto-

mann

mannicam deſcripſerunt. STEPHANVS GERLACHIVS edidit *Tag-Buch der von Maximiliano and Rudolpho II an die Pforte abgefertigten Geſandſchafft, Francfurt 1674. f.* Elegantiſſimæ ſunt AVGERII GISLENII BVSBEQVII *legationis Turcicæ epiſtolæ, Francofurti 1629. 4.* multa prudentia ſcriptæ. PAULUS TAFFERNIER *cæſariam legationem* deſcripſit, quam Walterus Comes de Leslie, nomine Leopoldi ſuſcepit, *Viennæ 1672. 8.* SAMVELIS KVSSEWICTZII *narratio legationis Xbarauianæ* ex Polonia in Turciam prodiit *Dantiſci 1645. 12. & 1653. 4.*

§. XII.

Pergimus nunc ad eos, qui chorographiam, mores, ſtatum politicum atque itineraria Conſtantinopolim verſus ſcripſerunt. PETRI GYLLII quidem habemus *deſcriptionem vrbis Conſtantinopolitanæ, Lugduni 1632. 12* Ad mores Turcarum primum facit BARTHOLOMÆUS GEORGIEWITZ *in epitome ſua de moribus Turcarum, Geneuæ 1598. 16.* IO. BAPTISTÆ MONTALBANI *Commentarius de moribus Turcarum, Romæ 1636. 8.* Præ cæteris vero hic conſiderandi veniunt Scriptores, qui aulam Turcicam deſcripſerunt. ANTONII GEUFRÆI *aula Turcica, Baſileæ 1577. 8.* PE-

TRI BIZARI *aulæ Turcicæ atque Imperii Ottomannici deſcriptio, Baſileæ 1573. 8.* & quæ melior adhuc eſt NICOLAI HONIGERI *deſcriptio aulæ Turcicæ & Imperii Ottomannici, Baſileæ 1528. f.* Præcipue vero egregium eſt ſcriptum PAVLI RICAVT, quod edidit ſub titulo: *præſens ſtatus Imperii Ottomannici, III libris, de vera reipublicæ, religionis & diſciplinæ militaris ratione Turcarum, Londini 1666. f.* quod poſtea per Briotum gallice verſum prodiit ſub titulo: *Hiſtoire de l'etat preſent de l'empire Ottomann, à Amſterdam 1670. 12.* ſcriptum autem eſt plane egregium, in quo fundamenta ſtatus politici, officiales, dignitates, præfecturæ, religio, ritus ſacrorum & miniſtri ſtatus quoque militaris accurate deſcribuntur. Hi quidem præter politicum ſtatum diuerſos quoque mores conſiderant, ad illum ſaltim facit Dominus du VIGNAV in libro, quem inſcripſit *l'tat preſent de la puiſſance Ottomane, avec les cauſes de ſon accroiſſement & celles de ſa decadence, à Paris 1687. 12.* in quo cauſſas potentiæ atque infirmitatis elegantiſſime deducit. MICHAELIS FEVRE *Theatrum Turcicum* gallice ſcriptum atque editum *Pariſiis 1686. 4.* præter Turcorum originem, horum potentiam, prouincias, reditus & ſimilia accurate deſcribit; atque commu-

nes

nes defectus aliorum notat. Quæ italico ſermone prodiit ANTONII GEROPOLDI *trutina hiſtorico politica Imperii Ottomanici, Venetiis 1686. 4.* non ſolum hiſtoriam & Annales Sultanorum deſcribit, ſed varia aulæ arcana, inter quæ etiam rationem obſidionis Viennenſis & trium nouiſſimorum portæ Ottomannicæ miniſtrorum Chriſtianorum vitam & diuerſa fata exhibet. Domini de la CROIX *Memoires, à Paris 1684.* 12 multa ſingularia continent. Præterea extant *Turcici Imperii Status, ſeu diſcurſus varii, de rebus Turcarum, Lugduni Batavorum 1654. 12.* CASPARIS DORNAVII liber *de incrementis dominationis Turcicæ, Francofurti 1615. 4.* VBERTI FOLIETÆ *de cauſis magnitudinis Imperii Turcici, Lipſiæ 1594 8.* RENATI de LVSINGA *de augmento, conſeruatione & occaſu Imperiorum, Turcici imprimis. Francofurti 1609. 8.* LATZARI SORANTZII *Ottomannus, ſeu de rebus Turcicis liber, Hanouiæ 1599. 12 & conſilia tria de Imperio Ottomannico euertendo, Froncofurti 1600. 8.* NICOLAVS REVSNERVS quoque in libris XVI *epiſtolarum Turcicarum* variorum auctorum *Francofurti 1608. 4.* multa inſeruit politi-

ca. Addimus vltimo loco itineraria, quæ & ad chorographiam, mores & ſtatum politicum faciunt. Quale eſt IOANNIS BAPTISTÆ TAVERNIER *ſechsmahlige Reyſe durch Türckey, Perſien und Indien, Nürnberg 1681. f.* PETRI della VALLE *voyage en Turquie, Ægypte, Palæſtine, Perſe, à Paris 1662. 4* & germanicæ *Geneuæ 1674. f.* Mr. de BOVRGES *relation du voyage de Monſeigneur l'Eveque de Beryte par la Turquie, la Perſe, les Indes iusqu'au Royaume de Siam & autres lieux à Paris 1666. 8.* IACOBI GASSOT *relation du voyage de Veniſe à Conſtantinople, à Bourges 1684. 12.* & ſimilia.

§. XIII.

Arabia vel Turcis paret, vel propriis ſubiecta eſt Principibus. GABRIELIS SIONITÆ habemus *deſcriptionem*, GREGORII ABULFARAII *ſpecimen Hiſtoriæ Arabum, de origine & moribus Arabum*, ex verſione latina *Eduardi Pokockii* prodiit, *Oxonii 1650. 4.* ABRAHAMI ECCHELLENSIS *Hiſtoria Arabum, Pariſiis* prodiit *1651. f.* & quæ germanice verſa eſt OLFERTI DAPPERi *Natolia & Arabia, Amſtelodami 1681. f.* Ad Ægypti Hiſtoriam faciunt primum ATHANASII KIRCHERI ſcripta, inter quæ præcipuus eſt *Oedipus Ægyptiacus, Romæ 1654. f* ſed

: ſed in hoc atque aliis potius antiquitates tque Hieroglyphica Ægyptiorum explaantur. Alias MVRTADI *Hiſtoria Ægytiaca de Pyramidibus, Nilo &c.* arabice priaum prodiit, poſt per Vattierum gallice vera *Pariſiis 1666. 12* & per Ioannem Dauis, nglice, *Londini 1670. 8.* MARCI FRIDERICI WENDELINI *admiranda Nili, Francourti* prodierunt *1623. 8.* Accuratior vero ſt PETRI WYCHE *breuis relatio de Nio, eius curſu, æſtu, &c.* per virum, qui aliuot annis in Imperio Abyſſino vixit, ex Luitanica in Anglicam linguam translata, *Londii 1670. 8.*

CAPUT DVODECIMVM

DE

SCRIPTORIBUS RERUM AFRICANARUM ET AMERICANARUM.

§. I. Scriptores de Africa in genere. §. II. Scriptores hiſtoriæ Barbaricæ, regni Fetz & Marocco, Congo & ſimilium. §. III. Scriptores Hiſtoriæ Aethiopicæ. §. IV. Scriptores rerum Americanarum in genere. §. V. Scriptores qui America

 dete-

detectæ atque occupatæ hiſtoriam tradiderunt. §. V. Scriptores qui ſpecialem Americæ prouinciarum hiſtoriam ediderunt. §. VII. Scriptores qui de origine gentis Americanæ & rebus naturalibus egerunt.

§. I.

AB Aſiaticis prouinciis pergimus ad Africanas, vbi primum occurrit LEONIS AFRICANI *deſcriptio Africæ, Antwerpiæ 1556. 4.* qua Geographia egregie deducitur. LVDOVICI MARMOLII *deſcriptio Africæ generalis* libris tribus conſtans, hispanice primum prodiit *Granatæ 1573. f.* poſt gallice verſa per *Nicolaum Perottum, Pariſiis 1667. 4.* Præcipue vero æſtimandi veniunt IOANNIS BAPTISTÆ GRAMMAYE *Africæ illuſtratæ libri X, Tornaci 1622. 4* & quæ præſtat OLFERTI DAPPERI *Africa, Amſtelodami 1670. f.* quæ ad generalem Africæ deſcriptionem multum conducit. Optima vero eſt Domini de la CROIX *Deſcriptio vniuerſalis Africæ antiquæ & hodiernæ*, quatuor partibus diſtincta, *Lugduni 1688. 12.* qua omnes Africæ prouinciæ, vrbes atque ri-

tus

tus, additis mappis Geographicis elegantiſſime deſcribuntur.

§ II.

Inter ſpeciales prouincias occurrit primo proprie ſic dicta Barbaria. PETRVS quidem DANIEL ſcripſit *Hiſtoire de Barbarie & de ſes Corſaires, à Paris 1649. 4.* Hiſtoria *Taffiletti Imperatoris Barbariæ*, anglice primum edita, poſt gallice verſa, inde italice prodiit *Bononiæ 1670. 12.* L. DESMAY *relation nouvelle particuliere du voyage des Peres de la Mercy, aux Royaumes de Fez & de Maroc, pour la redemption des captifs Chretiens negeciée en l'an 1681, avec Moule Iſmael Roy de Fez & de Maroc, à Paris 1682. 12.* Sr. MOEUTTE habemus *Hiſtoire des conquetes de Mouley Acchy, connu ſous le nom de Roy de Tafilet & de Mouley & Iſmael, ou Semein ſon frere & ſon ſucceſſeur à preſent regnant tous deux Rois de Fez, à Paris 1683 12.* De *Nigritia* relationem edidit pater GABIUS, ubi & præter chorographiam, religionem, mores, ritus & ſingularia regionis deſcribit, gallice, *Pariſiis 1689. 12.* De *Guinea* habemus relationem gallice ſcriptam, *Pariſiis 1669. 12.* & Dominia VIL-

LAVLT *relationem de terra Africana, Guinea* anglice, *Londini 1670. 12.* Regnum Congo inter Africana haut minimum eſt, de quo varii extant ſcriptores, MICHAEL ANGELVS de GVATINI & DIONYSIVS de PLACENZA, patres Capucini & miſſionarii pontificii iter ſuum ipſi deſcripſerunt *in regnum, Italice, Bononiæ 1678, 12.* Idem egit IO. ANTONIVS CAVASI in hiſtorica *deſcriptione regni Congo, Matamba & Angola, Bononiæ 1687. f.*

§. III.

Ad Æthiopiæ hiſtoriam primum facit HELIODORI *hiſtoria Æthiopica*, quæ græce & latine prodiit ex recenſione Hieronymi Commelini, *Lugduni B. 1611. 8.* & *Francofurti 1630. 8.* cum animaduerſionibus vero *Bourdelotii, Pariſiis 1619. 8.* quæ ad hiſtoriam veterum Æthiopum facit. Ad recentiorem ſtatum facit LVDOVICI de VRRETA *hiſtoria, Æthiopica* cum additionibus *Antonii Colazzi,* luſitanice *Eboræ 1611. 4.* EMANVELIS ALMEIDÆ *litteræ annuæ ex Æthiopia,* italice, *Romæ 1629. 12.* ALOSII DVLCEBENII *litteræ annuæ Sinenſes & Æthiopicæ, Romæ 1632. 8.* Præcipue vero commendandum eſt ſcriptum FRANCISCI ALVARETZII *warhaffter Bericht von den Ländern des Königs in Æthiopien, den wir Prieſter Iohannes nennen, aus dem Portugiſiſchen*

eſiſchen vnd Italianiſchen ins teuiſche gebracht, *isleben 1566. f.* Auctor hic, legationis a Portugallis miſſæ ſocius, totam illam legatio-em, qua ratione peracta, atque ipſum terræ ſtatum tum ciuilem tum eccleſiaſticum, itusque tum ſacros tum profanos deſcribit, & fundamentum olim prætulit hiſtoriæ Æthiopiæ. NICOLAVS GODIGNVS de *Abyſſinorum deque Æthiopiæ patriarchis Ioanne Nonio Barreto, & Andrea Ouiedo* ſcripſit *libros III. Lugduni 1615. 8.* IOANNES dos SANTOS portugallico ſermone ſcripſerat *Æthiopiæ Hiſtoriam*, quam in gallicum poſtea transtulit *Gratianus Charpy Pariſiis 1684. 12.* Omnibus autem palmam præripit illuſtris vir; HIOBVS LVDOLPHVS: *Sciagraphiam* hic primum edidit *Hiſtoriæ Æthiopicæ, ſiue regni Abyſſinorum, quod vulgo perperam presbyteri Iohannis vocatur, Ienæ 1676,* quam prodromum eſſe voluit maioris operis a ſe edendi, quod paullo poſt inſecutum fuit hoc titulo: *Hiſtoria Æthiopica, ſiue breuis & ſuccincta deſcriptio Regni Abyſſinorum, quod vulgo male presbyteri Ioannis vocatur. In qua libris quatuor agitur de natura & indole regionis & incolarum, de Regimine Politico, regum ſucceſſione, de ſtatu eccleſiaſtico, initio & progreſſu religionis Chriſtianæ, demum de rebus priuatis, litteratura, œconomia Francofurti 1681. f.* Hoc autem opus multa

cura,

cura, magnis quoque impenſis ſumtibus collegit, plurimum tamen ex patrum S. I. epiſtolis annuis, quas *Balthaſar Tellezius* collegit & Habeſſini cuiusdam exulis, Gregorii nomine, quo ipſe in Germania familiariter vſus fuerat, ſe profeciſſe dicit. Addidit poſtea *Commentarium in ſuam Hiſtoriam, Francofurti 1691. f.* quo non ſolum res Æthiopicæ, ſed etiam varia S. Scripturæ loca atque antiquitates eccleſiaſticæ egregie illuſtrantur. Hoc opus autem inſtar omnium eſt, particularia tamen quædam ſcripta adhuc addi merentur. DAMIANI a GOES liber *de fide, religione, moribusque Aethiopum, Louanii 1540. 8.* IOANNIS LVDOVICI HANNEMANNI *ſcrutinium nigredinis poſterorum Cham ſiue Æthiopum, Kiloni 1677. 4.* & IOANNIS NICOLAI PECHLINI liber *de habitu & colore Aethiopum, Kiloni 1677. 8.*

§. IV.

Generalem Americæ hiſtoriam plures ſunt, qui ſcripſerunt. ABRAHAMI ORTELII quidem habemus *Americæ ſiue noui orbis deſcriptionem, Antwerpiæ 1587. f.* CHRISTOPHORI COLVMBI *deſcriptionem Americæ, Baſileæ 1493. 8.* ANTONII HERRERÆ *nouum orbem ſ. deſcriptionem Indiæ Occidentalis metaphraſte Caſpare Barlæo, Amſtelodami 1622. f.* Ger-

Germanico ſermone habemus IOSEPHI
COSTÆ *Beſchreibung der neuen Welt oder
West-Indien, Francfurt 1617.* & NICOLAI
IONIGERI *Beſchreibung der neuen Welt,
Baſel 1582. f.* THEODORVS de BRY edi-
dit *deſcriptionem Americanarum prouinciarum
& incolarum, tribus tomis, Francofurti 1590. f.*
qua non ſolum ſitum locorum, ſed etiam
mores incolarum aliaque quæ neceſſaria, de-
ſcribit. Optima vero eſt IOANNIS de
LAET *Americæ vtriusque deſcriptio, Lugdu-
ni Batauorum 1633. f.* in hac enim non ſo-
lum ſitus generalis, ſed etiam ſpecialium pro-
uinciarium ratio, incolarum mores, natura-
lia, aliaque quæ neceſſaria, elegantiſſime de-
ſcribuntur. Addimus OLFERTI DAPPE-
RI *Americam, Amſt. 1671. f.* IACOBVS HV-
GO LINSCHOTANUS quoque edidit *de-
ſcriptionem totius Guineæ tractatus & Americæ
aditus, reditus, populi mores, Hagæ 1598. f.* cui
accedunt IOANNIS MATALII *tabulæ æneæ
Americam deſcribentes.* RICHARDI BLO-
MII habemus *l'Amerique Angloiſe, a Amſter-
dam 1688, 12.* qua omnes inſulas atque regio-
nes Anglicanas, Angliæ regi ſubiectus deſcri-
bit elegantiſſime.

§. V.

Alii fuerunt, qui Americæ vel detectæ
vel à diuerſis gentibus occupatæ hiſtoriam
nobis

nobis traderent. Ita habemus HIERONYMI BENTZONI *noui orbis Hiſtoriæ rerum ab Hiſpanis in India Occidentali geſtarum partes XIII.* quæ *Francofurti 1596. f.* & ſequentibus annis prodierunt, atque poſtea in germanicum quoque ſermonem fuerunt translatæ. Præterea extat MARTINI FORBISSERI *nauigatio in regiones Occidentis & Septentrionis* in latinum translata per Ioannem Thomam Freigium, *1580. 8.* IOANNIS LERII *hiſtoria nauigationis in Braſiliam Geneuæ 1587. 6.* BALTHASARIS LYDII *nouus orbis, ſiue nauigationes primæ in Americam, Roterodami 1616. 8.* PETRVS MARTYR in decadibus VIII. de nouo Orbe, *Pariſiis 1587. 8.* editis varias nauigationem in nouum Orbem deſcribit. *Hiſtoriam occupatæ Floridæ* per Hiſpanos a nobili quodam Luſitano deſcriptam in gallicum ſermonem tranſtulit M. D. C. *à Paris 1685. 12.*

§. VI.

Specialium Americæ prouinciarum deſcriptionem alii nobis dederunt. Inter hos extat IACOBI le MAIRE *narratio breuis eorum, quæ in Florida, Americæ prouincia Gallis acciderunt, Francofurti 1591. f.* THOMAS GAGE edidit *nouuelle relation contenant les voyages de luy dans la nouuelle Eſpagne,*

ſes

ſes diverſes avantures, & ſon retour, avec la deſcription de la ville de Mexique, traduite de l'Anglois, par le Sr. de Beaulieu à Paris 1679. 12. LUDOVICUS HENNEPIN edidit *deſcription de la Louiſiane nouvellement decouverte ou Sud Oueſt de la nouvelle France, à Paris 1683. 12.* Americanas inſulas, *Antilles* dictas optime deſcripſit Sr. ROCHEFORT, *à Rouan 1665 4.* CHRISTOPHORVS d'ACUNA edidit *relation de la riviere des Amazones, à Paris 1682. 12.* THOMAS CAMPANVS *deſcription m nouæ Sueciæ, nunc ab Anglis dictæ Penſyluaniæ* dedit, *Stockbolmiæ 1702. 4.* in qua non ſolum hanc terram Suecorum olim fuiſſe coloniam probat, ſed etiam mores, inſtituta, leges & religionem incolarum deſcribit. Antea prodierat FRANCISCI DANIELIS PASTORII deſcriptio *Penſyluaniæ, Francofurti 1700. 8,* quam tamen in multis refutauerat Campanus. LÆVINUS APOLLINIUS *de Peruuiæ religione, tertiæ novi orbis parte & rebus in ea geſtis fuit* commentatus, *Antwerpiæ 1567. 8.* Idem quoque ſcripſit *de nauigatione Gallorum in terram Floridam, deque clade anno 1565. ab Hiſpanis accepta, Baſileæ 1583. f.* CASPARIS BARLÆI *hiſtoria rerum in Braſilia ſub Mauritio Comite Naſſouio geſtarum* elegantiſſima eſt, *Amſtelodami 1647. f.*

§. VII.

§. VII.

Tandem quoque conſiderandi veniunt Scriptores, qui de origine gentis Americanæ & rebus naturalibus egerunt. De originibus quidem varii varia fuerunt commentati. HVGO GROTIVS primus eſt, qui hanc quæſtionem mouit in tractatu *de origine Americanorum, Amſtelodami 1643. 8*, qui Americanos Borealiores ex Norvvegia ortos ac per Grönlandiam in Americam veniſſe dicit: Iucatenenſes vero & vicinos ex Æthiopia, Peruuianos ex China. Huic autem & Lerio qui Americanos Chananæorum reliquias eſſe dixerat reſpondit. IOANNES BAPTISTA POISSONVS in *animaduerſione ſua ad ea, quæ Grotius & Lerius de origine gentium Peruuianarum & Mexicanarum ſcripſerunt, Pariſiis 1644. 8.* ROBERTVS COMTÆVS *de origine gentium Americanarum, Amſtelodami 1644. 8* illas a Carthaginenſibus deriuat. GEORGIVS HORNIVS vero in libris IV *de originibus Americanis, Hagæ Comitum 1652. 8* pleraſque de hac materia diuerſas opiniones congeſſit. FRANCISCVS HERMANDETZ *de plantis & animalibus noui orbis* ſcripſit *Romæ 1651. f.* WILHELMVS HVGHES *de radicibus, plantis, arboribus, fructibus & herbis ab Anglis in America plantatis*, anglice, *Londini 1666. 12.*

FRAN-

FRANCISCVS XIMENES *de viribus plantarum & animalium in medicina*, *Mexici* 1615. 8.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

DE SCRIPTORIBUS RERUM PORTUGALLICARUM ET HISPANICARUM.

§. I. *Diſpoſitio generalis Scriptorum hiſtoriæ Europeæ.* §. II. *Scriptores qui ad ſtatum Geographicum Portugalliæ faciunt.* §. III. *Scriptores qui ad ſtatum Hiſtoricum regni Portugallici faciunt.* §. IV. *Scriptores qui ad ſtatum politicum Portugalliæ faciunt.* §. V. *Scriptores qui ad ſtatum Geographicum Hiſpaniæ faciunt.* §. VI. *Scriptores qui in Hiſpaniæ illuſtratæ tomis continentur.* §. VII. *Scriptores hiſtoriæ Hiſpanicæ ſeparatim editi.* §. VIII. *Scriptores qui ad ſtatum certarum tantum prouinciarum faciunt.* §. IX. *Scriptores de illuſtribus Hiſpaniæ viris.* §. X. *Scriptores qui ad ſtatum politicum Hiſpa-*

niæ faciunt. §. *XI. Scriptores qui iura ſucceſſionis Hiſpanicæ indagarunt.*

§. I.

Hiſtoriam litterariam trium orbis partium iam abſoluimus, pergimus nunc ad Scriptores hiſtoriæ Europææ, quos primum ſecundum regna diſtinguemus, in ſingulis vero certum ordinem obſeruemus. Hic autem potiſſimum triplex erit: vt Scriptores regnorum conſideremus ſecundum chronographiam, explicantes in eadem ſitum tum generalem tum ſpecialem, deſcriptionem vrbium, ſtatum naturalem, mores & ritus incolarum & ſimilia: dein progredimur ad ſtatum hiſtoricum vel vniuerſalem regni explicantes, vel particularem regum & prouinciarum: tertio loco ad ſtatum politicum, in eodem conſiderantes quæ formam, ſucceſſionem, politiam & iura regni regumque concernunt. Initium autem naturæ ſequentes, ab Portugalliæ & Hiſpaniæ regnis exordiemur.

§. II.

Ad Portugalliæ ſtatum geographicum facit PETRI du VAL *le Royaume de Portugal,*

tal, diviſé en ſes ſix grands gouvernemens, à Paris 1664. 12. ANTONIVS de VASCONCELLIS quoque *deſcriptionem Luſitaniæ* edidit, *Antwerpiæ 1621. 4.* Hunc ſecutus fuit NICOLAVS OLIVEIRA *in deſcriptione Portugalliæ 1620. 4.* Sic etiam habemus MARTINI ZEILERI *itinerarium Luſitaniæ, Amſtelodami 1656. 12.* Optima vero eſt IOANNIS BAPTISTÆ BIRAGO *Hiſtoria regni Portugalliæ, Legion 1646. 4* Præterea extant L. ANDREÆ RESENDII *antiquitatum Luſitanicarum Tomi IV, Colonii 1600. 8,* quibus acceſſit *de municipio Eborenſi* tractatus; aliusque de eodem municipio DIDACI MENDETZ de VASCONCELOS. DAMIANI a GOES habemus *deſcriptionem urbis Olyſſiponenſis, Ebora 1554. 4.*

§. III.

Statum Hiſtoricum regni Portugallici deſcribit IOANNES BAPTISTA BIRAGO, *in Hiſtoria regni Portugallici,* quæ Italice prodiit *Lugduni 1646. 8.* atque res Portugallicas a prima origine, per ſucceſſiones Comitum & Regum, varias mutationes, ſtatumque politicum egregie deſcribit. IOANNES BAPTISTA LAMBERTINVS *Theatrum Regum*, ſiue tabulas Regum Hiſpaniæ & Luſitaniæ deſcripſit *Bruxellis 1620.* ANTONII de SOUSA quoque habemus

mus, *genealogiam Regum Luſitaniæ, Londini 1643. 4.* EMANUEL CONSTANTINUS *hiſtoriam* ſcripſit *de origine atque vita regum Luſitaniæ, Romæ 1601. 4.* Id quod etiam gallico ſermone egit THEODORUS GOTHOFREDUS in diſcurſu ſuo *de origine Regum Portugalliæ, Pariſiis 1612. 4.* Antonius Brandaonius Monarchiam Luſitanicam deſcripſit, Liſabonæ 1632. f. & Bernardus Britus in monarchia Luſitana, Liſabonæ 1605. f. Italico ſermone habemus IEREMIÆ GIBLETI *hiſtoriam Regum Luſitaniæ, Bononiæ 1647. 4.* Gallico ſermone GALLARDUS talem ſcripſit *Leodii 1670. 12.* Hiſpanico ſermone MANUEL de FARIA y SOUSA *epitomen hiſtoriæ Portugallicæ* dedit *Bruxellis 1677. f.* Ad particularem hiſtoriam ſunt etiam qui faciant. *Vitam Ioannis I.* Portugallico ſermone ſcripſit GARCIAS RESENDIUS, *Eboræ 1554. f.* & AUGUSTINUS MANUEL VASCONCELLUS *Madriti 1639. 4.* Inter celebratiſſimos Portugalliæ Reges eſt *Emanuel*, cuius *vitam & res geſtas* multa cura deſcripſit HIERONYMUS OSORIUS, *Coloniæ 1597. 4.* Præcipue vero nota eſt controuerſia de ſucceſſione in Hiſpaniæ regnum, quæ poſt mortem Henrici Cardinalis fuir mota, potiora iura prætendentibus Philippo II Hiſpa-

nia

niarum rege, Ioanne Bragantino, & Antonio notho. MICHAEL ab AGUIRRE *de ſucceſſione regni Portugalliæ pro Philippo II.* ſcripſit, *Venetiis 1599. 4.* & plenius adhuc HIERONYMVS CONNESTAGIVS *de Portugalliæ coniunctione cum regno Caſtellæ per Philippum II, Venetiis 1642. 8.* Bragantini vero iura magna induſtria defendit CARAMVEL de LOBKOWITZ *in Ioanne Bragantino, Louanii 1642. 4.* Iura Antonii defenduntur in tractatu, cui titulus: *excellent & libre diſcours du droit de la ſucceſſion Royale au Royaume de Portugal, & de la ſucceſſion legitime du Roy Antoine, à Paris 1607.* 12. Huius vero Antonii vitam gallico ſermone ſcripſit fœmina, quæ nomen ſuum reticuit in libro, cui titulus: *Hiſtoire de Dom Antoine Roy de Portugal, à Amſterdam 1696.* 12. qua non nothum fuiſſe Antonium contendit, ſed matrem eiusdem Ludouico patri, clandeſtino quidem, vero tamen & legitimo matrimonio iunctam fuiſſe variis documentis comprobat. Sed cum ſub medium ſuperioris ſeculi iugum Hiſpanicum excuterent Luſitani, de hoc ipſo egregie commentatus eſt ANTONIVS de SOVSA in *Luſitania liberata, Londini 1645. f.* FLAVIUS VELASCUS GOVEANUS, *pro iure Iohannis IV Portugalliæ Regis iuſto conſalutati*

 ſcri-

ſcripſit *aduerſus Hiſpaniæ Regem*, *Olyſſiponæ 1645. f.* Extat quoque *panegyris apologetica pro Luſitania vindicata a ſeruitute iniuſta, ab iugo iniquo a tyrannide immani Caſtellæ, iure, virtute, opera Ioannis IV, iuſti Regis, anno captiuitatis ſexageſimo, Pariſiis 1641. 4. Emanuelis Regis vitam* quoque ſcripſit DAMIANVS a GOES, *Lisbonæ 1629. f.* Ad *vitam Sebaſtiani* facit IOSEPHI TEXERÆ *Suite d'vn diſcours intitulé Adventure, touchant Don Sebaſtian, Roy de Portugal, 1602. 8.* Eiusdem *bellum Africanum* deſcripſit CYRVS SPONTONVS, italice, *Bononiæ 1601. 4. Vitam & mortem* vero frater ANTONIVS de SAN ROMAN, *Valladolidi 1603. 4.* Præcipue vero in hac mutatione commendandum eſt, CAIETANI PASSARELLI *bellum Luſitanum, Lugduni 1684. f.* editum, in quo præter ſtatum Luſitaniæ, veræ cauſſa & hiſtoria defectionis Portugallorum ab Hiſpanis deſcribuntur. Plenius vero illud ſibi propoſuerat LVDOVICVS de MENEZES *in Hiſtoria de Portugal reſtaurado, Liſabonæ 1689. f*, qua quatuor tomis omnem hanc hiſtoriam prolixius exponere ſibi propoſuit, cum variis momentis, quæ ipſi in ſummis aulæ miniſteriis verſato erant ſingularia. Sed non niſi primus eiusdem tomus prodiit. FRANCISCVS MACHA-

DO

DO *Ioanni IV. Luſitaniæ regi mauſolæum* ſtruxit *Olyſſipone 1651. 4.* Recentiorem hiſtoriam deſcriptam videmus in libro, *FREMONDI d'ABLANCOURT*, cui titulus: *Memoires de Mr. d'Ablancourt envoyé de ſa Maieſté tres chretienne Louis XIV en Portugal, contenant l'hiſtoire de Portugal, depuis le Traitté des Pyrenées de 1659 iusqu'a 1668 à Amſterdam 1701. 12*, in quibus reperiuntur varia, quæ etiam ad ſtatum politicum notatu ſunt digna.

§. IV.

Tandem quoque conſiderandi veniunt qui ſolummodo ad ſtatum politicum Portugalliæ faciunt. Talis eſt *HENRICI COCCEII iuſtitia belli & pacis in ſtatu regni Portugalliæ fundata, Francofurti ad Viadrum 1693. 4.* qua ex hiſtoria Portugallica varias quæſtiones iuris naturæ & gentium declarat eruditiſſime. Eundem ſtatum politicum deſcriptum videmus in libro *IOANNIS de LAET*, cuius titulus eſt: *Portugallia, ſiue de Regis Partugalliæ regnis & opibus, Lugduni Batauorum 1642. 12.* quem ex Oliueira excerpſit Gallico idiomate prodiit *S. MARTHE l'etat de Portugall, a Paris 1680. 8.* præter alios qui in hiſtorica deſcriptione ſimul ad ſtatum politicum faciunt. Elegantiſſima vero eſt *deſcriptio aulæ Portugallicæ ſub moderno*

Rege Petro II angliæ ſcripta, *Londini 1700*, *8*.

§. V.

Ad Geographicum Hiſpaniæ ſtatum facit *LUDOVICI NONII Hiſpania, ſiue populorum, vrbium, inſularum ac flumiuum deſcriptio, Antwerpiæ 1607*, *8*. quæ accurata eſt. *MARTINUS ZEILERUS itinerarium* ſcripſit *Hiſpaniæ & Luſitaniæ, Amſtelodami 1656*, *12*. quod poſtea germanice verſum prodiit, *Norimbergæ 1650*. *8*. *PAULUS MERULA in Coſmographiæ* ſuæ parte ſecunda ſpeciatim quoque Hiſpaniam deſcribit, *Amſtelodami 1636*. *12*. Recentiora ſcripta ſunt *Voyage d'Eſpagne curieux fait en l'année 1655*. *1666*. *12*. qui liber plane egregius eſt, & præter ſitum locorum, ſtatum aulæ illorum temporum, mores, næuos atque vitia Hiſpanorum elegantiſſime deſcribit. *CONTARINI relations d'Eſpagne, a Mombelgard 1666*. *12*. & præcipue *relation du voyage d'Eſpagne de Madame la Comteſſe d'Aunoy, à Paris 1691*. *12*. quæ poſtea Germanice quoque fuit verſa *Lipſiæ 1694*. *12*. & præter geographicum ſtatum, mores quoque atque ritus varios deſcribit eosdemque ſingulares. Præterea habemus *IOANNIS MAKLE Reiſe - Beſchreibung in Spanien, Francfurt 1667*. *12*, quæ ex gallico verſa. Haut ita pridem prodiit *des Königreichs Spanien*

ien Land, Staats- und Städte-Beſchreibung, Leipzig 1700. 12. Quæ omnem Hiſpaniæ ſtatum deſcribit, ad illud potiſſimum vtilis, vt quod in præcipuis ſcriptoribus reperiatur, in hac deſcriptione collectum videamus. Magis tamen æſtimanda eſt *Schauplatz von Spanien und Portugall*, quæ *Amſtelodami 1704. 12.* prodiit, atque in vrbium deſcriptione & ſtatu geographico accuratior eſt. Præ cæteris vero æſtimari debet *IOANNIS ANDREÆ BOSII Hiſpania, Ducatus Mediolanenſis & regni Neapolitani notitia* partim generalis, partim ſpecialis, e muſeo *Ioh. Andreæ Schmidtii, Helmſtadti 1702. 4.* in qua potiſſimum ſtatum Geographicum, naturalem & politicum deſcribit. *Inſcriptiones antiquas in Hiſpania repertas*, deſcripſit *ADOLPHVS OCCO, Heidelbergæ 1596. f.* Vt taceam varias particulares vrbium Hiſpaniæ præcipuarum deſcriptiones, quæ Hiſpanico idiomate proſtant. Ita *HIERONYMUS QVINTANA hiſtoriam Madriti* atque antiquitatum eiusdem vrbis deſcripſit *Madriti 1629. f.* Gallico ſermone prodiit: *Relation de Madrid, ou remarques ſur les mœurs de ſes Habitans, à Cologne 1665. 12.* Alias ſcripſit *VINCENTIVS de MIRAVALL hiſtoriam Tortoſæ, Madriti 1641. 4. FRANCISCUS de PISA deſcriptionem vrbis Toleti 1641. f. GVILIELMUS GONTZA-*

LEZ d'AVILA hiſtoriam & antiquitates Salamanticæ 1606. 4. ALONSUS FERNANDETZ hiſtoriam & annales ciuitatis Placentiæ, Madriti 1627. f. ATHANASIVS de LOBERA hiſtoriam Legionis, Valledolidi 1596. 4. ALONSVS MARGADVS hiſtoriam Seuiliæ 1587. f. AMBROSIVS MORALIS deſcriptionem Cordubæ, alii alia.

§. VI.

Ad Hiſpaniæ hiſtoriam faciunt ſcriptores varii & præcipue *Hiſpaniæ illuſtratæ* Tomi duo ex bibliotheca *Roberti Beli, Francofurti 1579. f.* qui poſtea auctius ex bibliotheca *Andreæ Schotti* prodierunt quatuor tomis, *Francofurti 1603. f.* Continentur iisdem *MARII ARETII Hiſpaniæ Chronographia. IOANNIS MARGARINI paralipomenon Hiſpaniæ libri X. RODERICI SANCTII hiſtoriæ Hiſpanicæ* partes quatuor. *ALPHONSI a CARTHAGENA Regum Hiſpaniæ anacephalæoſis. L. MARINEI SICULI de rebus Hiſpaniæ memorabilibus libri XXII. FRANCISCI TARAPHÆ de origine ac rebus geſtis Regum Hiſpaniæ liber. Breuis rerum a Philippo II Catholico Rege geſtarum deſcriptio. IOANNIS VASÆI rerum Hiſpanicarum Chronicon. LAVRENTII VALLÆ de rebus a Ferdinando Arragonum Rege geſtis libri III. ÆLII ANTONINI Nebriſſenſis rerum a Ferdinando V & Eliſabetha,*

Hiſpa-

Hiſpaniarum Regibus geſtarum decades duæ. Eiusdem de bello Nauarrenſi libri duo. ALVARI GOMECII *de rebus geſtis Franciſci Ximenii libri VIII.* DAMIANI a GOES *Hiſpania* MICHALIS RITII *de Regibus Hiſpaniæ libri II. Genealogia Regum Hiſpaniæ* recens ex Italico tranſlata & diuerſorum Principum ac Ducum catalogus. Tomus ſecundus Hiſpaniæ illuſtratæ Scriptorum prodiit *Francofurti 1613. f.* atque continet B. ISIDORI *de claris, præſertim Hiſpaniæ ſcriptoribus ac epiſcopis* librum. RODERICI XIMENES *rerum in Hiſpania geſtarum libros IX.* Eiusdem *Oſtro-Gothorum hiſtoriam.* Eiusdem *hiſtoriam Arabum.* Eiusdem *hiſtoriam Romanorum.* PETRI PANTINI *de dignitatibus & officiis regni ac domus regiæ Gothorum commentarium.* IOANNIS MARIANÆ *Hiſtoriæ de rebus Hiſpania libros XX.* ALFONSI GARSIÆ MATAMORI *de academiis & doctis viris Hiſpaniæ librum.* DAMIANI a GOES *vitam,* Eiusdemque *epiſtolam ad Ioannem Iacobum Fuggerum pro defenſione Hiſpaniæ.* L. ANDREÆ RESENDII *epiſtolam hiſtoricam de æra Hiſpanorum. Nomenclaturam vrbium Hiſpaniæ.* HIERONYMI PAVLI, Barcinonenſis *de fluminibus & montibus Hiſpaniæ librum,* Eiusdem *vrbis Barcinonenſis deſcriptionem & epiſcoporum catalogum.* HIERONYMI BLANCÆ *regum Arragoniæ ſeriem*

riem, cum ſuccincta eorum vitæ. AMBROSII MORALIS Cordubam. CAROLI VERARDI expugnationem Granadæ. DAMIANI a GOES Vliſſiponenſis vrbis deſcriptionem. Eiusdem *de Imperio ac rebus Luſitanorum* librum ad Paulum Iouium. *L. ANDREÆ RESENDII antiquitatum Luſitaniæ libros IV.* & *de municipio Eborenſi* librum vnum ab Andrea Schotto latinum factum cum ſcholiis Menoëtii. Eiusdem de *Colonia Pacenſi epiſtolam.* Eiusdem *de Eborenſis eccleſiæ ſanctis ad Bartholomæum Kebedium epiſtolam. AMBROSII MORALIS epiſtolam ad Reſendium, cum eiusdem reſponſione de Traiani pontis inſcriptione. IOANNIS ANTONII VIPERANI de obtenta Portugallia a Rege Catholico Philippo* hiſtoriam. *HIERONYMI CONNESTAGGII de Portugalliæ coniunctione cum regno Caſtellæ* tractatum. *DVARDI NEONII LEONIS cenſuras in libellum de regum Portugalliæ origine, qui Fratris Ioannis Teixeræ nomine circumfertur.* Eiusdem *de vera Regum Portugalliæ genealogia. Genealogiam Regum Aethiopiæ. CHRISTOPHORI COLVMBI de inſulis nuper inuentis epiſtolam. De legatione Imp. Aethiopiæ ad Clementem potificem DAMIANI a GOES* tractatum *de religione & moribus Aethiopum. IOANNIS*

Portu-

Portugalliæ Regis *litteras ad Clementem, pontificem.* *Epiſtolas aliquot pretioſas Ioannis, Æthiopiæ Regis*, Damiano & Paulo Iouio Interpretibus. *Epiſtolam Helenæ, Auiæ Dauidis, Æthiopum, Regis ad Emanuelem Luſitaniæ Regem* ſcriptum. *DAVIDIS*, Æthiopiæ Regis *litteras ad Regem Emanuelem Portugalliæ* ſcriptas. Eiusdem *epiſtolas ad Portugalliæ Regem. Deplorationem Lappianæ gentis. Epiſtolam Emanuelis, Regis Portugalliæ ad Leonem de victoriis in Africa habitis. Epiſtolas Ioannis III. Regis Portugalliæ ad Paulum III. P. M. de rebus in Oriente feliciter geſtis. DAMIANI a GOES bellum Cambaicum,* ſ, obſidionem vrbis Dienſis. *IACOBI DEVII*, de *rebus ad Dium geſtis* Commentarios. *LVCII ANDREÆ RESENDII epiſtolam de rebus Indicis ad Conradum Goclenium. Ioan. Marianæ Hiſtoriæ Hiſpanicæ appendicem.* Tomus Tertius Hiſpaniæ illuſtratæ prodiit *Francofurti 1603. fol.* in quo continentur *Indices rerum ab Arragoniæ Regibus geſtarum.* GAUFRI-

DI

DI MALATERRÆ *monachi rerum geſtarum a Roberto Viſcardo, Calabriæ Duce & Rogerio fratribus in Campania & Apulia libri IV.* ALEXANDRI COELESINII *Rogerii Siciliæ Regis rerum geſtarum libri IV. Extracta de Chronica Fratris Ptolomæi de Luca de geſtis ſummorum Pontificum & occurrentibus tempore eorundem ſuper Roberti Guiscardi genealogia.* BERNHARDI GOMESII *de vita & rebus geſtis Iacobi I. Regis Arragoniæ.* HIERONYMI BLANCÆ *Commentarii rerum Arragonenſium. Genealogicæ tabulæ. Codicis Legum Wiſigothorum libri XII. & Iſidori Hiſpalenſis epiſcopi de Gothis, Vandalis & Sueuis hiſtoria, S. Chronicon & Procopii Cæſareenſis Rhetoris ex libro* VIII. *Hiſtoriarum locus de Gothorum origine, ex bibliotheca Petri Pithæi. Tandem* quoque prodiit *Hiſpaniæ illuſtratæ Scriptorum Tomus* IV. *Francofurti 1608. f.* quo continentur LVCÆ DIACONI Tudenſis *Chronicon Mundi ab Origine usque ad annum 1274.* VICTORIS epiſcopi TVNNVNENSIS *Chronicon ab* XIIX *Conſulatu*

Theo-

Theodoſii Iunioris vsque ad annum Chriſti 63. IOANNIS abbatis BICLARIENSIS *Chronicon ab initio regni Iuſtini iunioris, vsque ad annum octauum Mauritii Imperatoris.* IDACII *Chronographia a primo Rege Aſſyriorum, Nino vsque ad annum 2. Anthemii.* EVLOGII Martyris *Opera, eiusdemque vita, cum ſcholiis Ambroſii Moralis. Ludouici Nonii Hiſpania, ſeu populorum, vrbium, inſularum & fluminum in ea accuratior deſcriptio.* Inter hosce ſcriptores coniunctim editos præ cæteris æſtimandi ſunt RODERICVS XIMENES, RODERICVS SANCTIVS & IOANNES MARIANA, qui omnes vincit, oratorem tamen adfectat, atque iniquus eſt in Proteſtantes ad Gallos.

§. VII.

Ipſi quidem ſcriptores ſeparatim alias prodierunt, neque tamen eosdem repetemus, ſed tantum alios hic adducemus, qui in hac collectione non continentur. Ita habemus *ſynopſin ſiue Hiſpanicarum omnium hiſtoriarum ſpeculum, Viennæ 1634. 4.* ANTONIVS IVLIVS BRIGNOLVS italico ſermone ſcripſit *Hiſtoriam Hiſpanicam, Geneuæ 1641. 12. Romæ 1654. 12. & Venetiis 1656. 12.* Hiſpani.

ſpanico ſermone illud egit FLORIANVS à CAMPO in *Chronico Hiſpaniæ*, *Comoræ* 1543. 4. LVDOVICVS LOPETZ *tabulas Chronologicas vniuerſales Hiſpaniæ* ſcripſit *Cæſarauguſtæ* 1657, 8. BERNHARDVS IVSTINIANVS *hiſtoriam generalem Monarchiæ Hiſpanicæ antiquæ & modernæ*, italice *Venetiis* 1675. 4. PETRVS BOMBINVS omnem Hiſpaniæ hiſtoriam abſoluere ſibi propoſuerat ſed *Enneadem* tantum *primam* euulgauit ſeu *breuiarium rerum Hiſpanicarum ab A. C.* 712. *ad* 1350. *Venetiis* 1634. 4. CLAVDIVS CLEMENS *tabulas Chronologicas III. de Rebus Hiſpaniæ ante & poſt Chriſtum uſque ad annum* 1641, *Madriti*, 1641. *fol.* STEPHANVS GARIZAY *annales regnorum Caſtellæ, Luſitaniæ, Arragoniæ, Nauarræ, Madriti Gallico* ſermone illud egit MICHAEL du VERDIER in *Abbregé de l'hiſtoire d'Eſpagne à Paris* 1663. 12. Præ cæteris vero æſtimari debet Don DIEGO SAAVEDRA FAXARDO *Corona Gothica, Caſtellana y Auſtriaca, in Münſter* 1646. 4. Sed prima tantum pars ab Alarico vsque ad Rodericum ; trigeſimum quintum Gothorum Regem in Hiſpania prodiit. Liber rariſſimus eſt atque egregius. Hiſpanica quidem lingua ſcriptus eſt , ſed additæ ſunt in margine prolixiores notæ ; quæ non ſolum allegata hiſto

iſtoricorum continent, ſed varias etiam bſeruationes politicas quæ lectu ſunt dinisſimæ.

§. VIII.

Vniuerſam Hiſpaniarum hiſtoriam iſti eſcripſerunt. Alii ad hiſtoriam tantum cerorum Hiſpaniæ regnorum vel particularem ectant. CASPAR SCIOPPIVS quidem *e Arragoniæ regum Origine & poſteritate* ripſit, *Mediolani 1628, 8.* HIERONYMVS VRITA *annalium Arragoniæ* tomos II. edit *Francofurti 1610. f.* LVCIVS MARINÆ-S *de Arragoniæ Regibus* libros V. ſcripſit, *æſarauguſtæ 1509. f.* FRANCISCVS DIE-VS vero *hiſtoriam ordinis Prædicatorum in rragonia* hiſpanice ſcripſit *Barcellonæ 1599. f.* ræſtat vero PETRI de MARCA *Mara Hiſpanica*, ſiue Geographica & Hiſtorica eſcriptio Cataloniæ, vt & geſta Comitum arcinonenſium & Regum Arragonenſium bris ſeptem, quos edidit Stephanus Baluius, *Pariſiis 1688. f.* Liber eſt elegantisſimus, ccaſione definitionis limitum Galliam inter tque Hiſpaniam, poſt pacem Pyrenæam ipſi e Marca commiſſæ collectus, qua non ſoım veros limites ex antiqua & medii temoris hiſtoria deducit, ſed etiam prouiniarum finitimarum rationem optime delarat. Quæ Galli in Catalonia egerint, de-

ſcribit tractatus cui titulus eſt : *relation de ce qui s'eſt paſsè en Catalogne, à Paris 1678. 12.* Hiſtoriam *bellorum ciuilium Granadæ* deſcripſit ABENHAMIN hiſpanice & gallice, *Pariſiis 1606. 8.* Alii vero ad hiſtoriam certorum regum vel bellorum in Hiſpania faciunt. *Hiſtoriam Roderici* lingua Arabica primum compoſuit *Abulcaim* Arabs, poſt hiſpanice verſam per *Michaelem de Luna*, Valentiæ 1606, 4. Acta *vitæ S. Ferdinandi*, Regis Caſtellæ & Legionis cum poſthuma illius gloria & hiſtoria S. Crucis Carauacanæ commentariis, adnotationibus & iconibus illuſtrata prodierunt opera *Danielis Papeprochii, Antwerp. 1684. 8.* quæ poſtea Actis Sanctorum menſis Maii inſerta ſunt. IACOBVS BRACELLVS quinque libris *bellum* deſcripſit *quod Hiſpanos inter & Genuenſes* ſeculo ſuo geſtum fuit, *Pariſiis 1520. 4. & Hagenoæ 1530. 4.* Orditur autem ab anno 1412. quo Ferdinandus, Arragoniæ Rex Siciliæ Regnum fuit adeptus, atque deſinit in anno 1454. quo Geneuenſes pacem fecerunt cum Alphonſo Rege, Ferdinandi filio. CAROLVS FERARDVS *hiſtoriam expugnationis regni Granadæ per Ferdinandum Catholicum* deſcripſit, *Baſileæ 1533. f.* *Vitam Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ* ſcripſit italice GREGORIVS LETI, *Coloniæ 1679. 4* Ideo æſtimandum hoc ſcriptum, quod auctor

plera-

pleraque, quæ alii dixerant, in hunc tracta-ctatum congeſſit. Medium quidem ſe gerere voluit inter eos, qui Philippum II. vel laudant vel vituperant, magis tamen ad illorum partes inclinare videtur. Hiſpanice eandem vitam ſcripſit *ANTONIVS de CORDVBA*, *Bruxellis 1666. 14.* *CÆSAR CAMPANA de vita Philippi II*, italice ſcripſit, *Venetiis 1608*, *4.* Prolixior vero eſt *LVDOVICVS CABRERA de Philippo II.* Hiſpanice, *Madriti 1619. f.* Elegans liber eſt, qui inſcribitur *Recueil des actions & paroles memorables de Philippe II, à Amſterdam 1672. 12.* Nec minus æſtimanda eſt *ADAMI EBERTI* diſſertatio *de juſtitia actionum Philippi II. Francofurti ad Viadrum 1683. 4.* *Bellum Granatenſe Philippi II.* deſcripſit *DIDACVS MENDOZA*, *Lisbonæ 1627. 4.* De *felici exceſſu Philippi II. Hiſpaniarum Regis* libros tres euulgauit *CERVERA TVRRIANVS*; quos in latinum ſermonem *Franciſcus Guillimannus* transtulit *Friburgi 1608. 12.* ſed in laudes Regis nimius eſt. *MATVTE PENNAFIEL* Hiſpanico ſermone diſcurſum ſcripſit de *genealogia Philippi III. 1614. 4.* *OGIERI oratio funebris in mortem Philippi II.* extat *Pariſiis 1666. 4.* Ad hiſtoriam defuncti Regis Caroli II. faciunt *Memoires particuliers touchant le mariage de Char-*

 le II,

le II, Roy d'Eſpagne avec la Princeſſe Marie Louyſe d'Orleans, à Paris 1681. 12.

§. IX.

Sunt etiam quidam Scriptores, qui de illuſtribus Hiſpaniæ viris egerunt. Taceamus iam ALFONSVM GARCIAM MATAMORVM, VALERIVM ANDREAM DESSELIVM, ANDREAM SCHOTTVM, & NICOLAVM ANTONIVM, qui ſtatum litterarium & viros eruditione claros deſcribunt, de quibus iam capite quarto §. VII introductionis ad notitiam rei litterariæ dictum fuit, hic potius nobis ſermo erit de viris, qui in reipublicæ adminiſtratione partem capiunt. GENESIVS quidem SEPVLVEDA *res geſtas* deſcripſit *Ægidii Abornotii Carilli Conchenſis Hiſpani, Baſileæ 1542, 8.* PETRVS de SALAZAR, *Chronicon magni Cardinalis Hiſpaniæ Petri Gontzaletz de Mendoza,* hiſpanice *Toleti 1625. f.* Sic etiam extat *Chronicon magni Ducis militaris* GONSALVI HERMANDETZ *de Corduba y Aguilar cum vita celebris equitis Didaci Garciæ de Paredes, Alcala de Henares 1584. f. Relatio ſeruitiorum Alonſi de Sotomaior, præſtitorum Philippo II, 1620, 4. Franciſci Ximenes* archiepiſcopi Toletani *vitam* libris VIII egregie ſcripſit ALVARVS GOMECIVS, qui in Hiſpania illuſtrata extat. Recentiores ſunt

MAR-

MARSOLIER *in hiſtoria Cardinalis Ximenii* gallice ſcripta & edita *Toloſæ 1694. 12.* qui in præfatione plures commemorat, de eadem vita ſcriptores. Præterea FLECHERIUS, Abbas in *Hiſtoire du Cardinal Ximenes, Amſtelodami 1693. 12.* IOANNES PERESIUS MOYA *de claris Hiſpaniæ mulieribus* ſcripſit, *Madriti 1583. 8.*

§. X.

Statum politicum Hiſpaniæ varie deſcripſerunt alii. Inter hos aliqui præſtantiam & iura Hiſpaniæ Regum expoſuerunt. CAMILLUS BORELLUS quidem *de Regis Catholici præſtantia & iuribus* egit *Mediolani 1611. f.* Hiſpanico ſermone GEORGIUS LOPETZ *de excellentia Monarchiæ & Regni Hiſpanici* egit, *Madriti 1625. f.* IACOBUS MAINOLDUS *de titulis Regis Hiſpaniæ* ſcripſit *Bononiæ 1573. 4.* Præſtat vero reliquis IOANNIS VALDESII tractatus *de dignitate Regum, Regnorum Hiſpaniæ & honoratiori loco eis ſeu eorum legatis a conciliis ac Romana ſede debito, Granatæ 1602. f.* Eundem ſtatum politicum deſcribit IOANNES de LAET *in Hiſpania, Lugduni Batauorum 1624. 24.* edita, quæ præ aliis rebus publicis Elzeuirianis maiorem habet induſtriam. THOMAS CAMPANELLA in diſcurſu ſuo de Monarchia Hiſpanica, *Amſtelodami 1653. 12.* me-

dia præſcribit, quibus conſeruari poſſit Monarchia Hiſpanica. IOANNES LEONHARDVS WEID *in arcanis Hiſpanicæ dominationis*, Hiſpanorum næuos detegit. TRAIANVS BOCCALINVS *in lapide lydio politico*, qui diuerſis vicibus & linguis editus eſt, ſtatum Hiſpaniæ, ſuperioris temporis, atque Monarchiam adfectatam deſcribit. IOANNES BOTERVS *in Commentario parallelo Hiſpaniarum Regis & Mahumedis Turcæ opes atque vires* confert, *Coloniæ 1597. 4.* ANDREAS RESENDIVS *de magnitudine Hiſpanici Imperii*, peculiari libro egit. Elegantiſſimus liber eſt, qui inſcribitur: *Hiſtoire de Paix conclué ſur la Frontiere de France & d'Eſpagne entre les deux Couronnes l'an 1659. à Côlogne 1667. 12.* Hiſtoria eſt pacis Pyrenææ, ſed multis arcanis refertiſſima. Plura vero pacis inſtrumenta congeſta videmus in libro, cui titulus: *Recueil des traittés de paix, treves & neutralités entre les Courennes d'Eſpagne & de France, à Anvers 1645. 12.* Rariſſimus eſt liber OLIVERII VREDI *de ſigillis Comitum Flandriæ*, ex quibus oſtenditur ius Philippi IV in omnes prouincias, quæ Diplomatum eius titulo continentur, *Antwerpiæ 1639. f.* LVDOVICVS MOLINA *de Hiſpanorum primogeniorum origine & natura* libros IV ſcripſit *Lugduni 1613. f.* quibus de

e iure ſuccedendi & Maioratibus Hiſpaniæ elle diſſerit. IOANNES IACOBVS CHIFLETIVS contra Gallorum iniurias *vindicias Hiſpanicas* ſcripſit, quibus arcana regia xplicantur, *Antwerpiæ 1645. 4.* Quibus cum M. ANTONIVS de DOMINIS *adſertorem Gallicum* obiiceret, adiecit *lampades Hiſpanicas* contra M. Antonium de Dominis, *Antwerp. 1649. 4.* Cum etiam pontificii multa de adientu Iacobi Maioris in Hiſpaniam fabulaentur, patronum fabulæ ſe dedit ERYCVS PVTEANVS *in Hiſpaniarum vindiciis tutelaribus, Louanii 1608. 8.* DAMIANVS à GOES n *Hiſpania, Coloniæ 1602. 8.* epiſcopatus, ordines equeſtres, familias illuſtres atque ſimilia leſcribit.

§. XI.

Tandem quoque conſiderandi veniunt ſti, qui iura ſucceſſionis Hiſpanicæ, defuncto haut ita pridem Carolo II deſcripſerunt. Auctor anonymus Gallorum ſuccedendi iura ex teſtamento defendere conatur in libro quem inſcripſit: *Lettres ecrites d'Anvers par Mr. N. a N. P. en Hollande, ſur le teſtament de Charle II Roy d'Eſpagne.* Huic tamen reſpondet auctor libri: *reflexions ſur vne lettre ecrite d'Anvers.* Cum vero diſputaretur de teſtamento, an ſit genuinum, fuerunt qui ex ipſa ſucceſſionis na-

tura vel antea iamdum, vel nouiter demum ſucceſſionem Gallis vindicarent. GEORGIVS de ABVSSON quidem in adſertione iuris Mariæ Tereſiæ, reginæ Galliæ ad ſuccesſionem in regno Hiſpaniæ, quæ gallice prodiit hoc titulo: *la defenſe du droit de Marie Thereſie d'Autriche, Reine de France à la ſucceſſion de couronnes d'Eſpagne* in eo potisſimum occupatus eſt, vt ſanctionis Hiſpanicæ, quæ Gallos a ſuccesſione regni excludit, vim infringat: Prodiit primum *Pariſiis 1674. 8.* poſtea recuſus fuit *1699. 8.* VLRICVS OBRECHTVS *excerpta Hiſtorica & Iuridica de natura ſucceſſionis Hiſpanica in Monarchiam Hiſpaniæ* primum edere cœpit menſe Decembri 1700. 4. eademque tribus vicibus continuauit vsque ad menſem Martium 1701. quibus ex Molina & Grotio operoſe contendit, in Hiſpania obtinere ſucceſſionem linealem cognaticam, atque ſub initium ſtatim teſtatur, excerpta hæc nullam ſiue ſtatus, ſiue vtilitatis, commoditatisue aut conuenientiæ, ſed ſolum iuſtitiæ rationem pro ſcopo ſibi propoſitam habere. Hic ſucceſſionis ordo licet facile concedatur, Mariæ Thereſiæ tamen renuntiatio potiſſimum obiicitur. Hanc quidem minime obſtare auctor libelli, cui titulus: *reponſe d'vn ecrivain Hollandois à vn illuſtre Pariſien*

defen-

lefendere conatus fuit. Hiſce tamen ſin-
gulis; qui iura Gallicana defendere conati
fuerunt, ſolide reſpondit celeberrimus vir,
IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, in
diſſertatione ſua eruditiſſima *de teſtamentis
ſummorum Imperantium, ſpeciatim Caroli II.
Hiſpaniæ Regis, Halæ 1701. 4.* qua ex natura
ſucceſſionis in regna Hiſpaniæ, renuntia-
tionis iure, teſtamento fideicommiſſario Phi-
lippi IV & denique prouinciarum natura,
comprobat, Gallos optimo iure excludi a
ſucceſſione Hiſpanica, ideoque non ſolum
ad argumenta aduerſariorum reſpondet,
ſed ſua etiam ſolide confirmat. Cum vero
auctores diarii eruditorum Treuoltienſium
aliqua opponerent Buddeo, anſam hoc de-
dit, vt *vlteriorem diſquiſitionem de iure gen-
tis Auſtriacæ in regnum Hiſpaniæ ederet, Halæ
1702. 4.* Præcipue vero *Ius Auſtriacum in
monarchiam Hiſpanicam aſſertum* prodiit *Vien-
næ 1702. 8.* recuſum *Ienæ 1703. 8.* atque To-
mo tertio ſylloges negotiorum publicorum
Lunigii fuit inſertum.

CAPVT DECIMVM QVARTVM

DE

SCRIPTORIBUS REGNI GALLICANI ET NAVARRENI.

§. I. Scriptores qui Geographiam Galliæ antiquæ deſcribunt. §. II. Scriptores qui certas tantum vrbes deſcribunt. §. III. Scriptores qui antiquitates Gallicanas faciunt. §. IV. Scriptores de origine Francorum. §. V. Corpus Hiſtoriæ Francicæ Marquardi Freheri & Petri Pithœi. §. VI. Collectio Scriptorum Gallicorum Andreæ & Franciſci du Cheſne. §. VII. Generales hiſtoriæ Gallicæ Scriptores. §. VIII. Scriptores hiſtoriæ Regum Gallorum lineæ Merouingicæ. §. IX. Scriptores hiſtoriæ Regum Carolingicæ. §. X. Scriptores qui originem lineæ Capetingicæ ſcripſerunt. §. XI. Scriptores hiſtoriæ Philippi Auguſti, Ludouici IX, Philippi Pulcri. §. XII. Scriptores hiſtoriæ Regum ex Valeſiis vsque ad Franciſcum I. §. XIII. Scriptores hiſtoriæ Franciſci I, Henrici II, Franciſci II, Caroli IX, & Hen-

Henrici III. §. XIV. Scriptores hiſtoriæ Henrici IV. §. XV. Scriptores hiſtoriæ Ludouici XIII. §. XVI. Scriptores hiſtoricæ Ludouici XIV. §. XVII. Scriptores qui vitam & geſta illuſtrium apud Gallos virorum vel familiarum ſcripſerunt. §. XVIII. Scriptores qui certas tantum prouincias deſcripſerunt. §. XIX. Scriptores qui de præcedentia & prærogatiuis Galliæ Regum egerunt. §. XX. Scriptores qui omnem ſtatum politicum deſcripſerunt. §. XXI. Scriptores qui de magiſtratibus & Parlamentis apud Gallos egerunt. §. XXII. Scriptores qui de Inſignibus & certis moribus Gallorum ſcripſerunt. §. XXIII. Scriptores qui de religione apud Gallos ſcripſerunt. §. XXIV. Scriptores hiſtoriæ regni Nauarreni.

§. I.

Amplisſimus eſt Scriptorum Hiſtoriæ Gallicanæ campus, quem ob prolixitatem haut ſatis meriti licet. Ad Galliæ antiquæ geographiam & ſtatum faciunt C. IULII CÆSARIS *Commentario de bello Gallico*, de quibus ſuperius iam fuit dictum. ABRAHAMVS ORTELIVS ad eosdem fuit

ilitatis Gallicanæ faciſtnt, elegantiſſime viemus explicata. BERNIER edidit *Hioire de Blois, contenant les antiquités & ſingularités du Comte de Blois, les eloges de ſes omtes & les vies des hommes illuſtres du ays, a Paris 1682. 4.* IEAN BESLEY didit *Hiſtoire des Comtes de Poitu a Paris 642. f.* IACOBI VIGNERI habemus *bronicon Lingonenſe, Lugduni 1666. 8.* GVLIELMUS CATEL edidit *Hiſtoire des omtes de Toulouſe, a Toulouſe 1633. f.* NICOAI BERTRANDI habemus *librum de Tolonorum geſtis, Toloſæ 1515. f.* BERTRANI HELIÆ *hiſtoriam Fuxentium Comitum, oloſæ 1540. 4.* FRANCISCI de CLAPIERS *Hiſtoriam de prouinciæ Phocenſis Coitibus, Aquis Sextiis 1584. 8.* Præ cæteris ero æſtimandus eſt ALPHONSI DELENE tractatus *de gente & familia Marbionum Gothiæ, qui poſtea Comites S. Ægilii & Tholoſates dicti ſunt, Lugduni 1607. 8.* 'Abbé R. D. B. edidit *l'etat de la Prouence, ontenant ce qu'il y a de plus remarquable lans la police, dans la iuſtice, dans l'egliſe, dans la Nobleſſe, avec des armes de chaque amille, a Paris 1693. 12.*

§. XIX.

In ſtatu politico primum habemus il-

los, qui prærogatiuam Franciæ Regis præ aliis deſcripſerunt. FRANCISCVS PITHOEUS quidem tres tractatus edidit; primum *pour la preſeance du Roy d'Eſpagne*, ſecundum *de la grandeur, droits, & praeminences des Rois & du Royaume de France*, tertium *d'aucuns droits du Roy Philippe es eſtats, qu'il tient à preſent 1599. 8.* NICOLAS VIGNER edidit *raiſons de preſeance entre la France, & l'Eſpagne, propoſées par Auguſtin Cranato, avec les reponſes à chacune d'icelles, a Paris 1609. 8.* HIERONYMI BIGNONII *de l'excellence des Rois & du Royaume de France, traittant de leur preſeance & prerogatiue par des ſus les autres, à Paris 1610. 8.* & IOANNIS NICOLAI *Galliæ dignitas vindicata, aduerſus præpoſterum adſertorem, Pariſiis 1644. 4.* IACOBVS HOWEL quoque edidit diſſertationem *de præcedentia Regum Galliæ, Hiſpaniæ & Angliæ, Londini 1665. 8* in quo non tam aliquid definit, quam potius quid in hiſtoriis de eo reperiatur, adducit. Præ cæteris DAVID BLONDELLVS iura & prærogatiuam Regum Francorum egregie defendit *in genealogia Francica pleniore adſertione, Amſtelodami 1659. f*, qua Ioannis Iacobi Chiffleti vindicias Hiſpanicas, noua lumina, lampades hiſtoricas aliaq; ſcripta contra Gallos edita euertit. Eidem

Chif-

Chiffletio quoque reſpondit IOANNES ALEXANDER TENNEVRIVS *in veritate vindicata*, *Pariſiis 1651. f.* Totus in prærogatiua Galliæ Regum fuit ANTONIVS AVBERIVS, qui de *præeminentia Regum Galliæ ſupra Imperatorem & Regem Hiſpaniæ* ſcripſit, gallice *Pariſiis 1650. 4.* Hic etiam alio libello *de iuſtis prætenſionibus* egit *contra Imperium Romano-Germanicum*, *Pariſiis 1667.* Contra quem tamen prodiit *Advocat condamné, où la France & l'Allemagne defenduë, 1669. 12.*

§. XX.

Ad formam & ſtatum Regni Gallicani facit primum CLAVDIVS SESELLIVS *de Republica Gallorum* & Regum officiis libris II per Sleidanum editis, *Francofurti 1608. 8*, quibus ſtatum regni mixtum adſerit, regemque parlamento adhuc adſtrictum. Idem egit FRANCISCVS HOTTOMANNVS in *Franco-gallia* ſua, qua Parlamentum eſſe ſupra regem contendit, cui tamen reſpondit ANTONIVS MATHARELLVS, quæ ſcripta coniunctim prodierunt *Francofurti 1665. 8.* Eundem ſtatum politicum Gallicani regni explicauit IOANNES de LAET in *Gallia* ſua, ſiue de Gallorum Regis dominio, *Lugduni Batauorum 1629. 24.* STEPHANVS FORCATVLVS *de Gallorum*

 Impe-

Imperio & philoſophia libris VII egit, *Pariſiis 1580. 8.* IOANNES LIMNÆVS *in notitia regni Franciæ,* quæ prodiit *Argentorati 1651. 4.* mores ſingulares, formam politicam, magiſtratus & reliqua, quæ concernunt ſtatum politicum regni Galliæ deſcripſit, atque ſingula ex ſcriptoribus rerum Gallicarum congeſſit. Statum aulæ Gallicanæ auctor quidem anonymus gallice deſcripſit; ſed in germanicum ſermonem translatus eſt ſub titulo: *der königliche Hof von Franckreich 1672. 12,* quo deſcribuntur ſinguli ſtatus miniſtri, horumque caracteres, aulæ Gallicanæ. Ad rationem ſtatus eiusdem regni facit *relation de la conduite præſente de la Cour de France, a Leyde 1665. 12.* qui tractatus maxime politicus eſt, & iuſte de intereſſe regni illorum temporum iudicat. IOACHIMVS HAGEMEIERVS epiſtolas duas *de ſtatu Galliæ* ſcripſit, *Francofurti 1678. 4.* Auctor quidam perſonatus ſub nomine PETRI FIRMIANI *Gygem Gallum, Somnium Sapientis & genium ſeculi* ſcripſit, *Argentorati 1666. 12.* in quibus mores ſeculi & præcipue Gallorum, ſatyrico more perſtringit. Auctorem indicat Bælius Monachum quendam Capucinum, ZACHARIAM LEXOVIENSEM. Vtiliſſimum ad hiſtoriam atque politicam ſcriptum eſt, *Les affaires qui*

ſont

ſont auiourd' huy entre les maiſons de France & d'Autriche 1649. 12 quo veri fontes contentionum inter vtramque domum deſcribuntur, euentus explicantur, & quid ſucceſſu temporis inter vtramque domum geſtum fuerit, quæ bella, qui pacis tractatus, illuſtratur. CORNELIVS IANSENIVS ſub nomine ALEXANDRI PATRITII ſcripſit *Martem Gallicum*, ſeu de iuſtitia armorum & fœderum Regis Galliæ *1639. 12.* Ediderat enim BESIANVS ARROYANVS *deciſionem quæſtionum* quorundam *Pariſiis 1634. 12,* in quibus non ſolum iuſtitiam reddit fœderum ſuppetiarumque Gallicarum, ſed etiam iuſtitiam bellorum, quæ Ludouicus XIII in Imperii quasdam prouincias ſuſcepit atque in alia Europæ regna meditabatur, conatur defendere. Immo Imperium Gallicæ coronæ indiuulſe nexum aperte profitetur, huiusque poſſeſſores eſſe iniuſtos, vſurpatores, raptores omnia vero armis Francorum repetenda. Huic igitur Ianſenius ſolide reſpondet, & multa ſæpe Gallorum reges contra iuſtitiam egiſſe probat.

§. XXI.

Alii de parlamentis, officialibus & magiſtratibus regni Gallicani fuerunt commentati. De Franciæ quidem Parlamen-

 tis

tis egit BERNHARDVS de la ROCHE, gallice, *Burdegalæ 1617. f.* PETRVS PALLIOR *de parlamento Burgundico*, cum figuris inſignium, *Diuione 1649. f.* De *præſidibus parlamenti Delphinatenſis* ſcripſit *Guido Allardus* gallice, *Grenoble 1695. 12.* CLAVDIVS FAVCHETVS gallice ſcripſit *de origine dignitatum & magiſtratuum Franciæ, Pariſiis 1600. 8.* VINCENTIVS LVPANVS *de magiſtratibus ac præfecturis Francorum* ſcripſit *Francofurti 1596. f.* nimium tamen genti ſuæ blanditur. IVLIVS CÆSAR BVLINGERVS *de officiis regni Galliæ* egit, *Lugduni 1618. f.* Le FERON edidit *Catalogue des Conneſtables, Chanceliers Grands Maîtres, Amiraux, Mareſchaux de France, avec leurs Armees, a Paris 1555. f.* P. de MIRAUMONT *le Prevoſt de l'Hoſtel & Grand Prevoſt de France, a Paris 1615. 8.* DAVID de SOLEMNE *de la charge de Mareſchal des Logis*, avec figures, *à la Haye 1632. f.* Sic etiam extat *Traitté des Treſoriers generaux, 1618. 4.* Plures de Galliæ cancellariis egerunt. IACOBVS RIBIER quidem edidit *Memoires des Chanceliers & Gardes de Seaux, a Paris 1629. 4.* Eruditum eſt opus FRANCISCI LANOII *de ſanctis Franciæ Cancellariis, Pariſiis 1634. 4,* cui aliud ſchediaſma adiecit de Cancellarii in genere, quibus multa ad hiſtoriam Franciæ egregie

gie illuſtrantur. Locupletisſimum vero ſcriptum eſt FRANCISCI du CHESNE, qui edidit *Hiſtoire des Chanceliers & gardes de Sceaux de France, diſtingués par les regnes de nos Rois, depuis Clouis iusq' à Louis XIV, enrichie de leurs Armes, Blaſons & Genealogies a Paris 1680. f.* Egregium eſt ſcriptum ANTONII DADINI ALTESERRÆ *de Ducibus & Comitibus Prouincialibus Galliæ, Toloſæ 1643.4.*

§. XXII.

Nota eſt controuerſia de inſignibus Galliæ, cum alii vel apes vel ſcarabæos, vel lilia vel ſimile quid facerent. IOANNES IACOBVS CHIFFLETIVS quidem in *Lilio Francico* veritate hiſtorica, botanica & Heraldica illuſtrato, primum demonſtrare voluit, lilia omnino eſſe quæ in Galliæ inſignibus reperiuntur. Sed cum theſaurus ſepulcralis Childerici Regis Tornaci fuiſſet effoſus, atque in eodem multæ apes aureæ reperirentur, mutata ſententia in *anaſtaſi Childerici*, quæ prodiit *Antwerpiæ 1650. 4* probare voluit, apes eſſe. Huic vero IOANNES FERRANDVS oppoſuit *epinicion pro aureis Franciæ liliis, Lugduni 1663. 4.* qui tamen multa habet contra veritatem hiſtoricam. Acceſſit poſtea *epinicion ſecundum* pro iisdem liliis, *Lugduni 1671. 4.* Idem Chif-

Chiffletius quoque disquiſitionem edidit *de ampulla Rhemenſi* cum parergo de vnctione Regum. *1651. f*, in qua hiſtoriam, ſiue fabulam potius de ampulla Rhemenſi in baptiſmo Clodouæi cœlitus miſſa declarat. Quæ ad ordines equeſtres Galliæ faciunt, de iis dicemus infra, vbi de ordinibus ſermo erit. Numiſmata Gallorum deſcripſit le BLANC. Hic quidem primum edidit *deſcription hiſtorique ſur quelques monnoyes de Charles Magne, de Louis le Debonaire, de Lotaire, dé leurs ſucceſſeurs, frappées dans Rome, a Paris 1689. 4.* Occaſionem huic ſcripto dedit nummus argenteus Lotharii, cum inſcriptione S. Petrus, quem reperit in armario numiſmatum regio Verſalias translato. Atque in hoc tractatu potiſſimum occupatus eſt, vt demonſtret Imperatores Carolingicos multa iura in vrbem Romam habuiſſe. Eadem diſſertatio recuſa poſtea fuit cum alio tractatu le Blanc: cui titulus eſt: *Traitté Hiſtorique des Monnoyes de France depuis le commencement de la Monarchie iusq'a preſent, a Paris 1690. 4. & a Amſterdam 1692. 4.* Quod opus egregium eſt, in quo per temporis ſeriem atque ordinem omnia Galliæ numiſmata & ipſam hiſtoriam elegantiſſime explicauit.

§. XXIII.

§. XXII.

Ad hiſtoriam Religionis apud Gallos faciunt potiſſimum CAROLI le COINTE *annales eccleſiaſtici Francorum* qui ab anno 1665 ad 1683 *Pariſiis* fuerunt editi, atque octo tomis conſtant forma maiori. Opus eſt præſtantiſſimum, quo hiſtoria Francorum ab anno 235, quo prima horum mentio reperitur, vsque ad annum 845 deducitur. Plura conantem mors prohibuit. Propoſitum quidem auctori potiſſimum eſt, eccleſiæ fata tradere, interſperguntur tamen paſſim quæ omni hiſtoriæ ciuili lucem adferunt clariſſimam, vt ideo opus in Francorum rebus vtilitatem habeat maximam. *Concilia Galliæ antiqua* omnia collegit IACOBVS SIRMONDVS, *Pariſiis 1629.f.* 3. vol. Elegantiſſimum eſt opus PETRI de MARCA *de Concordia ſacerdotii & Imperii ſ. de libertate eccleſiæ Gallicanæ*, quod primum prodiit *Pariſiis 1669.f*, inde cura *Stephani Balutzii* recuſum *Pariſiis 1685.f*, quo ex omni hiſtoria demonſtrauit auctor, Galliam ſemper a iugo Papali ſe immunem præſtitiſſe. De eadem *libertate eccleſiæ Gallicanæ* edidit duo volumina PETRVS PVTEANVS, gallice, *Pariſiis 1657.f.* BENEDICTVS BONNESOY edidit *hiſtoriam hæreſis in Galliæ ortæ*

& op-

& oppugnatæ ſub poſtremis Balloſiæ & primis Borboniæ ſtirpis regibus, *Toloſæ 1670. 4.* IOANNES LAUNOIUS diſſertationes tres ſcripſit *de VII epiſcoporum aduentu in Galliam, de primis Galliæ Martyribus & de prima Cenomannorum antiſtitis epocha*, *Pariſiis 1651. 8.* CLAVDIVS ROBERTVS *in Gallia Chriſtiana Regni Francæ ditionumque vicinarum diæceſes & in iis Præſules*, deſcripſit, quæ cum Scæuolæ & Ludouici Samarthanorum additamentis prodiit *Pariſiis 1656. f.* Elegantisſimus liber eſt ELIÆ BENOIT, qui ſub hoc titulo prodiit: *Hiſtoire de l'edit de Nantes, contenant les choſes les plus remarquables, qui ſe ſont paſſées en France avant & aprés la publication, à l'occaſion de la diuerſité des Religions: & principalement les contrauentions, inexecutions, chicanes, artifices, violences & autres iniuſtices, que les Reformés ſe plaignent d'y avoir ſouffertes: iusques à l'edit de Revocation en Octobre 1685, avec ce nouvel edit iusques à preſent, a Delft 1693. 4.* 4. Tomis & Belgice *Amſtelodami 1696. f.* Ex titulo ſtatim patet, quale ſit auctori inſtitutum, ſcilicet vt hiſtoriam edicti Nannetenſis traderet, ſub Henrico IV conditi, ſub Ludouico XIII infracti, & denique ſub Ludouico XIV penitus aboliti, id quod etiam magna cura atque induſtria præſtitit. Pontificio-

tificiorum vero partes alius ſuſcepit hoc titulo: *Là France toute catholique ſous le Regne de Louis le Grand, où entretiens de quelques Proteſtans François, a Lyon 1684. 12.* quo tractatu multas iniurias contra reformatos euomit auctor, religionis reformatæ genium ad rebellionem tendere contendens. immo ipſos auctores reformationis tanquam homines nefarios affert Notabilis eſt atque ad ſtatum religionis reformatæ in tractatu Cemmenio, vulgo dicto *Les Sevennes* facit CLAVDII BRVSSONI *relation ſommaire des Merveilles. que Dieu fait en France dans les Cevennes & dans le Bas Languedoc pour l'inſtruction & la conſolation de ſon egliſe deſolée. où il eſt parlé de ceux, que Dieu y a extraordinairement ſuſcités en ce dernier tems pour y precher l'euangile, & du Martyre qv' vn grand nombre de ſes fideles ſerviteurs de Dieu y ont deia ſouffert, 1694. 8.* Nota eſt controuerſia, quæ ab aliquibus retro annis in cauſſa Regalium inter Pontificem & Galliarum Regem fuit. Hic enim in regno ſuo prætendit nominationem noui epiſcopi, collationem beneficiorum ſimplicium ſine cura, redituumque epiſcopalium perceptionem dum vacuerit ſedes. Gallus ex iure maieſtatico ſibi vindicabat, Pontifex non niſi ex papali concedit indulgen-

tia,

tia, nec in aliis prouinciis quam illis, quibus in concilio Lugdunenſi 1274 nominatim fuere conceſſa. Pontifici fauebant epiſcopi illarum prouinciarum, Ieſuitæ Regi. LVDOVICVS MAIMBVRGIVS quidem in ſuo *de Gregorio M.* tractatu, *Amſtelodami 1682. 12.* pro regalibus agit. Sed COELESTINVS, Marchio de SFONDRATI edidit *Galliam vindicatam*, in qua tradit plura a ſeculo vndecimo ſibi ſumſiſſe Galliarum Reges. Acerrime quoque pontificis cauſſam defendit epiſcopus Apamienſis, qui de iure regaliæ ſcripſit pro pontifice. Hic autem pro eo ad regem litteras dedit, in qua ius Regaliæ vocat errorem manifeſtum tum conſcientiæ Regis, tum Galliæ regno, tum eccleſiæ vniuerſæ perniciosam, ſed magna fata ideo ſuſtinuit a Rege, quæ latius deſcripſit FRANCISCVS PICTO *in Francia adflicta*, gallice, *Coloniæ 1688. 8*, in quo molimina aulæ aduerſus libertatem eccleſiæ alias deſcripſit. Plenius hiſtoriam huius controuerſiæ expoſuit GILBERTVS BVRNETVS *de regalibus eccleſiaſticis Regis Galliæ, Londini 1682. 8* quem tractatum in germanicum ſermonem tranſtulit *Henricus Ludolphus Benthemus.*

§. XXIV.

Ad hiſtoriam regni Nauarreni facit IOAN-

IOANNIS LOPETZII tractatus *de obtentionis retentionisque regni Nauarræ iuſtitia, & de terræ ſitu atque antiquitate*, *Lugduni* 1576. f. Sic etiam *hiſtoria regni Nauarræ* gallice Prodiit *Pariſiis* 1596. 8. IOSEPHI MORETI *inueſtigationes hiſtoricæ antiquitatum regni Nauarræ*, hiſpanice *Pampelonæ* 1665. f. Optima vero eſt ANDREÆ FAUYNI *hiſtoria Nauarræ.*

CAPVT DECIMVM QVINTUM.

DE SCRIPTORIBVS RERUM BELGICARUM.

§. I. Scriptores qui bibliothecam Hiſtoricorum Belgii ediderunt. §. II. Scriptores qui ad ſtatum Geographicum Belgii faciunt. §. III. Scriptores qui ad antiquitates & origines Belgarum faciunt. §. IV. Scriptores qui ad generalem Belgii hiſtotiam faciunt. §. V. Scriptores qui ad hiſtoriam Brabantiæ faciunt. §. VI. Scriptores qui ad hiſtoriam Flandriæ faciunt. §. VII. Scriptores hiſtoriæ Lüxenburgen-

ſis, Hannoniæ & Namurcenſis. §. *VIII. Scriptores qui Marchionatum Antvverpienſem deſcribunt.* §. *IX. Scriptores qui de cauſis & initiis belli Belgo-Hiſpanici ſcripſerunt.* §. *X. Scriptores qui ipſam hiſtoriam belli Belgici deſcripſerunt.* §. *XI. Scriptores qui urbium quarundam deſcriptiones vel ducum militarium belli iſtius Belgici vitas dederunt.* §. *XII. Scriptores qui de negotiis pacis Belgii Fœderati egerunt.* §. *XIII. Scriptores qui de turbis eccleſiaſticis Belgarum egerunt.* §. *XIV. Scriptores qui hiſtoriam Belgii Fœderati ad noſtra vsque tempora deſcripſerunt.* §. *XV. Scriptores belli Gallo-Belgici.* §. *XVI. Scriptores Hiſtoriæ Batauicæ.* §. *XVII. Scriptores Hiſtoriæ Selandicæ.* §. *XVIII. Scriptores Hiſtoriæ Vltraiectinæ.* §. *XIX. Scriptores hiſtoriæ Geldricæ.* §. *XX. Scriptores hiſtoriæ Groningenſis & Tranſiſalanæ.* §. *XXI. Scriptores hiſtoriæ Friſicæ* §. *XXII. Scriptores qui ad ſtatum politicum Belgii faciunt.*

§. I.

EX Gallia pergimus in Belgium, quod Burgundiæ Ducibus olim paruit, poſtea per matrimonium cum Maria Burgundica Maximiliani, Auſtriacæ factum fuit ditionis, atque ex hac Hiſpanicæ: vsque dum per defectionem ſeptem prouinciarum aliud nunc diceretur Belgium Hiſpanicum, aliud Belgium Fœderatum: vtrumque vero in ſuas prouincias diuiſum. Qui ad generalem Belgicæ hiſtoriæ Scriptorum notitiam faceret, non habemus. VALERIUS vero ANDREAS DESSELIUS *in Bibliotheca Belgica* & FRANCISCUS SWEERTIUS *in Athenis Belgiis* huc faciunt, qui tamen Belgas ſolum & quidquid ſcripſerunt, commemorarunt. ADRIANUS PARS vero belgico ſermone edidit *catalogum ſcriptorum Batauicorum & Hollandicorum a Iulio Cæſare ad hæc vsque tempora, Lugduni Batauorum 1701. 4.* In hoc autem ſcripta non ſolum enarrat iuſto ordine diſpoſita, ſed etiam doctorum de iis iudicia, aliaque quæ ad hiſtoriam litterariam faciunt.

§. II.

In ſtatu Geographico Belgarum pri-

mum occurrit *HUBERTI THOMÆ LEO-DII* tractatus *de populis Germaniæ inferioris, Argentorati* 1541. 4. qui introductionem præbet in res Belgicas. *PETRUS KÆRIUS*, ſiue potius *ABRAHAMUS ORTELIUS* quoque *Belgium Vetus* deſcripſit *Antwerpiæ* 1595. *f.* *VALERIUS ANDREAS DESSELIUS Bibliothecæ ſuæ Belgicæ*, quæ prodiit *Louanii* 1643. 4. breuem topographiam Belgicam præmiſit. *CHRISTOPHORUS CALVETUS* edidit *deſcriptionem Belgii, Antwerpiæ* 1552. 8. *ALBERTUS GOLNITZIUS in Vlyſſe Gallo Belgico, Amſtelodami* 1655. 12 pleraſque Belgii vrbes & harum memorabilia breuiter deſcribit. Sic etiam *IOANNES BAPTISTA GRAMMAYE* edidit *peregrinationem Belgicam, Coloniæ* 1623. Coniunctim prodierunt *GOTHOFRIDI HEGENITII itinerarium Friſio Hollandicum & ABRAHAMI ORTELII itinerarium Gallo-Brabantinum, Lugduni Batauorum* 1630. 1. quæ breuem vrbium præcipuarum deſcriptionem continent. Præſtat inter has *LUDOVICO GVICCIARDINI Belgiographia* ſ. omnium Belgii regionum deſcriptio, belgice primum ſcripta, poſt in latinum verſa per *Regnerum Vitellium, Arnhemi* 1616. 4. *Amſtelodami* 1635. 12. & *Amſtelodami* 1660. 12. Recentiores ſunt *les delices de la*

H

Hollande, à Amſterdam 1685. 12. & Bruxellis 1697. 12. cum figuris. Statum Belgii Fœderati Geographicum deſcripſit GREGORIO LETI *in Theatro ſuo Belgico*, de quo inter hiſtoricos. Accuratisſima eſt MENSONIS ALTINGII *deſcriptio ſecundum antiquos agri Bataui & Friſi, vna cum contermini, ſiue Notitia Germaniæ inferioris cis & vltra Rhenum, quæ hodie eſt in ditione VII Fœderatorum, repræſentata tabulis Geographicis & commentario a C. Iulio Cæſare ad Iuſtinianum Auguſtum, Amſtelodami 1679. f.* Hoc opus ad geographiam antiquam egregium eſt. Germanico idiomate prodiit *ausführliche und gründliche Beſchreibung der vereinigten Staaten und Spaniſchen Niederlanden, Nürnberg 1691. 12.* Locupletisſima eſt MARTINI ZEILERI *topographia inferioris Germaniæ, Francofurti 1667. f.*

§. III.

Ad antiquitates & origines Belgarum facit PETRI DIVÆI *hiſtoria de antiquitatibus Galliæ Belgicæ*, qualis ea fuit ſub Romanis, *Antwerpiæ 1584. 8.* & qui de eisdem egit RICHARDUS de VASSEBURG, *Verduni 1549. f.* ADRIANI SCHRIECKII libri XXIII *Originum Celticarum & Belgicarum, Antwerpiæ 1607. f.* qui præcipui ſunt.

§. IV.

Ad generalem Belgii hiſtoriam faciunt varii. Prodierunt quidem *Annales*, ſeu *hiſtoriæ rerum Belgicarum*, *Francofurti 1580* apud Wæchelios. f. quibus continentur IACOBI METERI *annales Belgici.* HADRIANI BARLANDI *Chronica Brabantiæ Ducum.* GERARDI GELDENHAUERI *hiſtoria Batauica.* IACOBI MARCHANTII *de rebus Flandriæ memorabilibus* liber. LUDOVICI GVICCIARDINI *de rebus memorabilibus, quæ in Europa, maxime vero in Belgio ab anno 1528, vsque ad 1560 euenerunt,* libri tres, & PHILIPPI GALLÆI *rerum in Belgio ab anno 1560 ad 1569 geſtarum deſignatio. Chronicon Belgicum magnum* Rerum familiarumque Belgicarum apud Piſtorium extat, atque auctorem habet *Monachum Egmondanum* quendam. Hoc licet multa contineat ſingularia, caute tamen legendum, ne in omnibus fidem habeamus. ÆGIDII a ROYA *annales Belgici* ab anno 972. ad 1478 ab *Andrea Schotto* editi ſunt *Francofurti 1620. f.* Multum in illuſtranda hiſtoria Belgica adlaborauit AUBERTUS MIRÆUS. Edidit ille *Rerum Belgicarum Chronicon à Iuli Cæſaris in Galliam aduentu vsque ad 1636 Antvverpiæ 1636. f. annales rerum Belgicarum Bruxellis 1624. 8. Faſtos Belgicos ac Burgun*

dicos,

gundicos, *Bruxellis 1622. 8. ſtemmata Principum Belgii*, *Bruxellis 1626. 8*, quæ ex diplomatibus & tabulis publicis potiſſimum hauſit. *Diplomatum Belgicorum libros II*, *Antwerpiæ 1628. 4*, quibus ſingula diplomata donationum, eccleſiis Belgicis factarum congeſſit. Sed præterquam quod adfectata dicendi ratione vtatur Miræus, nimium quoque adfectibus indulget. Eximia eſt PONTI HEUTERI *Hiſtoria Rerum Burgundicarum* libris IV diſtincta, *Antwerpiæ 1583. f.* ex Plantiniana, qua de rebus geſtis eorum agit, qui e Valeſia Francorum Regum familia apud Burgundos ac Belgas imperarunt. Philippi Audacis ſcilicet, Ioannis intrepidi, Philippi Boni & Caroli Audacis additis ſingulorum genealogiis. Idem poſtea ſcripſit *Rerum Belgicarum atque Auſtriacarum libros XV*, quibus vitæ & res ab Auſtriacis in Belgio geſtæ deſcribuntur, adiecto tractatu de vetuſtate & nobilitate familiæ Habsburgicæ, *Antwerpiæ 1598. 4.* Hoc opus illum poſtea continuaſſe atque hiſtoriam ſeceſſionis adieciſſe vsque ad annum 1575, ſed in manuſcripto adhuc latere, tradit Deſſelius. Idem Heuterus *de Veterum ac ſui ſeculi Belgio libros II* ſcripſit. Omnia iſta ſcripta poſtea coniunctim fuerunt impreſſa *Louanii 1643. f.* Certe, æſtimanda ſunt

da ſunt ſingula eius ſcripta, non ſolum in Principum hiſtoria, ſed etiam genealogia illuſtrium familiarum eruenda. FERREOLUS LOCRIUS *Chronicon Belgicum* ſcripſit ab anno 257 ad 1604, in quo Arteſiæ potiſſimum geſta propoſuit, cum catalogo Scriptorum Arteſiæ, *Atrebati 1616. 4.* Præcipue huc etiam faciunt GVIDONIS BENTIVOGLII *relationes rerum in Belgio & Gallia geſtarum*, quæ italice prodierunt *Venetiis 1633. 4*, poſt belgice verſæ *1648. 4*, quibus ſitus, mores & ſtatus Belgii vniuerſi, bellum Belgicum, induciæ & religio Belgarum deſcribuntur. Ad ſtatum antiquiorem Belgii facit ÆGIDII BUCHERII *Belgium Romanum ecoleſiaſticum & ciuile*, quod a fine Commentariorum Cæſaris incipit, in anno Chriſti 571 finit, atque pleramque Occidentis hiſtoriam, Belgii inprimis abſoluit, adlegatis etiam fontibus ſed iisdem non ſemper adeo certis, immo etiam innititur fundamentis pontificiorum: prodiit *Leodii 1655. f.* Optimum vero eſt & completiſſimum GREGORII LETI *Theatrum Belgicum*, quod italice prodiit *Amſtelodami 1690. 4.* In hoc enim & geographiam atque deſcriptionem vrbium, hiſtoriam prouinciarum a prima origine ad tempora vsque recentiora, ſtatum politicum & ſi

mili

ilia vno quaſi complexu deſcripta vide-
mus.

§. V.

Alii vero certas tantum prouincias
earumque hiſtoriam ſibi ſcribendam ſum-
ſerunt. *Antiquitates Brabantiæ* quidem de-
ſcripſit IOANNES BAPTISTA GRAM-
MAYE, *Bruxellis 1610. 4.* Idem ſcripſit
Hiſtoriam Brabanticam de Brabantiæ Ducibus,
Louaniæ 1606. 4. atque omnia eius bona ſunt.
Ad geographiam potisſimum facit IACO-
BI le ROY *topographia hiſtorica Gallo-Bra-
bantiæ*, qua oppida, municipia & domi-
nia illuſtrantur atque monaſteria, nobi-
liumque prætoria, caſtellaque in æs inciſa
exhibentur, *Amſtelodami 1693. f.* PETRUS
DIVÆUS in libris XIX *rerum Brabanticarum*,
Antwerpiæ 1610. 4. ab Auberto Miræo edi-
tis egregius eſt, atque multa hiſtoriarum
portenta, quibus occupabatur hiſtoria,
exploſit. HADRIANUS BARLANDUS
Ducum Brabantiæ Chronica ſcripſit iconibus
illuſtrata, *Antwerpiæ 1600. f.* Pleniores ve-
ro ſunt FRANCISCI HARÆI *annales Du-
cum Brabantiæ & vtriusque Belgii, tomis tri-
bus, Antwerpiæ 1623. f.* cum iconibus, qui-
bus ſucceſſio & geſta Ducum ſingulorum
accurate deſcribuntur. IOANNES MO-
LANUS *de militia ſacra Ducum & Princi-*

pum Brabantiæ, Antwerpiæ 1590. 8. Expeditiones deſcribit Belgii Principum ob religionem ſuſceptas, ad quas omnes etiam rebelliones refert, ſi modo Pontificis auctoritate fundatæ. ANTONIUS SANDERUS *Chronographiam ſacram Brabantiæ, Bruxellis 1659. f.* FRANCISCUS SWERTIUS *de monumentis ſepulcralibus Ducatus Brabantiæ, Antwerpiæ 1614. 8.*

§. VI.

In Flandrica hiſtoria eminet IACOBI MEYERI *Chronicon Flandriæ*, quod inter annales rerum Belgicarum extat, atque a fide & iuſto ordine commendatur. IOANNES BAPTISTA GRAMMAYE multa induſtria *antiquitates Comitatus Flandriæ* deſcripſit, *Antwerpiæ 1611. 4*, quibus poſtea adiecit *Flandriam Orientalem, Bruxellis 1611. 4*, MAXIMILIANUS VRIENTIUS *Flandriæ Comitatus & Brabantiæ Ducatus vrbes* deſcripſit, *Louanii 1614. 8.* Sic etiam habemus GERHARDI MERCATORIS *deſcriptionem Flandriæ, Antwerpiæ 1590, f.* ANTONII MEYERI habemus *epitomen rerum Flandricarum, Antwerpiæ 1556. 8.* IACOBUS MARCHANTIUS quoque libros IV *de Comitatu Flandriæ* edidit *Antwerpiæ 1596. 8.* Egregium eſt opus ANTONII SANDERI *Flandria illuſtrata* tribus Tomis conſtans, *Coloniæ 1641. f*, cui etiam tabu-

bulas geographicas, icones vrbium, eccleſiarum, cœnobiorum & arcium adiecit. Hoc tantum dolendum, quod adfectibus quandoque nimium concedat. Idem in *Hagiologico Flandriæ* de Sanctis eius prouinciæ egit, *Antvverpiæ* 1625. 4. OLIVERIUS VREDUS *Genealogiam Comitum Flandriæ* ſcripſit a Balduino Ferreo vsque ad Philippum IV, *Brugis* 1642. *f.* Hanc autem ex ſigillis, diplomatibus & ſcriptis coætaneis deduxit, atque in eo eſt elegantiſſimus. Egregium quoque eiusdem opus eſt *de ſigillis Comitum Flandriæ*, *Antvverpiæ* 1639. *f.* quo non ſolum illa ad amuſſim explicat, ſed etiam ex iis oſtendit ius Philippi IV in omnia Regna & prouincias, quæ diplomatum eius titulo continentur. Plura ſibi propoſuerat *de primis* ſcilicet *Comitibus Flandriæ* vsque ad Carolum Danum, exploſa Foreſtariorum fabula. *De primis Francorum ſedibus in ea Flandriæ parte, quæ etiamnum Terra Franca adpellatur, cum ſerie Scabinorum Franconatenſium* vsque ad annum 1642, quæ tamen ipſi, dum morte præuentus, euulgare non licuit. ANTONIUS SANDERUS *rerum Gandauenſium* libros VI compoſuit, *Bruxellæ* 1627. 4. IACOBUS van LANSBERGEN belgico ſermone deſcriptionem *oppidi Hulſt* edidit *Roterodami* 1689. 8. Præ-

8. Praecipua olim inter Flandriæ vrbis *Gerardimontium* erat, de qua IOANNES von WAESBERGE ſcripſit *Bruxellæ 1627. 4.* nunc ſub ruinis ſuis latet. ANDREAS CATULLUS *de Tornaco* ſcripſit, *ciuitate metropoli & cathedra epiſcopali Neruiorum, Bruxellæ 1662. 4.*

§. VII.

Ad hiſtoriam Luxenburgenſem facit primum IOANNIS BAPTISTÆ GRAMMAYÆ *reſpublica Namurcenſis & Lüxenburgenſis, Amſtelodami 1634. 12.* apud Elzeuirios. IOANNIS BERTELII *Hiſtoria Luxenburgenſis* egregia eſt, qua Ducum Lüxenburgenſium ortum, progreſſum ac res geſtas deſcribit & commentarium adiecit de diis & ſacrificiis gentilium, qoi in Lüxenburgo aliquando culti fuerunt, *Coloniæ 1639. 4.* Sic etiam extat NICOLAI VIGNIERI *hiſtoire de la Maiſon de Luxenburg, à Paris 1647. f.* & ALEXANDRI WILTHEMII *gubernatores Luxenburgenſes* ad Philippum Arembergicum. Principem Chimacenſem, Luxenburgi gubernatorem, *Treuiri 1653. f.* Ad Hannoniæ Comitatum facit IACOBI LESSABÆ libellus *de Hannoniæ vrbibus, locis nominationibus ac cœnobiis, Antwerpiæ 1534. 4.* Optimum vero Chronicon eſt BALDUINI

Auen-

Auennenſis quod notis hiſtoricis *Iacobi* Baronis *le Roy* illuſtratum prodiit *Antwerpiæ 1693. f.* Hoc chronicon per quadringentos annos in manuſcripto latuit, interea paſſim ab eruditis celebratum, atque complectitur genealogiam Comitum Hannoniæ a temporibus Caroli, ducis Lotharingiæ vsque ad decurſum ſeculi decimi tertii. De *Comitibus Namurcenſibus* commentatus fuit *IOANNES BAPTISTA GRAMMAYE in Namurco, Antwerpiæ 1617. 4*, in quo tractatu etiam antiquitates vrbis ac Comitatus expoſuit. Idem deſcripſit *antiquitates vrbis & prouinciæ Mechliniensis, Bruxellæ 1607. 4.* Eiusdem ſunt *Hiſtoriæ & antiquitatum vrbis Cameracenſis ſumma capita, Bruxellæ 1608. 4.*

§. VIII.

Marchionatus S. R. Imperii eſt Antvverpia, quem varii ſibi illuſtrare propoſuerunt. *IOANNES GEROPIUS BECANUS origines Antwerpienſes* ſcripſit *Antwerpiæ 1580. f*, ſed pro more nugatur. Præferenda eſt *CAROLI SCRIBANII Antwerpia & origines Antwerpienſes, Antwerpiæ 1610. 4*, Egregia quoque eſt *IOANNIS du Roy notitia Marchionatus S. R. Imperii ſiue vrbis & agri Antvverpienſis deſcriptio, Antvverpiæ 1678. f.*

§. IX.

§. IX.

A Belgio Hiſpanico progredimur ad Belgium Fœderatum, in quo primo loco occurrunt Scriptores de ſecesſione Belgarum a iugo Hiſpanico, quorum perplures ſunt. Origines quidem & veras cauſſas ſecesſionis deſcripſit auctor *libelli ſupplicis a Belgis in Comitiis Spirenſibus oblati*, 1570. 8. Præcipue vero iſtæ exponuntur in *epiſtola*, quæ nomine Principis Auriaci, Ordinum Hollandiæ, Zelandiæ & reliquorum Belgii fidelium ſubditorum eſt exarata *ad Philippum II* Hiſpaniarum Regem. Hæc Flandrico ſermone primum eſt excuſa anno 1573 menſe Septembri, poſt in latinum ſermonem translata extat in Commentariis de religione p. III p. 139. Doctisſime in eandem commentatus fuit celeberrimus vir, CONRADUS SAMUEL SCHURTZFLEISCHIUS, inter opera eiusdem hiſtorico-politica. Sic etiam prodiit: *diſcours ſommier des raiſons, qui ont contraint les Eſtats generaux des Pais-bas de pourvoir à leur defenſe contre le Seigneur Don Iean d' Autriche, avec pluſieur lettres interceptés, à Anvers* 1577. 4. Alius eſt tractatus *de iure belli Belgici aduerſus Philippum Regem*, 1578. 4. Idem egit IACOBUS ADAMÆUS in *demologia Belgica* ad Mauritium Naſſouicum, *Franeckeræ* 1595. 8.

95. 8. qua cauſſas & res in Belgio geſtas
) anno 1556 ad 1595 recenſet. RICHAR-
US HAIL *de primariis cauſſis tumultuum*
elgicorum, Duaci 1581. 8. De iisdem inj-
is habemus FLORENTIUM von dem
IAER *de initiis Belgicorum tumultuum, Duaci*
87. 8. FRANCISCUS HARÆUS *ſinceram*
eclarationem dedit *cauſſarum belli Belgici, ab*
nno 1566. ad 1608. Antvverpiæ 1612. 8. ſed Hi-
anorum partibus nimium fauet. Alias
rodierunt *ciuilium apud Belgas bellorum ini-*
a, & reformata apocalypſis Batauica 1627. 8.
um etiam Philippus II publicaret *decre-*
um Banni & proſcriptionis contra Wilhelmum
Jaſſouicum anno 1580, reſpondet iſte ſub ti-
ulo: *apologie ofte Verantvvoordinghe Herrn*
Vilhelm Prince von Oranien, teghen den Ban
fte de edict by Forme van proſcriptie ghepubli-
ert by den Coningh van Spagnien, t' Haag
81. 4.

§. X.

Inter illos, qui hiſtoriam belli Belgici
n compendio ſcripſerunt, plures ſunt. Ger-
nanico idiomate ADAMUS HENRIC PE-
RI edidit *deſcriptionem rerum a morte Caro-*
V geſtarum, Baſileæ 1593. f. RICHARDUS
INOTHUS *de bello Ciuili libros VI* edidit
aſileæ 1586. 4. MICHAEL EITZINGE-
US *leonem Belgicum.* GVILIELMUS
MA-

MAIUS *polemographiam Belgicam ab ann* *1566 ad 1594, Coloniæ 1594. 4.* Sed iſ omnem leuioris ſunt momenti, de quibu placet adducere iudicium Euerhardi Reida ni quod in præfatione habet. *Videmus to externos ſcriptores eruditos, & in his Roſtoch Dauidem Chytræum, Baſileæ Adamum Henri cum Petri, Richardum Dinothum Mompelgar di, quendam obſcuri nominis Gallum, Lugdu ni, Michaelem Eitzingerium Auſtriacum & Hi ſpaniarum Regis morionem, denique & Saxo nem, Guilielmum Maium, Göttingenſem, leuen atque inconſtantem ſibi, tum & complures alios quos nominare, nedum legere pretium non eſ eo audaciæ proceſſiſſe, vt noſtris de rebus, qua rum ignariſſimi ſunt, ingentes libros compone rent.* Sed præter hoſce CASPAR ENS ſcri pſit Commentariorum ſ. *de bello Gallo-Bel gico, tomo ſex,* vsque ad annum 1609, *Co loniæ 1610. 8.* quos plerumque ex Meteran hiſtoriis hauſit, & *Mauritiados libros V,* i quibus belli cauſſas & Mauritii victoria deſcribit, *Coloniæ 1612. 8,* qui doctus qui dem & prudens eſt, ſed non in omnibu ſatisfacit. Elegans eſt ERNESTI ERE MUNDI *hiſtoria Belgicorum tumultuum, Am ſtelodami 1641. 12.* In hoc ſcripto motuun Belgicorum hiſtoriam in certas pericopas di uidit, eorundemque cauſſas fideliter recenſe

BO

BONAVENTVRÆ VULCANII *hiſtoria Belgicorum tumultuum* accuratiſſima eſt, qua res in Belgio ab anno 1556 ad 1577, quo Hiſpani, pace per Ioannem Auſtriacum facta, ditionibus Belgicis exceſſerunt, deſcribuntur: ſed rarius reperitur. Præterea *Belgica hiſtoria a pace Cameracenſi inter Carolum V & Franciſcum vsque annum 1583. 8. in epitomen digeſta, Francofurti 1583. 8.* GABRIELIS CHAPPUIS *hiſtoria generalis belli ab anno 1559. ad 1609. à Paris 1611. 4* gallice HIERONYMI CONNESTAGGII *hiſtoria belli Germaniæ inferioris*, italice, *Venetiis 1614. 4.* IOANNIS GAMURINI *bellum belgicum* ex Pompeii Iuſtiniani commentariis latine factum, *Coloniæ 1611. 4* NICOLAUS BURGUNDUS *in hiſtoria Belgica* ab anno 1558 vsque ad 1567. *Amſtelodami 1634. 4.* nimis fauet partibus pontificiis, Wilhelmo Auriaco vero in multis eſt iniquus. Idem dicendum erit de FAMIANI STRADÆ *hiſtoriæ Belgicæ decadibus*, ab exceſſu Caroli V vsque ad annum 1590, *Romæ 1638. 4* & *Lugduni Batauorum 1645 12*, qui in ſcribendo mordax, & adfectato ſermone vtitur, in iudicando vero præceps eſt & ſtudioſus partium. Maiorem fidem habet MICHAELIS ab ISSELT *hiſtoria rerum memorabilium in Belgio ſub Philippo II, ab anno 1566 ad 1597, Coloniæ 1597. 8.* ex quo multa

quoque hauſit Strada. IOANNES BALINUS *de bello Belgico* ſcripſit, *auſpiciis Ambroſii Spinolæ*, *Bruxellæ 1609. 8.* PIERIVS WINSEMIVS *Hiſtoriarum ab exceſſu Caroli V, ſiue Rerum ſub Philippo II. per Friſiam geſtarum*, libros IV. ſcripſit, *Leouardiæ 1647. 8.* ANGELI GALLVCII *de bello Belgico* deſcriptio vsque ad inducias, *Romæ 1671. f.* & *Noribergæ 1677. 4.* plenior quidem eſt, ſed non æque accurata. HENRICVS PAVLINVS quoque *rerum Belgicarum hiſtoriam* ſub Philippo II ſcripſit, *Embdæ 1663. 8.* Hiſce tamen alii ſunt præferendi, qui & plenius & accuratius huius belli hiſtoriam ſcripſerunt. Princeps inter hoſce eſt EVERARDVS REIDANVS, qui Belgico ſermone primum ſcripſit *Belgarum* aliarumque gentium *annales*, poſt, interprete Dionyſio Voſſio in latinum ſermonem translatos, *Lugduni Batavorum 1633. f.* Hiſtoria hæc eſt motuum Belgicorum ab anno 1559. vsque ad 1601. ſumma diligentia & fide perſcripta, in qua non niſi a ſe viſa, vel quæ a probis viris audiuerat, ſe ſcribere profitetur. Cauſſas autem motuum egregie refert, atque inter has potisſimum refert fœdus Hiſpanum inter atque Gallum pro extirpandis reformatis initum, atque Ferdinandi Albani ſenatum ſanguinarium. Sequitur hunc EMANUELIS METERA-

NI

NI *Hiſtoria Belgica*, quæ Belgico primum ſermone prodiit, poſt germanice verſa, *Arnhemi 1614. f.* in qua multa acta publica videmus inſerta. GVILIELMVS BAVDARTIVS *in polemographia Auriaco Belgica, Amſtelodami 1621. 4.* prælia omnia, vrbium aliorumque locorum obſidiones & quæcunque a Belgis fœderatis geſta, deſcripſit cum multis figuris æneis. Hoc opus gallice verſum prodiit *Amſtelodami 1614. 4.* & germanice *Arnhemi 1610. 4.* Facit huc etiam *Mercurius Gallico-Belgicus*, quem primum IANSONIVS Doccomenſis ab anno 1588. vsque ad Martium 1594. edidit *Coloniæ 1596. 8*, continuauit CASPAR LORCHANUS, indeque GOTHARDUS ARTHUSIUS & IOANNES PHILIPPUS ABEL, ita vt XXXV. Tomi extarent. Hoc opus ideo æſtimandum, quod varias declarationes & acta publica inſerta videamus, quæ ad ſtatum rerum in Gallia & Belgio geſtarum faciunt. Egregii ſunt HUGONIS GROTII *annales belli Belgici*, quod ab origine vsque ad inducias anni 1609. deſcribit, quorum optima eſt editio, quæ *Amſtelodami 1655. 8.* prodiit. Certe, nemo Tacitum felicius imitatus eſt, quam hic ipſe Grotius, cum a veritate, eloquentia & neruoſa breuitate quam maxime ſit commendandus.

§. XI.

Sed præter hoſce qui generalem belli Belgici nobis notitiam dederunt, ſunt alii quoque, qui particularia quædam facta, vel vrbium obſidiones, vel Ducum militarium geſta, vel ſimilia deſcripſerunt. *HUGONIS GROTII* habemus *Grollæ obſidionem* anno 1627. factam, *Amſtelodami 1629. f. DANIEL HEINSIUS hiſtoriam* edidit *rerum ad Syluam Ducis atque alibi in Belgio aut a Belgis anno 1629. geſtarum, Lugduni Batauorum 1631. f*, in qua operoſam obſidionem Syluæ Ducis a Friderico Henrico Arauſionenſi factam, nitido ſermone deſcribit, atque non minus hiſtoriæ, quam ſcholæ militaris dignitatem expreſſit. Eandem hiſtoriam gallico ſermone expoſuit *IACOBUS PREMPART, Leovardiæ 1630. f*, non tamen eadem cura ac Heinſius. *Hiſtoire du ſiege d' Oſtende* prodiit *Pariſiis 1604. 4. HERMANNUS HUGO obſidionem Bredanam* armis Philippi IV, auſpiciis Iſabellæ, ductu Ambroſii Spinolæ perfectam deſcripſit *Antwerpiæ 1629. f*, in qua ſitum vrbis & munimenta, obſidionem eiusdem & deditionem egregie deſcribit. Cum vero Fridericus Henricus, Arauſionenſis, eandem anno 1637. reciperet. *MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS* illud in *hiſtoria Bredana* deſcribit, *Lugduni Batauorum 1640.*

640. 4. ANTONII NEOMAGII habenus *expeditionem Mauritianam Flandricam cum exercitu Ordinum vnitarum prouinciarum Belgii, Leidæ 1617. 4.* IOANNES MEURSIUS ſingulari cura *vitam Guilielmi Auriaci* expoſuit, *Amſtelodami 1638. f*, qua ſingula quæ ſub eodem in Belgio geſta egregie explanat. Idem quoque *vitam Ferdinandi Albani* euulgauit *Amſtelodami 1638. f*, vbi fatale illud Belgio ſexennium, quibus Albanus gubernacula tenuit, ab anno 1568. ad 1573. elegantisſime deſcribit.

§. XII.

Cum vero ab initio tumultuum, diuerſimode de pace ageretur, varii fuerunt qui hæc pacis negotia explicarunt. Ita notum eſt pactum Gandauenſe anno 1576. initum, de quo *diſcours contenant le vray entendement de la pacification de Gend, 1579. 8.* Et cum Arteſia prouincia ſe Regi denuo ſubiiceret, publicabatur *Traité de reconciliation fait en la ville d' Arras le 17 Maii 1579 avec ſa Maieſté par les Provinces Artois, à Do-vay 1579. 8.* Cum poſtea denuo de pace ageretur Coloniæ, prodibant *acta pacificationis, quæ coram Imperatoris Commiſſariis inter Regis Hiſpaniæ, Ordinumque Belgii legatos Coloniæ habita ſunt, Antwerpiæ 1580. 8* ex Plantiniana. Præ cæteris vero conſiderari

debent memorabiles iſtæ induciæ Belgicæ anno 1609. concluſæ. ERYCIVS PUTEANUS dedit *belli & pacis ſtateram*, qua inducias expendit, *Lugduni Batauorum* 1633. 4. De iisdem induciis Belgicis, egit IOANNES BALINUS, *Bruxellæ* 1640. 8. IACOBUS EINDIUS ab HAEMSTEDE *de pace ab Hiſpanis Batauis anno* 1609. *oblata* egit, *Lugduni Batauorum* 1611. 4. CASPAR ENS *actionem belli Belgici pacificatoriam* ſcripſit, *Coloniæ* 1609. 8. DOMINICUS BAUDIUS duas orationes habuit, quarum alteram ſub nomine LATINI PACATI, alteram vero ſub IULIANI ROSBECI nomine euulgauit, quibus ciues ſuos hortatur. Pactis vero induciis, libris tribus totam hiſtoriam, omniaque acta deſcribit, quod ſcriptum eſt prudentisſimum & pragmaticum. Conferendus tamen cum eodem IOANNES MEURSIUS *de induciis Belgicis*, *Amſtelodami* 1638. *f.* Vaſtum eſt opus LEONIS ab AITZEMA, quod inſcribitur *hiſtoria pacis a fœderatis Belgis ab anno* 1621. *concluſæ*. Hoc primum prodiit *Lugduni Batauorum* 1654. 4. poſtea vero in forma maiori impreſſum, nouem nunc tomis conſtat. Adſeruatur tamen adhuc prior editio, atque rarisſima eſt, eo quod in recentiori eademque locupletiori editione, aliqua fuerint omiſſa,

quæ

quæ in priori continebantur, LUDOVICUS de BEAUFORT ſcripſit *Alcedonia fœderati Belgii, ſ. diſſertationem de pace Belgica, Lugduni Batauorum 1667. 12.*

§. XIII.

Durantibus iſtis induciis, per ferales iſtas turbas, quæ inter Arminianos atque Gomariſtas oriebantur, ad incitas fere redigebatur reſpublica. Prodiit in hac materia HUGONIS GROTII *pietas ordinum Hollandiæ, 1613. 4.* qua religionem Belgarum a multorum, præſertim Sibrandi Lubberti calumniis vindicata conatur, Arminianorum tamen cauſſæ nimium fauet. Cum vero Lubbertus reſponſionem ederet ad pietatem Hugonis Grotii, prodiit *decretum Ordinum Hollandiæ contra dictum libellum Lubberti, Lugduni Batauorum 1614. 4.* Hoc ſecutum fuit aliud *Hollandiæ ordinum Decretum pro pace eccleſiarum, munitum auctoritate Scripturæ ſacræ & Patrum, Lugduni Batauorum 1614. 4.* Cum vero Grotius poſtea in arcem Lövvenſtein captiuus ductus, vxoris vero ope euaſerit, edidit poſtea *apologeticum eorum, qui Hollandiæ, Weſt-Friſiaque & vicinis quibusdam nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ euenit anno 1618, Pariſiis 1622. 8. & 1640. 12.* In hoc apologetico non ſolum imperium circa ſacra Belgis vin-

dicat, ſed etiam quæ in hoc religionis negotio geſta fuerunt, exponit, & quæ aduerſus ipſum & ſocios actitata fuerant, refutat. Alias habemus Ducis de *Rohan diſcours ſur la diuiſion d' Hollande* IOANNIS *VYTENBOGARDI herchlycke hiſtorie van het Iahr 1609 to 1619, Roterdam 1614. 4.* FESTI *HOMMII ſpecimen controuerſiarum Belgicarum Leydæ 1618. 8.* FRIDERICI *de* VIVES *Hiſtoriam eccleſiaſticam in Belgio.* Cum vero controuerſia hæc per ſynodum Dordracenam ſopiretur, publico iuſſu prodibant *Acta ſynodi nationalis Dordracenæ, habitæ 1618, Leydæ 1620. f.* Separatim vero Remonſtrantes, ſiue Arminiani *Acta ſynodalia propria* publicarunt *Harderuici 1620. 4.* in quibus congeſſerunt tantum illa ſcripta, quæ ab ipſorum ſaltim parte in ſynodo fuerunt exhibita.

§. XIV.

Iſti quidem ſunt, qui initia Reipnblicæ Belgicæ deſcripſerunt, bella & turbas explicantes: alii ſunt, qui omnem hiſtoriam ab initio ad hæc noſtra tempora expoſuerunt. Gallico ſermone le NOBLE edidit *Hiſtoire de la Republique de Hollande, à Paris 1689. 12.* Quatuor tomos operi deſtinauerat auctor, quorum prima initia belli Belgici vsque ad mortem Gulielmi

Arau-

auſienſis pertractauit, altero bella Mau-
ii contra Hiſpanos; vsque ad induciaſ
lgicas explicauit: vtrosque habemus
itos. Tertio vero demonſtrare voluit,
quantum potentiæ gradum progreſſa
erit Reſpublica ſub Gallorum Regis pro-
ctione. Quarto, bella cum Gallis &
nglis, quos tamen adhuc expecta-
us. Multa quidem arcana conſilia
uilielmi atque Mauritii detegit, & quan-
m ſæpe religionis prætextus valuerit,
ulta tamen ex odio quoque contra reli-
onem, dum partibus Gallorum nimium
ddictus, narrat. Iuſtam vero habemus
elgii fœderati hiſtoriarum ſeriem, vbi a
rotii annalibus incipimus, qui originem
eipublicæ atque progreſſum vsque ad in-
ucias belli Belgici atque annum 1609
agna grauitate perſequitur. Grotium
ontinuauit de la NEUVILLE, qui euul-
auit *Hiſtoire d' Hollande depuis la tréve de*
609, où finit Grotius iusq' a nôtre tems, à Pa-
is 1693. 12. 4. vol. qua hiſtoria Belgica finit
um pace Nouiomagenſi. Nouiter de-
num anonymus quidam edidit *Hiſtoire d'*
Hollande, à Amſterdam 1704. 12 qua hiſto-
iam ad pacem Rysvvicenſem perſequitur.
Ad generalem Belgii hiſtoriam facit quo-
que PIETER CHRISTIAENS *Nederland-*

ſche Hiſtorie, vermeedert met veel importante authentique Stucken en verciert met copere Platens, Amſterdam 1681. f. in 4. deelen. Huc facit etiam GREGORII LETI *Theatrum Belgicum*, de quo ſuperius iam dictum fuit. Elegantisſima eſt Abbatis BIZOTI *Hiſtoire Metallique de la Republique de Hollande*, quæ primum *Pariſiis* prodiit *1687. f.* poſt recuſa *Amſtelodami 1688. 8. 3. vol.* in qua omnia Belgii fœderati numiſmata ab anno 1566. recenſet & explicat.

§. XV.

Belgicum bellum, quod cum Galliæ Rege ante triginta hoſce annos geſſerunt, varii quoque deſcripſerunt. Belgico ſermone prodiit *Toonel des Oorlogs opgerecht in de vereenigde Nederlanden door de Wapenen von den Königen von Vranckryck en Engelland, Dort 1675. 4. 4. vol.* Huc faciunt etiam ANTONII AUBERY *Memoires pour ſervir à l' hiſtoire d' Hollande, à Paris 1682. 12. Hiſtoire de la guerre de Hollande de 1673. iusqu' à 1677. à la Haye 1679. 12.* Præ cæteris vero huc facit PETRVS VALCKENIER *im verwirrten Europa*, qua res Belgii Fœderati ab anno 1664. vsque ad 1677. deſcribit, *Amſtelodami 1677. f.* Gallico ſermone tale *compendium belli Belgici* extat, *Amſtelodami 1676. 12.* Nuda ſolum eſt recenſio, quæ ſub titulo der

verun-

verunruhigte Holländiſche Lövve per Amadæum von Fridleben, Norībergæ 1673. 12. prodiit duodecim Tomis, ſed quæ ſaltim ex nouellis relationibus & ſimilibus eſt depromta. HENRICI BREWERI etiam habemus *hiſtoriam rerum notabiliorum ab anno 1661. ad 1672, cum appendice de Regis Chriſtianiſsimi expeditione adverſus vnitum Belgium, Coloniæ 1672, 8.*

§. XVI.

A Generalibus iſtis ad particularium Belgii prouinciarum Scriptores progredimur, inter quos primum locum occupabunt Scriptores hiſtoriæ Batauicæ. Primus inter Chriſtianos Batauæ hiſtoriæ ſcriptor eſt IOANNES *de* PECKA. Edidit ille *Chronicon epiſcoporum Vltraiectenſium & Comitum Hollandiæ* a prima origine vsque ad annum 1346, quem cum appendice edidit *Suffridus Petri*, cum notis *Bernardus Furmerius, Franeckeræ 1616. 4*, poſtea cum Guilielmo Heda, *Vltraiecti 1643. f.* atque ad origines & antiquam Batauorum hiſtoriam facit egregie. Ex hoc Pecka *Chronicon* ſuum *Belgicum* ad verbum ſæpe deſcripſit IOANNES LEIDIS. Continetur hoc Chronicon in FRANCISCI SWEERTII *rerum Belgicarum annalibus Chronicis & Hiſtoricis, Francofurti 1620. f.* apud Aubrios, quod alias quoque

com-

comprehendit *RENERI SNOY de rebus Bata- uicis libros XIII, & ÆGIDII de ROYA an- nales Belgicos.* *PETRUS SCRIVERIUS* edidit quoque *Bataviam illuſtratam*, ſeu *de Batauo- rum inſula, Hollandia, Zelandia, Friſia, Ter- ritorio Traiectenſi & Gelria Scriptores quosdam* congesſit, *Lugduni Batauorum 1609.* 4 Con- tinentur in eadem *GERARDI GELDEN- HAURII lucubratiuncula de Batauorum inſula.* Eiusdem *Hiſtoria Batauica de vetuſta Batauo- rum nobilitate.* Eiusdem *inſignium locorum ac oppidorum Batauiæ nomina.* Eiusdem *Re- gum ac Principum Batauorum, item clarorum Scriptorum Batauiæ nomina.* Eiusdem *Ger- maniæ inferioris loca aliquot declarata. COR- NELII AURELII Batauinæ gloriæ defenſio.* Eiusdem *elucidarium variarum quæſtionum ſu- per Batauica regione & differentia. ALOYSII MARLIANI epiſtola de Batauiæ laudibus. MAR- TINI DORPII ad Hollandos ſuos epiſtola CHRY- SOSTOMI SANCTI epiſtola de ſitu & moribus Hollandiæ. DESIDERII ERASMI Auris Bata- va. GERARDI NOVIOMAGI de Zelandiæ ſitu epiſtola. HADRIANI BARLANDI Hol- landiæ Zelandiæque compendioſa deſcriptio. LE- VINI LEMNII de Zelandis ſuis Commentario- lus. Antiquitatum Batauicarum Tabularium, archiota PETRO SCRIVERIO. Hollandiæ Ze- landiæque Comitum ac Dominorum Friſiæ hiſta- ria,*

ria; ex Hadriano Barlando, Iacobo Meyero & aliis excepta per *PETRUM SCRIVERIUM:* Adiectæ ſunt Comitum picturæ, & iis ſubiecta epitaphia, auctore *GEORGIO BENEDICTO, Vltraiectenſium Pontificum indigitamenta & res geſta, auctoribus HADRIANO BARLANDO & GERARDO NOVIOMAGO. De vrbis Vltraiecti ſitu, origine, epiſcopis excepta. Chronici Gelriæ Compendium, ſcriptum* ab *HENRICO AQUILIO.* Hi ſunt, qui in collectione Scriueriana continentur. Separatim primum extat *HUGONIS GROTII* liber *de antiquitate Reipublicæ Batauicæ Lugduni Batauorum 1604*, qui licet alias ſit egregius; ſuæ tamen nationis fuit ſtudioſiſſimus, ideoque demonſtrare voluit, Batauiæ Comites nunquam Imperio Romano-Garmanico fuiſſe ſubiectos. Vere *compendium* eſt *Hiſtoriæ Batauicæ* quod *ANTONIUS THYSIUS* ſcripſit a Iulio Cæſare vsque ad hæc noſtra tempora *Lugduni Batauorum 1652. 12. MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS Theatrum edidit ſ. deſcriptionem Comitatus & vrbium Hollandiæ, Amſtelodami 1632. 4.* Egregii ſunt *IANI DOUSÆ annales Batauiæ, Lugduni Batauorum 1617. 4.* magna iudicii & ſtyli grauitate perſcriptæ. *HADRIANI IUNII Batauia, Lugduni 1588. 4.* poſt mortem auctoris prodiit & vrbium deſcriptiones potisſimum

mum continet, ſed non ſatis eſt elimata. Optimi ſunt MATTHÆI VOSSII *annales Hollandiæ & Zelandiæ, ab anno 859. ad 1432. Amſtelodami 1646. 4.* quos *Nicolaus Borremannus* in Belgicum ſermonem tranſtulit *Gorichomi 1677. 4.* quibus Hiſtoria Comitum Hollandiæ exacte deſcribitur, & quæ gallice prodiit *Hiſtoire des Comtes d' Hollande, à la Haye 1664. 12.* Elegantisſimus eſt tractatus ANTONII MATTHÆI *de nobilitate, aduocatu eccleſiæ & comitatu Hollandiæ, Amſtelodami 1686. 4.* Recentior eſt ADRIANI HOUTYNI *Reipublicæ Batauicæ liber primus, Hagæ Comitum 1689. 12.* in quo hiſtoriæ Batauicæ periodum primum habemus. Elegantisſima eſt hiſtoria LEONIS monachi Egmundani, qui breuicolos maiores edidit hiſtoriam Comitum continentes, qui Egmundæ ſepulti. Accesſit *Chronicon Egmundanum*, ſeu Annnales Regalium Abbatum Egmundenſium, auctore Fratre IOANNE *de* LEYDIS. Collegit illa & adiectis obſeruationibus doctisſimis edidit *Antonius Matthæi, Lugduni Batauorum 1692. 4.* Hiſtoriam vrbis & *Rerum Amſtelodamenſium* primus ſcripſit IOANNES ISAACIUS PONTANUS, *Lugduni Batauorum 1611. f.* Cum vero iſta multis diſpliceret, ob inutiles ſæpe excurſiones, ſcripſit ille *apologiam pro hiſtoria Rerum Amſtelodamenſium, Amſtelodami*

1634.

1634. 4, in qua excurſiones iſtas, cœnobia præſertim & ſacra ſpectantes defendit. Poſt hunc PHILIP *von* ZESEN edidit *Beſchreibung der Stadt Amſterdam, Amſtelodami 1668. 4.* Secuta eſt Belgico ſermone CASPARIS COMMELINI *deſcriptio vrbis Amſtelodamenſis, Amſtelodami 1694. 4*, quæ plenior adhuc eſt & accuratior, originem vrbis, incrementa, palatia, formam regiminis & hiſtoriam rerum in ea, vsque ad annum 1691. geſtarum explicat.

§. XVII.

Pauciores ſunt, qui ad Selandiæ hiſtoriam faciunt. HADRIANI BARLANDI quidem *deſcriptionem Selandiæ* ſuperius vidimus apud Scriuerium. LEUINUS LEMNIUS *quoque de Selandis* ſuis fuit commentatus *Lugduni Batauorum 1611. 4.* Ad hiſtoriam faciunt MATTHÆI VOSSII *annales Zelandiæ*, quos Hollandiæ annalibus iunxit *Middelburgi 1664. 4.* IACOBI LYNDII *Chronicon Zelandiæ, Middelburgi 1634. 4.* & præcipue IOANNIS REYGERSBERGII *Chronicon Zelandiæ*, quod vernacula lingua ſcriptum extat cum obſeruationibus luculentis *Marci Zuerii Boxhornii, Middelburgi 1643. 4.*

§. XVIII.

Plures reperiuntur Hiſtoriæ Vltraiectinæ Scriptores. IOANNES BEKA quidem in

Chro-

Chronico ſuo geſta epiſcoporum Vltraiectinæ ſedis deſcripſit, *Lugduni Batauorum 1615. 4.* quod poſtea cum WILHELMI HEDÆ tractatu *de epiſcopis Vltraiectinis* recognitum ab *Arnoldo Buchello* & *Gisberto Lappio* continuatum cum *Suffridi Petri* appendice prodiit *Vltraiecti 1643. f.* Hi autem Scriptores in epiſcoporum Hiſtoria & rebus antiquioribus optimi ſunt. Alias ADRIANUS BARLANDUS edidit *indigitamenta vetuſtisſima Vltraiectenſium Pontificum, Coloniæ 1603. 8.* PETRUS CORNELISSONIUS BOCKENBERGIUS *catalogum & hiſtoriam epiſcoporum Vltraiectenſium & antiſtitum Egmondanorum. 1586. 8.* GOTHOFREDUS HENSCHENIUS *diatriben de epiſcopatu Traiectenſi, epiſcoporum, Regumque Franciæ iis coæuorum chronologia, Antwerpiæ 1654. 4.* LAMBERTUS KORTENSIUS *ſecesſiones ciuiles Vltraiectenſes; usque ad translationem epiſcopatus* deſcripſit *Amſtelodami 1647. f.* atque auctor eſt egregius. ANTONIUS MATTHÆI *de rebus Vltraiectinis* ſcripſit, & inprimis de bello cum Couordenſibus Tarantiis, ſeu Drentinis olim geſto. Adiecit auctoris incerti narrationem hiſtoricam ab anno 1138, quo nactus epiſcopatum Herbertus de Berum, vsque ad 1233 ex eccleſiæ Traiectenſis Mstis, *Lugduni Batauorum 1690. 4.* Multa fuit controuer-

trouerſia de canonicis Vltraiectinis a reformationis tempore ibi relictis poſt pacem Weſtphalicam, an tolerandi ſint. Et cum ſenatus ſententiam collegii Theologici requireret, contra Canonicos reſpondit *Gisbertus Voëtius.* Ordines autem Prouinciæ, non obſeruatis argumentis Theologorum pro Canonicis reſponderunt. Inde hæc controuerſia ſcriptis fuit ventilata. MARTINUS SCHOOCKIUS quidem de Canonicis Vltraiectinis publico ſcripto eorum cauſſam defendit. ANDREAS ESSENIUS vero *defenſionem Conſilii Theologici Vltraiectini de Canonicis, ſ. de abuſu bonorum eccleſiaſticorum* ſuſcepit, *Vltraiecti 1651. 4*, in qua contra Canonicos agit. Reſpondit tamen ipſi SAMUEL MARESIVS *in vindiciis de Canonicis Vltraiectinis, Groningæ 1660.* 4. ANTONIUS MATTHÆUS *rerum Amorfortiarum* ſcriptores duos antehac ineditos publicauit, *Lugduni Batauorum 1693.* 4. Alter quidem eſt THEODORUS VERHOEVEN in breui ac ſuccincta rerum Amorfortiarum deſcriptione, alter auctor quidam anonymus, vtrique tamen commendandi.

§. XIX.

In Geldriæ hiſtoria habemus primum HENRICI AQVILII *Compendium Chronici*

Geldriæ, *Coloniæ 1567 8.* & quod cum eodem extat IOANNIS DORRII encomium *Ducatus Geldriæ.* Præcipua vero eſt IOANNIS ISAACI PONTANI *Hiſtoria Geldrica. Amſtelodami 1639. f*, quæ poſtea Belgico ſermone prodiit, continuata per *Andream de Schlichtenhorſt*, *Arnhemi 1654. f.* Præterea habemus *aſſertionem iuris Caroli V in Geldriæ ducatum*, *Coloniæ 1541. 8.* IOANNES SERVILIUS *Geldro-Gallicam coniurationem* deſcripſit duce Martino Roſemio, *Antwerpiæ 1542. 8.*

§. XX.

De *vrbe Gröningenſi* commentatus fuit VBBO EMMIVS, *Gröningæ 1646. 8*, De *obſidione Gröningenſi* egit IOANNES MARESIVS, *Gröningæ 1672. 8.* In prouincia Tranſiſalana præcipua vrbs eſt Dauentria; IACOBUS REVIUS ſcripſit *Dauentriam illuſtratam* vsque ad annum 1641, *Lugduni Batauorum 1651. 4*, quod ſcriptum eſt optimum. IOANNIS LINDEBORNII habemus *Hiſtoriam ſiue notitiam epiſcopatus Dauentrienſis*, *Coloniæ 1670. 8*, quod ſcriptum ideo ſt æſtimatiſſimum, quod multa inſerta ſint monumenta ex authenticis eccleſiarum membranis deprompta. IOANNES MANTELIVS *de Haſſeleto* ſcripſit, ſiue

ſiue *hiſtoriæ Loſſenſis compendium*, *Louani* 1663. 4.

§. XXI.

In Friſicarum rerum hiſtoria plures occurrunt Scriptores. De *Origine*, *ſitu*, *qualitate & quantitate libros III* conſcripſit CORNELIUS KEMPIVS, *Coloniæ* 1588. 8. Secutus eundem fuit SVFFRIDVS PETRI qui *de Friſiorum antiquitate & origine* ſcripſit, *Coloniæ* 1593. 4. Præcipuum vero eſt ſcriptum VBBONIS EMMII *de Friſia & Friſiorum Republica*, deque ciuitatibus, foris & vicis inter Fleuum & Viſurgim flumina, libri aliquot, *Emdæ* 1619. 8, in quo ſtatum geographicum, Reipublicæ atque religionis, ſtatum etiam vrbis Gröningenſis optime deſcribit. Adnexit perſpicuam & ſolidam veritatis aſſertionem *de origine & antiquitatibus Friſiorum contra Suffridi Petri & Bernardi Furnerii fabulas & criminationes*, quibus Petri fabulas, Friſios ab Indis eſſe oriundos, refutat. Idem Emmius edidit quoque *Friſicarum rerum hiſtoriam* in decades VII diſtinctam, *Lugduni* 1616. *f.* atque certe rerum Friſicarum ſcriptor eſt præcipuus. BERNARDVS GERBRANDVS FVRNERIVS quoque libros V *annalium Friſicorum* ſcripſit, *Amſtelodami* 1613. 4. licet in multis notatus ab Emmio. Alias BERN-

HARDI SCHOTANI habemus *Hiſtoriam Friſicam, Amſtelodami 1660. f.* PETRVS WINSEMIVS ſcripſit *Hiſtoriarum ab exceſſu Caroli V ſiue rerum ſob Philippo II per Friſiam geſtarum libros IV, Leouardiæ 1646. 4.* Sic etiam IURGÆ VALENTINI WINTHERI habemus *annales Friſicos, Arnhemi 1617. 4.* MARTINUS HAMCONIUS *in Friſia* egit de viris rebusque Friſiæ illuſtribus, *Amſtelodami 1624. 4.* SIBRANDUS TETARDVS SICCAMA *antiquas Friſiorum leges* deſcripſit, *Arnhemi 1617. 4.* Vt taceam elegantisſimam *Friſiæ antiquæ deſcriptionem* chorographicam MENSONIS ALTINGII, de qua ſuperius iamdum fuit dictum.

§. XXII.

Ad politicum Belgii ſtatum facit primum MARCI ZUERII BOXHORNII liber *de ſtatu fœderati Belgii, Hagæ 1659. 12.* qui breuiter integram diſpoſitionem Reipublicæ Belgii Fœderati deſcribit. Secutus illum fuit PHILIPPUS CÆSIUS a ZESEN, in cuius LEONE *Belgico, Amſtelodami 1660 12.* initia atque incrementa Reipublicæ Belgii Fœderati, forma interior, potentia, intereſſe & quæ ad conſeruationem ſtatus faciunt recenſentur. MARTINVS SCHOOCKIUS *in Belgio Fœderato, Amſtelodami 1665. 12.*

inte-

integram faciem Reipublicæ Belgicæ generalem, iuriſdictionem prouinciarum, ſingularum ſtatum, commercia, vrbes & vicos, miniſtros, intereſſe, ſtatum regiminis atque alia, accurate recenſet. Quæ vera fundamenta ſint ſtatus Belgici, propoſuit auctor libri ſub titulo: *Intereſt von Holland ofte gronden van Hollands welvaren, angewezen door V. D. H. t' Amſterdam 1662. 12.* IOANNES de LAET edidit *rempublicam Belgii Fœrderati, Lugduni Batauorum 1636. 16.* Egregium ſcriptum eſt *GVILIELMI TEMPLÆI*, quod ſub titulo: *remarques ſur l' etat des provincies vnies des Paisbas, faites en l' an 1672, à la Haye 1680, 12.* in quo ſtatus Belgii illorum temporum egregie deſcribitur. Optimum vero eſt ſcriptum, quod prodiit ſub titulo: *Hiſtoire abbregée des Provinces vnies des Pais-bas où l' on voit leurs progres, leurs conquetes, leur gouvernement & celuy de leurs Compagnies en Orient & en Occident, comme auſſi les hommes illuſtres dans les armes, & les Sçavans dans les lettres, à Amſterdam 1701. f.* cum figuris æneis elegantisſimis. In hoc autem & hiſtoriam & ſtatum politicum optime videmus deſcriptum. Praeterea habemus *Gouvernement politique des provinces du Pais-bas, à Bruxelles 1671. 12. Iurisprudentiam Heroicam, ſ. de iure Belgii circa no-*

bilitatem & inſignia, *Bruxellis* 1668. *f.* Ad ſtatum eccleſiæ atque rei litterariæ facit HENRICI LVDOLPHI BENTHEMS *Holländiſcher Kirchen- und Schul-Staat, Francofurti* 1698. 8. quo doctiſſimus auctor de omnibus in miniſterio, academiis & gymnaſiis viuentibus agit, horumque vitas & libros, hiſtoriam academiarum, controuerſias quoque Theologicas, nummos, repræſentantes virorum clarorum effigies, & ſimilia elegantiſſime deſcribit. Nec minus ad ſtatum politicum facit *deductio ſiue declaratio ordinum Hollandiæ Weſt-Friſiæque ex ipſis fundamentis regiminis Belgici deſumta, qua ius & poteſtas ſingularum prouinciarum cum externis principibus contrahendi & de quibuscunque negotiis conſtituendi proponitur, niſi quid fœdere vnionis anno* 1579. *Vltraiecti compoſito aut ſpeciatim fœderatorum Procerum conuentui delatum fuerit, qua legitima & iuſta eſſe conceditur conceſſio Inſtrumenti ſecluſionis Principis Auriaci*, *Lugduni Batauorum* 1654. 12. Hac autem deductione multa fundamenta ſtatus Belgici, maxime quæ dignitates Principum Auriacorum hæreditarias concernunt, comprehenduntur.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIÆ ANGLICARUM, SCOTICARUM ET HIBERNICARUM.

§. I. *Scriptores qui bibliothecam hiſtoricorum rerum Britannicarum nobis dederunt.* §. II. *Scriptores qui ad chorographiam faciunt.* §. III. *Scriptores qui ad ſtatum naturalem & mores incolarum faciunt.* §. IV. *Scriptores qui de origine & ſtatu antiquiori Britanniæ fuerunt commentati.* §. V. *Scriptores qui collectiones Scriptorum Britannicorum ediderunt.* §. VI. *Scriprores qui ad antiquiorem Britanniæ Hiſtoriam faciunt.* §. VII. *Scriptores qui ad hiſtoriam Regum Normannorum & ſequentium in Anglia faciunt.* §. VIII. *Scriptores qui ex hiſce fontibus vniuerſalem Angliæ hiſtoriam deduxerunt.* §. IX. *Scriptores qui hiſtoriam Angliæ Regum ab antiquo ad ſua vsque tempora deduxerunt.* §.

X. Scriptores qui ad certorum tantum Regum Angliæ hiſtoriam faciunt. §. XI. Scriptores vitæ Henrici VIII & ſchiſmatis Anglicani. §. XII. Scriptores de vita Mariæ & Eliſabethæ. §. XIII. Scriptores de vita Iacobi I & hiſtoria conſpirationis ſulphureæ. §. XIV. Scriptores de controuerſia quæ fuit de iuramento fidelitatis tempore Iacobi. §. XV. Scriptores de vita Caroli I eiusdemque fatis. §. XVI. Scriptores qui vel Regis vel parlamenti cauſſam defenderunt. §. XVII. Scriptores qui ad hiſtoriam Caroli II & Iacobi II faciunt. §. XVIII. Scriptores hiſtoriæ Guilielmi III & Mariæ. §. XIX. Scriptores hiſtoriæ Scoticæ. §. XX. Scriptores familiæ Regum Stuartorum & Mariæ Scoticæ. §. XXI. Scriptores hiſtoriæ Hibernicæ. §. XXII. Scriptores qui ad ſtatum politicum Regnorum magnæ Britanniæ faciunt. §. XVIII. Scriptores qui ſtatum eccleſiaſticum deſcribunt. §. XXIV. Scriptores qui vitas illuſtrium virorum expoſuerunt.

§. I.

§. I.

SCriptorum Britannicorum notitiam nobis explicuerunt IOANNES LELANDUS, & qui hunc continuauit IOANNES BALÆUS; ex hoc ſua potiſſimum hauſit IOANNES PITSEUS. Inde GEORGIUS LILIVS, ANTONIVS a WOOD, HENRICVS HOLLANDVS & IACOBVS WARÆVS ad Hiſtoriam litterariam Magnæ Britanniæ Scriptorum faciunt; ſed cum omnia, cuiuscunque generis ſint ſcripta, recenſeant, de illis iam dictum fuit in capite quarto §. IX. Introductionis ad rem litterariam. Ad Hiſtoriam vero ſaltim facit GVILIELMI NICOLSONI *Bibliotheca Hiſtorica Anglicana*, quæ *Londini* prodiit *1696. 8.* atque anglico ſermone eſt ſcripta. Breuis eſt idea atque character plerorumque Scriptorum, ſiue impreſſorum, ſiue manuſcriptorum, qui vtiles eſſe poſſunt generalem Angliæ hiſtoriam molientibus. Scriptores autem iuſto ordine recenſet, illos etiam qui in ſcribenda generali hiſtoria Angliæ occupati fuerint, indicans. Alter huius ſcripti tomus, *Londini 1697. 8.* prodiit, quo exhibet catalogum plerorumque hiſtoricorum eccleſiaſticorum,

cum animaduerſionibus criticis in potiores. Tertius denique tomus *Londini* prodiit *1699, 8.* atque ſiſtit recenſum tabularum publicarum, librorum iuris municipalis ac nummorum, ab inuaſione Normannorum vsque ad deceſſum Eliſabethæ reginæ celebrium, quatenus hiſtoriæ inſeruire poſſunt. Scriptum eſt elegantisſimum, quo multæ etiam illuſtrantur antiquitates.

§. II.

Pauciores reperiuntur Scriptores, qui ad chorogrophiam Magnæ Britanniæ prouinciarum faciunt. RVTGERVS HERMANNIDES quidem *Britanniam Magnam*, edidit, ſiue Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ & adiacentium Inſularum Geographico-Hiſtoricam deſcriptionem, *Amſtelodami 1661. 12.* in qua Angliam, Scotiam atque Hiberniam ſecundum prouincias ſuas deſcribit, in qualibet vrbes, & quæ in iisdem occurrunt memoratu digna explicans. GVILIELMI PARADINI habemus *compendium deſcriptionis Angliæ, Londini 1574. 4.* Præſtat vero GVILIELMI CAMDENI *Britannia*, *Londini 1607. 8.* & *Francofurti 1617. 8.* qua ſingulæ prouinciæ atque vrbes plenius adhuc deſcribuntur. Hanc primum in epitomen contraxit & tabulis illuſtrauit *Regnerus Vitellius*,

cellius, *Amſtelodami 1617. f.* poſtea vero in Anglicam linguam translatam prolixis additionibus auctiorem in lucem edidit *Edmundus Gibſonus*, *Londini 1695. f.* quod opus hodie in omni Magnæ Britanniæ Geographia locupletiſſimum, quo etiam multæ antiquitates illuſtrantur egregie. VALENTINVS ARITHMÆVS deſcripſit *mauſolea Regum*, *Reginarum dynaſtarum nobilium*, quæ in templo Weſtmonaſtienſi reperiuntur, *Francofurti ad Viadrum 1618. 12.* Verum longe præferendus eſt HENRICVS KEEPE qui anglico ſermone deſcripſit *Monumenta Weſtmonaſterienſia*, *Londini 1682. 8.* quibus non ſolum originem atque incrementa Templi Weſtmonaſterienſis, ſed etiam ipſam templi fabricam, ſepulcrorum ſplendida monumenta, ſacella, epitaphia inſcriptiones, tabulas & ſimilia, quæ in eadem continentur, accuratisſime deſcribit. DANIEL LANGHORN edidit *elenchum antiquitatum Albionenſium*, *Britannorum*, *Scotorum*, *Dauorum*, *Anglo-Saxonum*, *Londini 1674. 8.*

§. III.

Alii ad ſtatum naturalem atque mores incolarum regnorum Magnæ Britanniæ faciunt. Egregia eſt CAROLI

LEIGHS

LEIGHS *hiſtoria naturalis Lancaſtriæ, Ceſtriæ & iugorum Darbiæ, cum ſpecimine autiquitatum Britannicarum, Phœniciarum, Armenianarum, Græcarum & Romanarum, Oxonii 1700. f.* Tres autem operis libros eſſe voluit: in primo illa deſcripſit, quæ naturalem hiſtoriam; in ſecundo quæ medicinam; in tertio vero, quæ antiquitates concernunt, quæ ſingula probe fuerunt expoſita. Sic etiam CHRISTOPHORVS MERRETVS edidit *pinacem rerum naturalium Britannicarum, continentem vegetabilia, foſſilia & animalia, Londini 1667. 8.* CHILDREY ſcripſit *Hiſtoire des ſingularités naturelles d' Angleterre d' Ecoſſe & du pais de Galles, ecrite par luy en Anglois, & traduite par M. P. B, à Paris 1667. 12.* ROBERTVS PLOT quoque anglico ſermone *naturalem hiſtoriam Angliæ* ſcripſit, *Oxonii 1677. f.* In Scotiæ ſtatu naturali habemus ROBERTI SIBBALDI *Scotiam illuſtratam*, ſiue prodromum Hiſtoriæ naturalis, in quo regionis natura, incolarum ingenia & mores, morbi iisque medendi methodus & medicina indigena accurate explicantur, *Edinburgi 1684. f. Hiſtoriam naturalem* vero *Hiberniæ* deſcripſit GERARDVS BOATE, ex anglico traductam & gallice editam *Pariſiis 1666. 12.*

§. III.

§. IV.

Inter Antiquiores, qui de origine & ſtatu antiquo rerum Britannicarum egerunt, primus eſt atque antiquisſimus ſcriptor, GILDAS, dictus Sapiens, qui in libro *de excidio Britanniæ*, de Saxonum ferocia atque crudeli Britannorum iugo, vsque ad ſua tempora, & ſeculum ſextum luculentisſime egit. Hunc excepit NENNIUS, Anglus qui de origine Brittannorum hiſtoriam condidit, cui SAMUEL Britannus notas addidit, verum adhuc in manuſcripto latet. RADULPHUS de DICETO præter alia ſcripſit *de aduentu Saxonum*, *geſta Normannorum*, *origines Hibernorum & Scotorum*, *volumen de Regibus Anglorum*, *de mirabilibus Anglorum* aliaque, quæ partim a Tvvisdeno fuerunt edita. Vt taceam alios Angliæ ſcriptores antiquos, qui adhuc in variis bibliothecis adſeruantur manuſcripti. Ex recentioribus rem deduxit ROBERTUS SHERINGAMIUS, in ſua diſceptatione *de Anglorum gentis origine*, *Cantabriæ 1670. 8.* in qua Britones a Troianis, Anglos vero a Gothis deducit. HIERONYMUS CYPRÆUS quoque *de origine Saxonum, Anglorum, Cimbrorum* egit *Hafniæ 1637. 4.* GUILIELMUS TEMPLE in *introductione* ſua *ad hiſtoricam Angliæ* ſtatum antiquum & mutationes popu-

pulorum in Anglia potiſſimum deſcribit *Amſtelodami 1695. 8.*

§. V.

In Hiſtoria Britannica plures occurrunt, & quidem inter hoſce Scriptores egregii. Primum quidem obueniunt illi, qui in vno corpore Britannicarum rerum Scriptores congeſſerunt. De IOANNE LELANDO quidem teſtatur Baleus cent. VIII de Scriptoribus Brittannicis cap. LXXXI eundem exoletos ſeu ab vſu remotos atque adeo obliuione pene ſepultos Britannicos auctores ſolum reſuſcitaſſe. Sed eiusdem collectionem non habemus. Extant tamen *Britannicarum rerum Scriptores vetuſtiores* ac præcipui. *Heidelbergæ 1587. f.* apud Commelinos. Continentur in hac collectione GALFREDI Monumetenſis, cognomento ARTURI *de origine & rebus geſtis Regum Britanniæ libri VI*, quibus Galfredi Monumetenſis libros priores in epitomen redegit. GILDÆ Sapientis *de excidio & conqueſtu Britanniæ* epiſtola. BEDÆ *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum libri V. Continuatio eiusdem hiſtoriæ, incerto auctore, libris III comprehenſa.* GUILIELMI *Neubrigenſis de rebus Anglicis libri V.* IOANNIS FROISSARDI *hiſtoriarum epitome*, in qua de bellis inter Gallos & Anglos geſtis præcipue

cipue agitur. Altera collectio dicitur Sauiliana, quæ hunc titulum præfert: *Anglicarum rerum Scriptores poſt Bedam præcipui, ex vetuſtiſſimis codicibus editi ab HENRICO SAVILIO, Londini 1596. f. & Francofurti 1601. f.* Continentur in eadem *GVILIELMI MALMESBVRIENSIS de geſtis Regum Anglorum libri V.* Eiusdem *hiſtoriæ Nouellæ libri duo HENRICI HUNTINDONIENSIS hiſtoriæ libri VIII. Etelwerdi Chronica, INGULPHI Hiſtoriæ, ROGERII HOVEDENI Annales.* Tertia collectio debetur *GUILIELMO CAMBDENO*, quæ ſub hoc titulo extat: *Anglicarum Hibernicarum & Cambricarum Scriptores, Francofurti 1602. f.* apud Wæchelios. In hac continentur *ASSERI MENEVENSIS res geſtæ Aelfredi: Anonymi tractatus de vita Guilielmi Conqueſtoris. THOMÆ WALSINGHAMI hiſtoria Angliæ ab Eduardo I ad Henricum V. Eiusdem hypodigma Neuſtriæ. THOMÆ* de la *MOOR vita & mors Eduardi II. GVILIELMUS GEMITICENSIS de Ducum Normannorum geſtis. GIRALDI* Cambrenſis *Topographia Hiberniæ, ſiue de mirabilibus eius. Eiusdem hiſtoria vaticinalis de expugnatione Hiberniæ. Eiusdem itinerarium Cambriæ, ſeu Balduini archiepiſcopi Cantuarienſis per Walliam legationis accurata deſcriptio, cum notis Dauidis Poueli.* Quarta collectio eſt RO-

GE-

GERII TWYSDENI, quæ *Londini 1673. f.* prodiit, atque continet SIMEONIS monachi *Hiſtoriam Dunelmenſis eccleſiæ Hiſtoriam S. Cuthberti de archiepiſcopis Eboraci* librum, *de geſtis Regum Anglorum* librum, *de obſidione Dunelmi* librum. IOANNIS *Prioris hiſtoriam eccleſiæ Haguſtaldenſis 25 annorum*, AILREDI monachi *deſcriptionem belli Standardii. Genealogicam Regum Anglorum vitam. Eduardi Regis & Confeſſoris hiſtoriam de ſanctimoniali de Wattun.* RADULPHI de DICETO *abbreuiationes Chronicorum.* IOANNIS BROMPTONI *Chronicon* ab anno Domini 588 ad 1198. GERVASII, monachi Doroborneníis librum *de combuſtione ac reparatione Cantuarienſis eccleſiæ.* Eiusdem *imagines de diſcordiis inter Monachos Cantuarienſes & Baldewinum archiepiſcopum.* Eiusdem *Chronica.* Eiusdem *vitas Pontificum Cantuarienſis eccleſiæ.* THOMÆ STUBBS *vitas archiepiſcoporum Eboracenſium.* GUILIELMI TORNII *Chronica de rebus geſtis Abbatum Cantuarienſium.* HENRICI KNIGHTONI *Chronica de euentibus Angliæ.* Præmittitur IOANNIS SELDENI *iudicium de his Scriptoribus*, cum *gloſſario* GVILIELMI SOMNERI. Recentisſima eſt collectio THOMÆ GALE, quæ continet *Hiſtoriæ Britannicæ, Saxonicæ, Anglo-Danicæ Scriptores quindecim*, ex vetuſtis Codi-

dicibus Manuſcriptis editos, *Oxoniæ 1693. f.* ex theatro Scheldoniano. Comprehendit iſta collectio *GILDÆ* librum *de excidio Britannico* emendatiorem ex codice Cantabrigienſi, adiectis variis lectionibus. *Vitam S. Wilfridi* ab *EDDIO* ſcriptam. *NENNII eulogium Britanniæ. ASSERII MENEVENSIS Chronicon fani Sancti Neoti. RANULPHI HIGDENI polychronicon. GVILIELMI MALMESBURIENSIS* librum *de antiquitate eccleſiæ Glaſtonienſis.* Eiusdem *vitam S. Adelmi. Hiſtoriam Rameſienſem. Hiſtoriæ Elyenſis eccleſiæ librum primum & ſecundum. IOANNIS WALLINGFORDI Chronica, Saxonum & Danorum reges Angliam occupantes ab anno 449. ad 1026. enarrans. RADULPHI de DICETO hiſtoriam de Regibus Britonum.* Anonymi tractatum *de partitione prouinciæ Angliæ in Schiras, Epiſcopatus & regna. IOANNIS FORDUNI hiſtoriam Scotorum FLACCI ALCUINI* poëma *de pontificibus & Sanctis eccleſiæ Eboracenſis.* Appendicis loco adnexa ſunt varia excerpta ex Scriptoribus antiquis, quæ ad Geographiam veterem Angliæ faciunt. Inter hoſce autem Scriptores primas fert *GVILIELMUS MALMESBURIENSIS*, qui a fide atque diligentia eſt commendandus. Scripſit autem Angliæ Hiſtoriam ab anno 449 vsque ad 1143. Poſt

Malmeſburienſem commendari meretur HENRICUS HUNTINGDONIENSIS, qui octo libris ab hiſtoria gentis vsque ad annum 1153 progreditur, atque Scriptor eſt probus & iuſtus. GVILIELMVS NEUBRIGIENSIS a morte Henrici I vsque ad annum 1197 progreditur. Idem egit in annalibus ſuis ROGERIUS HOUEDENUS, qui ad continuandum Bedam facit, atque hiſtoriam perduxit vsque ad annum 1212: vtrique ſuam habent commendationem.

§. VI.

Progredimur ad illos, qui antiquiorem magnæ Britanniæ Hiſtoriam deſcripſerunt. FLORENTIVS BRAVONIVS quidem, Wigornienſis monachus, *Chronicon* conſcripſit ab initio mundi vsque ad annum 1118, quod inde alius eiusdem cœnobii ad annum 1163 vsque continuauit. Primus illud ex bibliotheca ſua edidit *Guilielmus Howardus, Londini 1592. 4.* In hoc autem annales Anglo-Saxonicos potiſſimum videmus inſertos. MATTHÆUS WESTMONASTERIENSIS flores Hiſtoriarum ſcripſit ab orbe condito vsque ad annum 1307, *Londini 1570. f.* atque laudem habet non minimam. RICHARDI VITI *Hiſtoria inſulæ Britanniæ* ab O. C. ad annum Chriſti 800, *Duaci 1602. 8.* Huc facit etiam *Chronologia*

logia Anglio-Saxonica cum latina verſione Abrahami Wheloci, & leges Anglorum veterum, Saxonice, cum verſione *Guilielmi Lambardi*, *Cantabrigiæ* 1644. 4. GALFREDUS ARTURIUS, Monumetenſis, libros VIII conſcripſit *de rebus Britannicis*, quibus ad ſua vsque tempora & ſeculum ſeptimum progreditur, *Pariſiis* 1517. 4, in hac tamen multa reperiuntur fabuloſa. Ex recentioribus, antiquisſimorum Angliæ Regum hiſtoriam ſcripſit IOANNES MILTONUS *in hiſtoria Britanniæ* & ſpeciatim Angliæ, a prima origine vsque ad Normannum Conqueſtorem, Anglice, *Londini* 1668. 12. Optimi ſunt IOANNIS SELDENI libri II *Anglo-Britannicorum* de ciuili adminiſtratione Britanniæ Magnæ vsque ad Normanni aduentum, *Francofurti* 1615. 4. *De geſtis Regis Arturi* commentatus fuit *Eremita* quidam *Britannus*, ſed in Msto adhuc latet. IOANNES LELANDUS dedit *aſſertionem inclyti Arturi, Regis Britanniæ*, *Londini* 1544. 4. RICHARDUS BLACKMORE poëmate Heroico anglicano eiusdem Arthuri geſta expoſuit, *Londini* 1695. *f.* quod poëma ob grauitatem æque atque ſuauitatem æſtimatur.

§. VII.

Inter Scriptores ſuperius memoratos

reperiuntur quidem aliqui, qui ad Normannorum in Anglia hiſtoriam faciunt, ſunt tamen alii vel ſolum hiſtoriam illorum deſcribentes, vel ab eadem inchoantes. Faciunt huc primum *ANDREÆ du CHESNE Normannorum Hiſtoriæ Scriptores*, quos ſuperius inter rerum Gallicarum Scriptores iam recenſuimus. Alias *MATTHÆUS PARISIENSIS* inter hoſce præcipuus eſt, qui *hiſtoriam maiorem* a Guilielmo Conqueſtore ad vltimum annum Henrici III compoſuit, *Londini* primum editam *1571. f.* poſt emendatius collatam cum Mstis codicibus a *Guilielmo Watſio, Londini 1640. f.* qui etiam auctuarium atque gloſſarium adiecit. Hæc autem hiſtoria non ſolum ob fidem atque induſtriam æſtimatur quam maxime, ſed etiam quod Paparum ſcelera atque attentata in Angliæ regnum iuſte expoſuerit. *EADMERI*, monachi Cantuarienſis extant *Hiſtoriæ nouorum, ſeu ſui ſeculi ſub Guilielmis I & II & Henrico I, Angliæ Regibus ab anno 1066. ad annum 1122*, cum notis & ſpicilegio *Ioannis Seldeni, Londini 1623. f.* atque a facundia & ſinceritate laudatur. *GVILIELMUS NEUBRIGIENSIS* de *rebus Anglicis* ſcripſit, easdemque orditur ab anno 566 quo Guilielmus Conqueſtor Haraldo, regi Anglorum bellum intulit, vsque ad annum

num. 1197. Prior editio *Antwerpiæ* prodiit 1567. 8. altera vero auctior eſt cum notis *Ioannis Picardi*, *Pariſiis 1610. 8.* atque ſcriptor eſt magni iudicii. THOMAS WALSINGHAMUS *hiſtoriam breuem* ſcripſit ab Eduardo I ad Henricum V, *Londini 1574. f.* GVILIEMUS PICTAVIENSIS *de geſtis Guilielmi II*, Angliæ Regis ſcripſit atque extat in Hiſtoria Normannica. THOMAS de la MOOR *de vita & morte Eduardi II, Regis Angliæ*, cum Anglicis rebus Cambdeni, EDUARDI AYSCHA habemus *Hiſtoriam de bellis, tractatibus, coniugiis* & aliis rebus inter Angliam & Hiberniam occurrentibus, à Guilielmo Conqueſtore vsque ad Regem Iacobum VI, *Londini 1607. 4.* RALPHE BROCKE edidit *catalogum ſucceſſionis Regum, Ducum, &c. a Normanno Conqueſtore, cum eorum inſignibus*, anglice, *Londini 1610. 4.*

§. VIII.

Ex his igitur fontibus vniuerſalem Angliæ hiſtoriam deducere plures fuerunt conati. IOANNES MAIOR quidem *hiſtoriam maioris Britanniæ*, tam Angliæ quam Scotiæ, libris VI compoſuit, *Pariſiis 1521. f.* atque vsque ad Henrici VIII connubium cum Catharina Arragonia progreditur. ALANUS BOUCHARDUS *Hiſtoriam Angliæ & Britanniæ*, *Pariſiis 1531. f.* ANDREAS du

CHESNE ſcripſit *hiſtoriam Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ*, gallico ſermone, *Pariſiis 1614. f.* Hunc poſtea continuauit ANTONIUS du VERDIER, qui ſcripſit *abbregé de l' hiſtoire d' Angleterre, d' Ecoſſe & d' Irlande, à Paris 1667. 12.* 3. tomis. Hunc ſecutus eſt GREGORIUS LETI, qui italico ſermone *Theatrum Britannicum* conſcripſit, *Amſtelodami 1684. 12.* Vix priores tomi editi erant, cum prohiberentur non ſolum in Anglia, ſed ipſe etiam auctor eandem relinquere cogeretur, eo quod cum libertate nimia ſcripſerat. Exponit autem in iisdem Chorograghiam, religionem, huiusque varias ſectas, rationem Catholicorum, ſtatum ciuilem, indolem Anglorum, aulam regiam & fundamenta politica, rationem parlamentorum, indolem miniſtrorum, legatorum etiam, qui tunc in Anglia, atque ſimilia, vt multa inde hauriatur notitia. Poſteriores vero tomi omnem Regum hiſtoriam ad noſtra vsque tempora deſcribunt, in quibus ſuo loco Cromvvellii tyrannidem accurate exponit. Recentior eſt du LARREY *Hiſtoire d' Angleterre, d' Ecoſſe & d' Irlande, avec vn abbregé des evenemens les plus remarquables, arrivés dans les autres eſtats, à Rotterdam 1699. f.* 2 vol. Accuratisſimum vero atque optimum eſt IOANNIS SPEEDÆI

DÆI *Theatrum magnæ Britanniæ, Scotiæ, Hiberniæ atque adiacentium Inſularum*, quod anglice primum prodiit *Londini* 1614. *f.* poſt cum tabulis chronographicis latine, *Amſtelodami* 1646. *f.* Hoc opus multo quatuordecim annorum labore abſoluit auctor, ſingulis archiuis, tabulariis, monumentis publicis & ſcriptoribus excuſſis. Integrum abſoluitur libris decem, quibus totam regnorum faciem, chorographiam, incolas, mores, reliqua quæ in regione digna, ſtatum antiquum & recentiorem, hiſtoriam atque alia, vsque ad Iacobi I tempora accuratisſime & locupletisſime deſcribit, ita vt ſuo merito omnibus reliquis ſit præferendum.

§. IX.

Alii ſunt qui Angliæ ſaltim Regum hiſtoriam ab antiquo vsque ad ſua tempora deſcripſerunt. POLYDORUS VERGILIUS quidem *Hiſtoriæ Anglicæ* libros XXVII ſcripſit, quorum recentiorem eandemque accuratiorem editionem procurauit *Antonius Thyſius*, *Lugduni Batauorum* 1651. 8. Sed hoſpes eſt in rebus Anglicis, qui non vbique fidem habet. Regum quidem hiſtoriam cum circumſtantiis narrat, ſed in gratiam gentis multa intexuiſſe exiſtimatur. Cum autem ad Henricum VIII vsque ſaltim

peruenerit, continuauit eundem poſtea GEORGIUS LILIUS in *Chronico Regum & Principum Britanniæ, Francofurti 1565. 8.* Anglico ſermone habemus: RICHARDI BAKERI *Chronicon Regum Angliæ* a tempore Imperii Romani, vsque ad mortem Regis Iacobi, *Londini 1666. f.* Eodem ſermone ſcripti ſunt IOANNIS STOWII *annales ſ. Chronicon Angliæ, Londini 1601. 4,* quod poſtea continuauit EDMUNDUS HOWES, *Londini 1615 4* & GEORGIUS BUCK, *Londini 1614. 4,* qui potisſimum de Angliæ academiis agit. Breue tantum rerum Anglicarum compendium præbet LAMBERTI SYLVII *Florus Anglicus, Amſtelodami 1651. 12.* IACOBI TYRREL *hiſtoria Angliæ Generalis* tam eccleſiaſtica quam ciuilis, ab origine repetita atque ad Guilielmum III vsque perducta, cuius volumen primum anglico ſermone prodiit *Londini 1697. f.* quo omnem hiſtoriam ab origine vsque ad annum 1066 accuratisſime deducit, atque hiſtorias antiquas Anglicanas multa cum induſtria excuſſit. Egregia eſt *hiſtoria* FRANCISCI SANDFORDII, *Genealogica*, a Guilielmo Conqueſtore & anno 1066 vsque ad annum 1677, quæ anglico ſermone compoſita eſt & prodiit *Londini 1653. f.* Æſtimando hæc eſt, non ſolum quod genealogiam accurate deduxerit, ſed

ſed etiam quod opus hoc ſuum figuris æneis nitidiſſimis, quibus Regum effigies, eorundemque & aliarum illuſtrium perſonarum ſigilla, arma, epitaphia atque monumenta alia exprimuntur, egregie illuſtraverit. Gallico ſermone prodiit *abregé de l' hiſtoire d' Angleterre, à la Haye 1695. 8*, quo Anglorum res a prima origine ad noſtra vsque tempora continentur, ſed leuia ſaltim ſunt atque proletaria. Breue tantum compendium eſt *ARNOLDI MONTANI Beſchreibung von Engelland, Cleue 1656. 12.*

§. X.

Iſti quidem ſunt, qui generalem Angliæ hiſtoriam deſcribunt: alii vero certorum ſaltim Regum res geſtas exponunt. Sic prodierunt *omnes caſus* qui acciderunt *annis Henrici IV, V & VI, Londini 1609. 4. Vitam Richardi III* elegantisſime ſcripſit *THOMAS MORUS*, quæ inter opera eius continetur. *GVILIELMUS FLEETWODUS* edidit *elenchum annalium Eduardi V & Richardi IV, Londini 1597. 4. NICOLAVS TRIVETIVS* edidit *annales Angliæ ab anno 1136. ad 1307. earum Rerum, quæ ſub Principibus e familia Andegauenſi ſceptra tenentibus in Europa, præprimis in Anglia memorabiles.* Extant apud Lucam Dacherium in Tomo VIII Spicilegii, *Pariſiis 1669. 4.* Ad hiſtoriam con-

trouerſiæ, quæ inter Lancaſtrienſem & Eboracenſem de ſucceſſione fuit, facit IOANNES FRANCISCVS BLONDVS in *hiſtoria belli ciuilis Anglicani*, vsque ad annum 1483. *Venetiis 1637. 4. 2* vol. quæ tamen poſtea in Gallicam atque Anglicam linguam fuit translata. Breuius eandem hiſtoriam deſcripſit *Hiſtoire des guerres ciuiles d' Angleterre, contenant les guerres ciuiles des Maiſons d' Yorck & de Lancaſtre par* M. de ROSEMUND, *à Amſterdam 1690. 12.* Hiſtoriam regni Henrici VII ſcripſit FRANCISCUS BACO de VERULAMIO, *Lugduni Batauorum 1647. 12*, quod ſcriptum eſt breviſſimum quidem, ſed prudentiſſimum, atque varias mutationes & euentus rariores deſcribit ad Angliæ cognitionem hiſtoriamque adprimis faciens.

§. XI.

Vix inter Reges Anglorum reperitur, in cuius vita & hiſtoria ſcribenda plures fuerint occupati, quam Henricus VIII. ROBERTUS BROOKE quidem ſcripſit *nouos caſus annorum regis Henrici VIII, Eduardi VI & reginæ Mariæ*, anglice *Londini 1604. 8.* & *Hagæ Comitum 1653. 12*, qui ob varias circumſtantias memorabiles ſunt æſtimandi. Ex hoc FRANCISCUS GOODWINUS, *rerum Anglicarum, Henrico VIII, Eduardo VI & Maria regnan-*

gnantibus ſcripſit *annales*, *Northoni* 1616. f.
HIERONYMI POLLINI habemus *hiſtoriam Anglicam* a tempore Henrici VIII vsque ad Eliſabetham, italice, *Romæ* 1594. 8. Elegans eſt EDUARDI HERBERTI *de* CHERBURY *hiſtoria vitæ & Imperii Henrici VIII, Londini* 1666. *f.* Præcipue vero hic memorandi veniunt, qui diuortium & hiſtoriam regis, ſchismatis ac reformationis Anglicanæ, quæ ſub eodem cœpit, deſcripſerunt. NICOLAUS SANDERUS primum *hiſtoriam ſchismatis Anglicani* libris tribus ſcripſit. *Coloniæ* 1610. 8, quam poſtea auctiorem *Eduardus Rihtonus* cum appendice *Petri Ribadeneiræ* edidit, *Coloniæ* 1628. 8, in gallicum ſermonem tranſtulit *Maucroix*, *Pariſiis*, 1677. 12. In eadem ab Henrici VIII hiſtoria incipit, in Eliſabetha vero deſinit, atque omnem hiſtoriam diuortii Henrici, iterata connubia, reformationis initia atque ſimilia deſcribit. Sed cum in reformationis hiſtoria nimium faveret papæ, GILBERTUS BURNETUS accuratius *hiſtoriam reformationis Anglicanæ* ſcripſit, eandemque ab Henrico VIII vsque ad annum 1559 deduxit. Anglico ſermone primum prodiit, poſtea vero in gallicum ſermonem translata fuit per *Roſemundum*, *Londini* 1683. & 1685. 4. atque in latinum ſermonem per *Michaelem Mittelholtzerum*, *Ge-*

ne-

neuæ 1686. f. in Germanicum *Caſſelis 1688. 8.* atque hiſtoria eſt elegantisſima & accuratisſima variis documentis illuſtrata. Idem Burnetus poſtea Antonio Varillaſio reſpondet, qui de mutationibus in religione apud Anglos factis, ſecus ac verum, propoſuerat, in *critica noni libri*, quæ ex anglico gallice verſa prodiit *Amſtelodami 1686. 12.* Ad easdem cenſuras cum reſpondiſſet Varillaſius, Burnetus *defenſionem* in publicum emiſit *Amſtelodami 1688. 12.* Sanderum poſtea contra Burnetum defendere conatus eſt IOACHIMUS *le* GRAND in *hiſtoire du divorce de Henry VIII, Roy d' Angleterre & de Catharine d' Arragon, avec la defenſe de Sanderus, à Paris 1688. 12. 3. vol.* In hac autem Burneto ignorantiam rerum tum extra Angliam, tum intra eandem, iniqua iudicia malam fidem & quæ ſunt alia, obiicit. Sed eidem ſufficienter reſpondet Burnetus in *epiſtola ad Theuenotum*, quam poſtea cum animaduerſionibus ſuis recudi fecit *le Grand, Pariſiis 1688. 12.* Eidem tamen denuo reſpondet Burnetus in *critique de l' hiſtoire des variations des egliſes Proteſtantes par H. de Meaux traduit de l' Anglois, à Amſterdam 1690. 12.* quæ errores tam varios quos in hiſtoria Anglicana commiſerat le Grand, refutat. PETRUS HEYLINUS quoque ſcripſit *eccleſiam*

re-

reſtauratam, ſ. Hiſtoriam reformationis eccleſiæ Anglicanæ ſub Henrico VIII, vsque ad eius confirmationem ſub Eliſabetha, anglice, *Londini 1666. f.*

§. XII.

Ad hiſtoriam Mariæ atque Eliſabethæ præter ſupra memoratos annales facit *narratio hiſtorica viciſſitudinis rerum, quæ anno 1553. menſe Iulio in regno Britanniæ ſub Maria acciderunt 1553. 8.* Vitam vero Eliſabethæ plures ſcripſerunt. *ADOLPHUS a DANS* quidem *vitam Eliſabethæ*, reginæ Angliæ ſcripſit *Londini 1670. 8.* Huc faciunt etiam *BURNETUS*, *RIBADENEIRA & HEYLINUS*, quos ſuperius iamdum in hiſtoria Henrici VIII recenſuimus. Inter præcipua hiſtoriarum momenta cenſendi ſuo merito ſunt *GVILIELMI CAMDENI annales rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Eliſabetha, Lugduni Batauorum 1625. 8.* Opus eſt exquiſitisſimum, cuius primum tantum tomum vsque ad annum 1589 euulgauerat auctor, *Londini 1615. f.* Alterum poſt eiusdem mortem primum iu Gallia edidit Peireſcius, ad quem transmiſerat, ne fata prioris experiretur, atque aliqua in eodem immutarentur. Iudicio vtitur graui & fide debita, niſi quod in cauſſa Mariæ Scoticæ aliqua iuſſu Iacobi Regis ex Msto eraſa atque alterata. Notatu

tatu digna ſunt, quæ ea de re indicauit Burnetus in ſua ad Varillaſium replicatione p. 50, quæ cum ad illuſtrationem faciant, adducere licebit. *Dominus de Thou*, ait, *cum generalem hiſtoriam contexere in animo haberet, commercium colere cœpit cum omnibus Europæ viris, qui maxime idonei erant, quæ vera eſſent ad ipſum transmittere: Magnum itaque cum Camdeno commercium habuit: Cum autem Camdeni volumen primum in lucem exiiſſet, ſe vere ad ipſum ſcripſit, deprehendere, id adeo diſcrepans eſſe ab iis, quæ in mutuis ipſorum epiſtolis exorata fuerant, præſertim reſpectu Scotorum reginæ. De quibus quod verum erat ipſi confeſſus eſt Camdenus, ſcilicet Regem Iacobum illud neceſſario reuiſere voluiſſe, idemque poſtea tradidiſſe in manus Comitis Northamptonii, qui erat Ducis Norfolciæ frater, qui propter illam reginam capite truncatus fuerat, & plurima ex illo eraſa, plurimaque alterata fuiſſe. Hoc moleſtisſimum fuit Camdeno, qui ſollicitus fuit, ne poſterioris partis idem eſſet fatum: & ea propter illam extra Angliam ad præſtantem illum virum transmiſit, vt poſt ſuum obitum fideliter typis mandari poſſet. Hoc in Anglia notisſimum eſt, & ſecundæ partis vltra mare ad extraneum transmisſio facile quemuis inducit ad credendum, eam huius veram rationem fuiſſe. ROBERTUS IONSTONUS hiſtoriam*

riam *rerum Britannicarum* ab anno 1572 ad 1628 ſcripſit, *Amſtelodami 1655. f.* editam. Magna cum libertate diſſerit, verum non ſatis videtur inſtructus. Nimium genti ſuæ fauet, & Mariæ Scoticæ. Sr. BOHUN anglico ſermone primum, poſt in gallicum translatum ſcripſit *Le charactere de la Reine Eliſabeth, à la Haye 1694. 12*, in quo notam hiſtoriam neſcit, ſed mores ſolum Eliſabethæ & miniſtrorum depingit, multaque narrat ſingularia. Idem inſtitutum fuit GREGORIO LETI, qui italico primum ſermone vitam Eliſabethæ deſignauit, quæ tamen in gallicum poſtea translata prodiit *Amſtelodami 1694. 12.* Illud potisſimum in eo æſtimandum, quod ſine partium ſtudio res maxime memorabiles narret. FRANCISCUS WALSINGHAMUS in ſecretis ſuis aulicis, *le Secret des Cours, Coloniæ 1695. 12.* aulicum format per exempla, quæ pleruinque ex hiſtoria Eliſabethæ depromta, quibus characteres morum præcipuorum Eliſabethæ miniſtrorum exponit. ROBERTUS NANTONUS notas addidit elegantisſimas. Eiusdem Walſinghami poſtea prodierunt *Memoires & inſtructions pour les Ambaſſadeurs, à Amſterdam 1700. 4*, quæ ex epiſtolis conſiſtunt, quibus potiores hiſtoriæ ab anno 1570 ad 1581 ſub regimine Eliſabethæ illuſtran-

ſtrantur egregie. Alii ſunt qui non Eliſabethæ ſolum, ſed etiam ſubſequentium in Anglia hiſtoriam ſcriptis mandarunt. Æſtimatisſimus ſcriptor eſt IACOBVS MELVIL, cuius *Memoires* proſtant *Hagæ Comitum 1604. 12*, quibus rerum ſuo tempore in Anglia & Scotia, regnantibus Eliſabetha, Maria Stuarta & Iacobi I geſtarum hiſtoriam omnem abſoluit. Hæc primum ex auctoris Msto edidit *Georgius Scot* anglice, poſt in gallicum ſermonem tranſtulit G. D. S. atque vel ipſius Burneti iudicio, cæteris omnibus in hoc ſcribendi genere, quin & in hoc argumento dubiam reddere palmam videtur. Eadem ratione IACOBUS WELWOOD *Memoires* edidit, *Londini 1700. 8.* quibus ab Eliſabetha exorditur atque ad annum 1688 vsque progreditur, in quibus hinc inde reperiuntur aliqua, quæ haut adeo ſunt vulgaria. Inprimis vero appendicis loco adnexit ſermones in parlamentis habitos, litteras ſecretiores, aliaque non vbiuis obuia monumenta quæ multum ad hiſtoriam inſeruiunt. Germanico idiomate habemus *Seſquiſeclum Anglicanum: oder kurtze Erzehlung was ſich im Engelland von Regierung Henrici VIII, bis auf die Enthauptung Caroli I ſo wohl in Religion als Policey zugetragen, Lipſiæ 1649. 4*, in quo

geſta

geſta ſub Eliſabetha & Carolo I potiſſimum deſcribuntur. *Hiſtoriſche Beſchreibung denckwürdiger Sachen, ſo bey Lebzeiten Eliſabeth, Königin und Henrici IV Königs in Franckreich geſchehen, Franckfurt 1611. 4.* In cauſſa vero reformationis, quam denuo introduxit Eliſabetha, atque edicto pontificios Anglia exire iuſſit, habemus ANDREÆ PHILOPATRI *reſponſionem ad ſingula capita edicti Eliſabethæ Reginæ, hæreſin Caluinianam propugnantis, Auguſtæ 1592. 8.* Contra idem edictum agit commentariolus *de perſecutione Anglicana, Romæ 1582. 12. & concertatio eccleſiæ Anglicanæ ſub Eliſabetha, Treuiris 1585. 12.*

§. XIII.

Ad Iacobi I hiſtoriam faciunt potiſſimum ſcriptores, qui nefarium illud factum conſpirationis ſulphureæ litteris mandarunt. Iacobus I quidem, magnæ Britanniæ Rex *de coniuratione hac ſulphurea* librum ſcripſit, qui inter alia eius opera extat. Præterea anonymus quidam auctor coniunctim illuſtrauit *les conſpirations d'Angleterre, à Cologne 1680. 12.* vbi omnes iſtas conſpirationes vsque ad annum 1679 in Anglia factas deſcribit. Præcipuum ſcriptum eſt GVILIELMI CAMBDENI *actio in Henricum Garnetum & cæteros puluerariæ*

coniurationis in Regem magnæ Britanniæ Iacobum complices, *Londini* 1607. 8, quæ omnia ex actis publicis fuere deſumta. Prodiit porro de eadem Anglicana tragœdia, ſiue *de quorundam Anglorum contra Regem coniuratione diſcurſus* 1606. 8. *Narratio de prodigioſa a Ieſuitis & coniuratis in Iacobum Angliæ Regem intentata coniuratione*, *Lugduni Batauorum* 1607. 4. *Narratio duarum liberationum populi Anglici, alterius quidem ex inuaſione Hiſpanorum anno* 1588, *alterius ex conſpiratione pulueraria & vere diabolica*, anglice, *Londini* 1670. 8. *Series coniurationis pulueris tormentarii, Londini* 1606. 4. & germanice, *Francofurti* 1606. 4. WOLFGANGI MAYERI *deſcriptio coniurationis Anglicæ puluerariæ, Baſileæ* 1610. 8. RUDOLPHI BAPTISTÆ a SALIS *de proditione Anglica pyreopuluerea* liber, *Baſileæ* 1617. 4. IOANNES BARCLAIUS *Euphormioni* ſuo ſeriem patefacti diuinitus parricidii adiecit.

§. XIV.

Ex hac autem coniuratione notabilis illa de iuramento fidelitatis orta fuit controuerſia. Præſcripſerat enim Iacobus ſubditis ſuis iuramentum, fidelitatis dictum, quo ſe obligarent, vt nullum alium Regem legitimum adgnoſcerent quam Iacobum, papam nullam poteſtatem habere in Re-

in Reges, & quæ ſimilia. Hoc vero iuramentum cum per bullam infirmare conaretur Papa, ipſe Iacobus ſcripſit *apologiam pro iuramento fidelitatis cum Pauli V duobus breuibus & epiſtola Bellarmini, Londini 1608. 8.* Huic ſe oppoſuit ROBERTUS BELLARMINUS, qui ſub nomine MATTHIÆ TORTI aduerſus Iacobum ſcripſit, *Coloniæ 1608. 8.* Cum vero huic in prolixa præfatione monitoria ad omnes Germaniæ proceres, quo ſibi a tyrannide Papæ cauerent, reſpondiſſet, edidit Bellarminus apologiam, qua dictam præfationem refutat. Alius ſub titulo TORTVRÆ TORTI, *Hanouiæ 1610. 8.* Iacobi cauſſam ſuſcepit, contra quem MARTINVS BECANVS dedit *refutationem Torturæ Torti, Moguntiæ 1610. 8. controuerſiam Anglicanam de poteſtate regis & pontificis, Moguntiæ 1612. 8. examen concordiæ Anglicæ de primatu eccleſiæ regiæ, Moguntiæ 1613. 8.* GVILIELMI TOOKERI vero habemus *duellum cum Becano, refutante apologiam Iacobi Regis, Heidelbergæ 1611. 8.* Sic etiam prodiit *triplici nodo triplex cuneus, ſeu apologia pro iuramento fidelitatis aduerſus duo breuia Pauli V & epiſtolam Bellarmini ad G. Blackvellum ſcriptam, Londini 1610. 4.* LEONARDUS COQVÆUS vero edidit *examen præfationis monitoriæ Iacobi Regis, præmiſſæ apo-*

logiæ ſuæ pro iuramento fidelitatis, Friburgi 1611. f. IACOBUS GRETSERUS quoque *commentarium* ſcripſit *in Regis Iacobi præfationem monitoriam & apologiam pro iuramento fidelitatis, Auguſtæ 1610. 4.* Ipſa ſcripta *Iacobi I* continentur inter alia eiusdem *opera*, *cura Iacobi Montacutii* edita, *Londiui 1619. f.*

§. XV.

In Hiſtoria Caroli I plures occurrunt Scriptores. Ex ſuperioribus potisſimum huc faciunt IOHNSTONUS *in hiſtoria*, & GREGORIUS LETI *in theatro Britannico.* Præterea GEORG I HORNII *res geſtæ in Anglia, Scotia, Hibernia, ab anno 1645*, quo tandem quæ tribus iſtis annis, 1645, 1646 & 1647 geſta fuerunt, recenſentur. WILHELMI SANDERSONI habemus *hiſtoriam vitæ & necis Caroli I, Londini, 1658. f.* quæ nimis regi fauet. Alia *hiſtoria Caroli I* prodiit *Londini 1656. 12.* Præcipue vero plures ſunt, qui nefariam illam rebellionem & parricidium Anglicanum deſcripſerunt. ROBERTUS MANLIVS quidem ſcripſit *commentarios de rebellione Anglicana ab anno 1640. vsque ad 1649*, quo morti adfectus fuit Carolus, *Londini 1686. 8*, atque omnem hiſtoriam breuiter narrat. Inter præcipuos æſtimandus eſt GEORGIUS BATEUS, qui ſcripſit

ſcripſit *elenchos motuum nuperorum in Anglia*, quorum partes duæ *Londini* primum prodierunt *1661. 8.* quæ ad Cromvvelli mortem vsque procedunt. Addidit hiſce tomum tertium THOMAS SKYNNERVS, *Londini 1676. 8*, quo vsque ad decimum annum regiminis Caroli II progreditur. Paucos ante annos prodierunt *les Memoires d'* EDMOND LUDLOW, *Amſtelodami 1699. 12*, quibus omnem ſuam vitam deſcribit, quæ in notabilis iſtius conuerſionis tempora incidit. Prout autem auctor Parlamenti cauſſam in hoc ipſo bello ciuili enixe iuuerat, ita omnem culpam in Iacobum reiicit, ipſum inculpat imminutæ clam & aſtu publicæ libertatis, & quæ ſunt eiusmodi. Maiorem ergo fidem habent *Commentarii* PHILIPPI WARWICKII, qui anglico ſermone prodierunt ſub titulo: *Memoires of the King Charles I, Londini 1701. 8*, quibus politica paſſim præcepta & characteres morum inſpergit, atque vsque ad regni ſub Carolo II reſtaurationem progreditur. Talia *monumenta rerum Anglicarum* edidit quoque WHITLOCKVS, *Londini 1682. f.* Sic etiam extat *abregé de la vie de Charles premier, Roy d' Angleterre, traduit de l' Anglois*, qua ſingula iſta probe exponuntur. *Theatrum tragicum actorum & ca-*

ſuum Londini celebratorum, Amſtelodami 1649. 8. quo omnia ſupplicia Regis, & miniſtrorum, horum condemnationes atque vltima dicta deſcribuntur. VITI BERINGI *fatum luctuoſum Caroli I. Regis Britanniæ, Lugduni Batauorum 1651. 8. Hiſtoire des troubles de la Grande Bretagne par* ROBERTUM MENTAC de SALMONET, *à Paris 1661.* 12. Germanico idiomate proſtat; *Hiſtoriſche Beſchreibung des 20 jährigen innerlichen Krieges in denen Königreichen Engelland, Schottland und Irrland,* quæ ex anglico verſa prodiit *Noribergæ 1669. 8. Wunder und ſonderbahre Glücksverwandelung von 1625. bis 1662, Francofurti 1662. 8.* Parlamenti cauſſam contra Regem defendunt alii. IRENÆUS PHILALETHES quidem in *hiſtoria rerum in Scotia geſtarum, Dantiſci 1642. 8.* cauſam Puritanorum potisſimum contra epiſcopales agit. Scotorum cauſſam defendere conatur *auctor motuum Britannicorum verax Cushi ex ipſis Ioabi, & oculati teſtis prototypis totus translatus, Roterodami 1647. 8.* Inſtitutum potisſimum auctori eſt, vt doceat, Scotos nihil in hac cauſſa contra officium ſuum egiſſe, idque vt eo melius demonſtret, multa ſcripta publica inſeruit, quæ plurimum ad omnem hiſtoriam momenti præbent, licet alias ſtylo duriori, difficili

ficili & obſcuro vtatur. Poſtea prodiit *perfecta narratio totius proceſſus tribunalis iuſtitiæ in examine Regis in aula Weſtmonaſterienſis, & ad prauertendum falſas & incongruas relationes, Londini 1649. 4*, quo etiam cauſſa parlamenti agitur. Strenue parlamenti cauſſam agit auctor libri, quem inſcripſit: *Britanniſcher Maccabæus, oder von des Engliſchen Generalen Thomæ Fairfax Kriegs-expedition, durch Erethur Griephiren von Wahrendorff, 1668. 12*, in quibus multas quidem rationes detegere conatur auctor, quæ potiſſimum eo vergunt, Carolum iura parlamenti voluiſſe ſupprimere & religionem catholicam introducere. *Vita Oliuerii Cromwellii* vero quæ gallico ſermone recuſa *1691. 12.* & germanico *Noribergæ 1663. 12.* eandem hiſtoriam continet. Plenius eandem vitam italico ſermone ſcripſit GREGORIVS LETI. *Amſtelodami 1662. 8.*

§. XVI.

Prodierunt tamen ab vtraque parte ſcripta, qui modo Regis vel Parlamenti cauſſam defenderent. Reſponſionem Regis ad ea, quæ a parlamento obiiciebantur, factam videmus in libro, cui titulus: *εἰκὼν βασιλικὴ* vel *imago Regis Caroli in ſuis ærumnis*, quod edidit *Ioannes Eartes, Hagæ Comitum 1649. 12.* Huic tamen poſtea re-

 ſpon-

ſpondit anglico ſermone IOANNES MILTONUS libro peculiari, qui in gallicum ſermonem fuit translatus, ſub titulo: *reſponſe au livre intitulé* Εικὼν βασιλική *à Londres 1652. 12.* Eadem regis innocentia declaratur in *Sylloge variorum tractatuum Anglico quidem idiomate & ab auctoribus Anglis conſcriptorum, ſed in linguam latinam translatorum, quibus Caroli R. innocentia illuſtratur & parricidium iniuſtisſime & immanisſime in illum perpetratum a pſeudo parlamento & perduelli exercitu declaratur; acceſſit reſponſum neceſſarium ad declamationem ſ. prouocationem Mr. Io. Cocke, auctore* I. V. A. R. *Londini 1649. 4.* Continet ſcripta XVI plerumque publica, vtpote Reſponſum & declarationem Regis, variorumque Angliæ iudiciorum & academiæ Oxonienſis iudicium pro innocentia Regis narrationem totius proceſſus Supremi Tribunalis iuſtitiæ in aula Weſtmonaſterienſi & ſcripta ſimilia. Præcipue autem nota eſt illa controuerſia quæ inter Salmaſium & Miltonum fuit hac de cauſſa, de qua quidem in bibliotheca Philoſophica iam fuit dictum, hic tamen repetere licebit. CLAUDIUS SALMASIUS quidem tecto primum nomine ſcripſerat *defenſionem regiam pro Carolo I, qua 1650. 12.* prodiit, idque ſine dubio auſpiciis Caroli II. In hac totus in eo

ſt, vt Anglos regicidas increpet, & demonſtret, parlamentum Anglicanum eſſe infra Regem. Reſpondet eidem atque *defenſionem pro populo Anglicano* ſuſcepit IOANNES MILTONUS, in peculiari tractatu, *Londini 1652. 12.* edito. Ad hanc poſthuma prodiit *Claudii Salmaſii reſponſio, Londini 1660. 8..* Certe, eruditione ſuperior erat Salmaſius Miltono, non æque iudicio pragmatico. Ad normam reipublicæ Romanæ, atque ex ſcriptoribus antiquis Angliæ ſtatum deducit, quod in ipſo Miltonus atque alii reprehendunt. Commune igitur de vtrisque eſt iudicium, quod Salmaſius rem optimam peſſime, Miltonus rem peſſimam optime defenderit. Id quod de ratione politica facile concedimus; cum alias magis erudita ſint Salmaſii: Miltoni vero ſpecioſa argumenta. *Secundam* poſtea *defenſionem pro populo* ſuſcepit MILTONUS, contra tractatum anonymi, cuius titulus: *regii ſanguinis clamor ad cœlum, aduerſus parricidas Anglicanos, Hagæ-Comitum 1654. 12.* In hoc, potisſimum exemplis ex hiſtoria, præſertim Anglica petitis docet, parlamentum eſſe ſupra Regem, & Imperii ſummam penes populum. Culpandus tamen potisſimum eſt, quod Caroli I imperium dicat eſſe tyrannicum. Alius

lius Miltono reſpondet in *apologia ſua pro rege & populo Anglicano, contra Ioannem Miltonum, Antwerpiæ 1652. 12.* Hic autem potius iniurias in Miltonum euomuit, quam vt eius argumenta euertat. IOANNEM BRAMMALUM huius ſcripti auctorem facit, eius vitam deſcribit, eidemque reſpondet Ioannes Philippi, Anglus, in *reſponſione ad apologiam anonymi cuiusdam tenebrionis, Londini 1652. 12.* Sed etiam hæc reſponſio plus iniuriis quam argumentis atque rationibus eſt referta. IOANNES ROWLANDUS poſtea *polemicam* ſcripſit, ſiue *ſupplementum ad apologiam pro Rege & populo Anglicano aduerſus Miltoni defenſionem, Hagæ-Comitum 1653. 12.* Regicidium defendere conatur WILLIAM ALLEN, in libro, quem ſcripſit: *traitté politique, que tuer vn tyran, n'eſt pas vn meurtre, a Lyon 1658. 8*, id quod ex multis ſcriptoribus demonſtrare conatur. Alii tamen contra Miltonum poſtea atque adſeclas egerunt. Prodiit enim *Carolus I, Britanniæ Rex a ſecuri & Miltoni calamo vindicatus, Dublini 1652. 12.* IACOBI SCHALLERI *diſſertatio ad quædam loca Miltoni, Argentorati 1652.* habita, poſt recuſa *Lugduni 1653. 4. Abbregé des derniers mouvemens d'Angleterre, avec vn raiſonnement, à Anvers 1651. 12. Examen Anglicum, exhibens quæſtiones*

s politico-iuridicas, maieſtatem non eſſe violan-'m, Rintelii 1653. 4. IO. CHRISTOPHORI NE-NDRI diſcurſus de Principum poteſtatis ſum-itate contra Regicidium, Anglicanum, Fran-furti 1661. 12. GVILIELMI VRSINI de RIVO ndiciæ pro capite Regis Angliæ contra rebelles rricidas, Hagæ Comitum 1649. 12. & qui actatus ſunt ſimiles. Inter hos optimum nſeri debet *CASPARIS ZIEGLERI regi-dium Anglicanum, Amſtelodami 1676. 12*, iura gia defendens.

§. XVII.

Pergimus ad eos, qui hiſtoriam Ca-oli II, huiusque fratris, Iacobi II ſcripſe-int. Facit huc *Boſcobel, où abregé de ce ui s'eſt paſſé dans la retraite memorable de Maieſté Britannique apres la Bataille de Vorceſter l. 13. Septembre 1651, traduit de l'An-lois, à Roen 1676. 12.* Deſcribitur locus ille memorabilis, quo Carolus II poſt prælium Vorceſtrienſe per aliquot dies latuit. Cum ero in Angliam reducerentur, *EDMUNDUS ASTELLUS Solem Angliæ orientem* publica-it *auſpiciis Caroli II, Londini 1666. 4.* In andem reſtitutionem *ROBERTUS KEU-HEMIUS* ſcripſit *Angliam triumphantem, Iagæ Comitum 1660. f.* Vitam Caroli II ſcri-ſit *DANIEL HARTNACCIUS*. Sic etiam rodiit *Hiſtoire des evenemens tragiques d'An-*

gleter-

gleterre & des derniers troubles d' Ecoſſe conte-nant vne relation des conſpirations contre le Rois Charles II & Iacques II, avec les princi-pales circonſtances de la vie & de la mort du Du de Monmuth & du Comte d' Agrile, & tirées de Memoires Anglois & Flamans, à Cologne 1686. 12 *Hiſtoire ſecrete par Charle Second & Iaque II, à Cologne 1694.* 12.

§. XVIII.

Succedunt nunc illi, qui Guilielmi III & Mariæ reginæ vitas nobis expoſuerunt. Primus qui Belgico ſermone *Vitam Guilielmi III* ſcripſit eſt *LAMBERTVS van den BVSCH*, vulgo dictus *SYLVIVS*, qui a natiuitate Regis anno 1650 vsque ad 1693 omnem eius hiſtoriam & Belgii res deſcripſit *Amſtelodami 1694. 4.* Gallico ſermone antea prodierat *Hiſtoire de Guillaume III, Roy d' Angleterre, à la Haye 1693. 12.* Plenior vero eſt atque accuratior *Hiſtoire de Guillaume III* par *CHEVALIER*, *Amſtelodami 1692. f*, qua omnia regis geſta per numiſmata, inſcriptiones, arcus triumphales, aliaque monumenta exponit. Haut ita pridem, vix Rege demortuo, plures erant qui geſta tanti herois exponere conarentur. Primum quidem *Hiſtoire de Guillaume III, Roy d' Angleterre, d' Ecoſſe, de France, & d' Irlande &c. contenant ce qui s' eſt paſſé de plus particulier depuis ſa*

naiſſan-

iſſance iusques à ſa mort; les demelés, qui ıt regné durant ſa Minorennité, les negotiaons, les Alliances & les guerres, qui ſe ſont ıites en Europe, ſous ſa direction, pendant ſon gne. A quoy on a ioint les lettres de pluſieurs rinces & Princeſſes; divers Memoires & autres riginaux, qui ſont le fondement de cette hioire par P. A. SAMSON, à la Haye 1703. 12. oſt hanc alia prodiit *Amſtelodami 1703. 12.* uobus tomis & Tertia *Amſtelodaıi 1703. 12.* Tres auctores diuerſos haent, & licet vnam eandemque rem ſcriiant, attamen diuerſimode agunt. Optiıa quidem eſt Samſoni hiſtoria, qui nonolum reliquis eſt prolixior, ſed etiam inıultis accuratior, maxime ob acta publica tque anecdota, quæ inſeruit commendanıs; veras etiam cauſſas & circumſtantias ıſte exponit, atque pragmaticus eſt. Alera hiſtoria breuis eſt, ſed per annales educta. Tertia ea tantum narrat, quæ ınt memorabilia, & octoginta continet guras, quibus potiora illuſtrantur. *IOANNES GEORGIVS GRÆVIVS*, Lumen ruditorum noſtri temporis, iuſſu Regis Hiſtoriam prolixius deſcribere ſuſceperat, de qua vero poſt mortem Græuii vix amplius perandum. *EBERHARDVS GVERNERVS IAPPELIVS im Britanniſchen Glückswechſel,*

Ham-

Hamburgi 1691. 4. mutationem iſtam Anglicarum & initia regiminis Guilielmi deſcripſit *Mariæ Reginæ vitam* anglice ſcripſit *GILBERTVS BVRNETUS*, quam poſtea in gallicum ſermonem tranſtulit *David Mazel, Hagæ Comitum* impreſſam *1695. 12* *IACOBUS ABBADIE in mortem Reginæ panegyricum* ſcripſit gallice, *Hagæ Comitum 1695. 12.* *IOANNES BAMBAMIUS* quoque *iuſta dies manibus Diuæ Mariæ* ſoluit *Hamburgi 1695. 4.* Sic etiam prodierunt *Iuſta parentalia*, quæ dictæ Reginæ *FRIDERICVS SPANHEMIVS, IOANNES GEORGIVS GRÆVIVS, IACOBVS PERIZONIVS & PETRVS FRANCVS*, orationibus ſolenniter recitatis perſoluerunt, *Lipſiæ 1695. 8.*

§. XIX.

Ab Anglia progredimur ad Scotorum hiſtoriam, in qua ſcriptores aliquot ſpeciales, præter iſtos generales ſuperius iam adductos occurrunt. *IOANNES IONSIDONIUS inſcriptiones* ſcripſit *hiſtoriæ Regum Scoticorum, Amſtelodami 1602. 4.* *DAVID CAMERARIUS de Scotorum fortitudine, doctrina & pietate, ac de ortu & progreſſu hæreſis in regno Scotiæ & Angliæ libros IV, Pariſiis 1631 4.* *WILHELMUS DRUMMONDUS hiſtoriam Scotiæ* ab anno 1423 ad 1542, *Londini 1655. 4.* *HECTOR BOETHIUS Hiſtoriarum Scotiæ* a

prima

prima gentis origine, ſcripſit libros XVII, quos latine edidit cum Scotorum hiſtoriæ continuatione, facta per *Ioannem Ferrarium*, *Pariſiis 1580. f.* Idem *de Scotorum origine, moribus & geſtis* ſcripſit libros X, quibus acceſſit *noua regionum & inſularum Scotiæ, cum vera eiusdem tabula topographica, deſcriptio*, auctore *IOANNE LESCÆO*, *Romæ 1578. 4. & Londini 1677. 4.* Optimus in hiſtoria Scotica eſt *GEORGIUS BUCHANANUS*, qui *Rerum Scoticarum hiſtoriam*, libris XX, ſcripſit *Edinburgi 1583. f*, quæ editio eſt optima & *Francofurti 1594. 8.* Hiſtoria eſt gentis Scoticæ a prima origine vsque ad annum 1572 perducta eleganti ſermone, omni fide & iudicio exquiſito perſcripta, licet eundem Mariæ Scoticæ infeſtiorem eſſe velit Camdenus, ſed ſine cauſſa. Acceſſit liber de iure regni, in quo regiam autoritatem nimis deprimit, contra quem tamen calamum ſtrinxit Guilielmus Barclaius. *Vitam S. Margaretbæ*, reginæ Scotiæ ſcripſit *GVILIELMUS LUDOVICUS LESLEUS*, italico ſermone, *Romæ 1675. 12.*

§. XX.

Notisſima eſt Stuartorum familia in Scotiæ Regno, de qua extant *Memoires of the Family of the Stuarts*, *Londini 1683. 8.* quam a prima origine deducit auctor, cauſſam

ſam Mariæ Stuartæ exponit, ſed defendere conatur. Plures in eiusdem Mariæ hiſtoria fuerunt occupati. IOANNES LESLÆUS quidem *de titulo* ſcripſit *ac iure Mariæ Scotorum Reginæ, quo regni Angliæ ſucesſionem ſibi vindicat, Rhemis 1580. 4.* OBERTUS BARNESTOPALIUS ſingulari ſcripta *Mariam Stuartam* vindicare voluit, illam *a cæde Darleana eſſe innoxiam*; atque Martyrem eſſe innocentem, *Ingolſtadti 1588. 8.* Sic etiam *Marie Stuart, Reine d'Ecoſſe nouelle hiſtorique à Amſterdam 1675. 12.* Habemus quoque *Summarium rationum, quibus Cancellarius Angliæ & prolocutor Puckeringius Eliſabethæ reginæ, occidendum eſſe Mariam Stuartam* perſuadet, *Coloniæ 1627. 8.* Quæ anno 1644 & duobus ſequentibus geſta fuerunt apud Scotos, exponuntur in libro, cui titulus: *de rebus a Iacobo, Marchione Montisroſarum in Scotia geſtis.*

§. XXI.

Ad hiſtoriam Hiberniæ facit elegantiſſimus liber IACOBI WARÆI *de Hibernia & antiquitatibus eius, Londini 1658. 8*, qui notitiam ſtatus antiqui Hibernici optime expoſuit. *Rerum Hibernicarum Annales* ab anno 1485 vsque ad annum 1558 prodierunt *Dublini 1666. f.* THOMAS CARVE ſcripſit *Lyram* ſiue *anacephalæoſin Hibernicam,*

Saltz-

Sultzbaci 1666. 4. in qua de origine, nomine, moribus & ritibus gentis Hibernicæ agit, atque annales Hibernicos exponit, ſed confuſus eſt ſcriptor, qui multa de iuribus pontificum, reliquiis Sanctorum & ſimilia interſpergit. PETRI LOMBARDI habemus præterea *commentarium de regno Hiberniæ, Louanii 1632. 4.* PHILIPPI OSULLEUANI *compendium hiſtoriæ Hibernicæ, Olyſſiponæ 1621. 4.* RICHARDI STANIHURSTII *libros IV de rebus in Hibernia geſtis, Antwerpiæ 1584. 4.* Optimum vero ſcriptum eſt RODERICI OFLAHERTII *Ogygia, ſeu rerum Hibernicarum chronologia, Londini 1685. 4.* Ex vetuſtis monumentis a prima origine, per omnem regum ſucceſsionem eandem accuratisſime exponit. Plenior adhuc eſt RICHARDI COX *Hibernia Anglicana*, quæ Anglico ſermone prodiit *Londini 1689. f.* Hac enim omnem Hiberniæ hiſtoriam a prima eius per Anglos ſubactione in hunc vsque diem recenſet iuſtisſime.

§. XXII.

Inter politicos primo loco memorari meretur THOMAS SMITH, cuius *de republica & adminiſtratione Anglorum* libri III extant in latinum conuerſi á *Ioanne Buddeno, Lugduni Batauorum 1641. 16*, apud Elzeuirios,

 qui

qui licet breuis ſit, accuratus tamen eſt, IOACHIMI HAGEMEIERI *epiſtolas duas de ſtatu M. Britanniæ Francofurti 1678. 4.* habemus. Gallico ſermone prodiit *etat preſent d'Angleterre, a Amſterdam 1672. 12.* CAMDENUS quoque in *Britannia* ſua ſtatum politicum deſcribit. Breuiter eundem ſtatum exponit MARCUS ANTONIUS CORRIER, *in relation d'Augleterre, à Montbeliard 1667. 12*, in qua occaſione legationis ſuæ, quam Reipublicæ Venetæ nomine ſuſcepit, omnia ipſi inueſtigare datum eſt. Sic etiam prodierunt *Comtiſſæ d'* AUNOY *Memoires de la Cour d'Angleterre, à la Haye 1695. 12*, quæ tamen non in omnibus fidem merentur. Optimum eſt ſcriptum EDUARDI CHAMBERLAYNE *l'etat preſent d'Angleterre ſous le regne du Roy Guillaume & la Reine Marie, traduit de l'Anglois par M. D. N. augmenté de beaucoup, à Amſterdam 1692. 12*, qui potiora facit hac in parte. Ex hoc ſua potisſimum hauſit, atque in compendium traxit THOMAS WOOD *in notitia Angliæ, ſiue præſente Angliæ ſtatu, Oxonii 1686. 12.* Germanico idiomate prodiit *das Neugebarniſchte Gros-Britannien, Nürnberg 1691. 4.* & FUNCKENS *Groß-Britanniſcher Thron und Kron, Nürnberg 1680. 12.* ſed leuioris ſunt momenti. Longe præſtat hiſce

der

ler Engelländiſche und Holländiſche Staat unſe-
er Zeit, worinnen dieſer beyden Nationen ge-
enwärtige Beſchaffenheit, Reichthum und Macht,
ngleichen deroſelben vor die allgemeine Frey-
eit Europa abgefaſte conſilia, allianzen, Kriegs-
Rüſtungen beſchrieben werden, Cölln 1702. 4.
quod ſcriptum ad ſtatum præſentis tempo-
is eſt accommodatisſimum, & rationem
efinitæ ſuccesſionis declarat. Ad ſtatum
oliticum, qui ſub Cromvvellio fuit, facit
Ratio conſtitutæ nuper Reipublicæ Angliæ, Scotiæ
& Hiberniæ, vna cum inſulis aliisque locis eius
itioni ſubiectis penes Protectorem & Parlamen-
tum, ex Anglico in latinum verſa, *Hagæ Co-*
mitum 1654. 12. In hac auctor demonſtra-
e voluit, conſtitutionem hanc non modo
riorum mutationum rationibus conueni-
e, & ex illis neceſſario ſequi; ſed iis et-
im, quæ a parlamento & exercitu decla-
ata palam atque acta ſunt, prorſus eſſe
onſentaneum. *Breuiarium hiſtoriæ Parla-*
menti prodiit *Lugduni Batauorum 1651. 12.* *Dia-*
logus de fundamentis Legum Angliæ & de con-
ſcientia, Londini 1528. 8. De vnione Scotiæ
tque Hiberniæ habemus FRANCISCI BA-
CONIS VERULAMII *felicem Scotiæ cum An-*
glia vnionem, item conſiderationes vnio-
em Regni Angliæ & Scotiæ concernentes,
uæ inter eius opera continentur. AL-

BERICI GENTILIS diſcurſum *de vnione Angliæ & Scotiæ, Londini 1603. 8.* qui poſtea inter eiusdem diſcurſus regales recuſus eſt *Helmſtadti 1669. 4. Magnæ Britanniæ ſpeculum* anglico ſermone ſcriptum prodiit *Londini 1683. 12*, quo auctor & naturalem & politicum ſtatum exponit, iuri ſucceſsionis tamen & cauſſæ pontificiorum potiſſimum fauet. *Aulam Regis Iacobi* deſcripſit anglico A. D. B. *Londini 1619. 4.* AUGUSTINUS HOLTERSEN edidit *Engellands appellation und Beruffung von der geheimen Raths-verſammlung zu Witthalan und für den großen Rath dieſer Nation oder die im Parlament verſammlete Edelen und Gemeine, 1673. 12.* qua artes coronæ Gallicæ explicat, quibus vſa fuerit, Anglos in bellum Belgicum implicandi. SKENANI habemus *Maieſtatem Scotiæ & leges, Londini 1613. f.* DAVIDIS CHAMBRE *la recherche des ſingularités plus remarquables concernant l' etat d' Ecoſſe, à Paris 1580. 8.* Sic etiam prodiit *Reſpublica, ſ. ſtatus regni Hiberniæ & Scotiæ diuerſorum auctorum, Lugdvni Batauorum 1628. 12.* Ad leges potiſſimum atque antiquitates Angliæ faciunt HENRICI SPELMANNI *opera poſthuma, Oxonii 1698. f.* ex Theatro Scheldoniano. Continetur in hac collectione primum diſſertatio *de origine, incrementis, propa-*

propagatione & conditione feudorum militarium in Anglia, diſſertatio *de antiqua regiminis Anglicani forma, de parlamentis, de diebus iuridicis,* & quæ ſunt ſimilia.

§. XXIII.

Ad eccleſiaſticam gentis Anglorum hiſtoriam faciunt RICHARDI SMITHEI *florum Hiſtoriæ eccleſiaſticæ gentis Anglorum libri Septem, Pariſiis 1654. f,* quibus demonſtrare volunt, ab omni tempore vsque ad Henrici VIII ætatem, Anglos catholicæ religioni fuiſſe deditos, ideoque de ſanctis illorum epiſcopis, aliisque viris religioſis agit, Anglosque vt in eccleſiam reuertantur, exhortatur. RICHARDUS BROUGTON ſcripſit *hiſtoriam eccleſiaſticam magnæ Britanniæ,* anglice, *Londini 1651. f.* Idem quoque ſcripſit *monaſticum Britannicum,* concernens fundationem monaſteriorum &c, magnæ Britanniæ, *Londini 1655. 8. Hiſtoriam eccleſiaſticam Anglicanam* ſcripſit THOMAS FULLERUS, anglice, *Londini 1655. f.* Similem hiſtoriam debemus HIERONYMO HARPSFELDO, vna cum hiſtoria Wicleſiana, *Duaci 1622. 8.* verum auctor in proteſtantes eſt iniquior. Egregium eſt ſcriptum IACOBI VSSERII, quo *Britannicarum eccleſiarum antiquitates & primordia* deſcribit, *Dublini 1639. 4.* Melius vero ſta-

ro ſtatum ecclesiæ Britannicæ expreſſit, HONORIUS REGGIUS, ſiue, qui ſub hoc nomine latet GEORGIUS HORNIUS, *Dantiſci 1647. 4.* Huc facit H. V. P. ad B. *de nuperis Angliæ motibus* epiſtola, in qua de diuerſa a publica religione circa diuina ſentientium diſſeritur tolerantia, *Amſtelodami 1686. 4.* Hac multo acumine diſſerit, tolerari poſſe omnes ſectas apud Anglos, ſolis pontificiis exceptis, idque ideo, quia Proteſtantibus ſaltim velint leges præſcribere eademque iniungere, quæ credi nullo modo posſint. FRANCISCUS GODWINUS anglice primum *catalogum* ſcripſit *epiſcoporum Angliæ, Londini 1615. 4*, poſt latine factum, *Londini 1616. 4.* Elegantisſimus liber eſt HENRICI LUDOLPHI BENTHEMII *Engelländiſcher Kirchen-und Schul-Staat*, *Lüneburgi 1694. 8*, quo omnis ſtatus eccleſiarum, academiarum ſectæ, concilia & quæcunque ſtatum eccleſiaſticum vel etiam litterarium concernuntur, accuratisſime exponuntur. *Hiſtoriam eccleſiaſticam Scotorum* ſcripſit THOMAS DEMPSTERUS, *Bononiæ 1627. 4.* Eiusdem eſt *adparatus ad Hiſtoriam Scoticam*, libris duobus conſtans, ſcilicet Martyrologium Scoticum, & elenchus Scriptorum Scoticorum, *Bononiæ 1622. 4.* IOANNES SPOOTSWOOD

WOOD edidit *hiſtoriam eccleſiæ Scoticæ*, ab anno Chriſti 203 vsque ad finem regni Iacobi IV, anglice, *Londini 1667. f.* In Hiberniæ hiſtoria eccleſiaſtica occurrit IACOBI WARÆI tractatus *de præſulibus Hiberniæ*, a prima gentis Hibernicæ ad fidem Chriſtianam conuerſione ad noſtra vsque tempora. Ad politiam eccleſiæ Anglicanæ faciunt varii. MOCKETUS quidem ſcripſit tractatum *de politia eccleſiæ Anglicanæ*, cui acceſſerunt RICHARDI ZOUCHÆI *deſcriptio iuris & iudicii eccleſiaſtici* ſecundum canones & conſtitutiones Anglicanas, *Londini 1683. 8.* Auctoris potisſima ratio eſt, vt Hierarchiæ Anglicanæ ordinem in compendio exhibeat, atque doceat ex antiquioribus ſcriptorum & conciliorum monumentis, eius formam a Papatu minime eſſe deriuatam, ſed potius ab eiusdem abuſibus vindicatam. Zouchæi vero labor ad ipſam iudicii eccleſiaſtici apud Anglos conſtitutionem & formam facit. RICHARDUS COSINUS *eccleſiæ Anglicanæ politiam* breuiter ſaltim in tabulis exhibet, *Oxonii 1684. f.* WILHELMUS LLOYDIUS *in hiſtorica relatione de regimine eccleſiaſtico Magnæ Britanniæ & Hiberniæ*, quale id fuerit, cum primum Chriſtianam fidem ſuſciperent, quam anglice ſcripſit atque edidit,

Londini 1684. 8, ad antiquiorem, ſaltim ſtatum facit.

§. XXIV.

Ad illuſtrium perſonarum apud Anglos deſcriptionem facit primnm IACOBI WILHELMI IMHOFII *Regum Procerumque Magnæ Britanniæ hiſtoria genealogica, Norībergæ 1699. f.* quæ omnium illuſtrium apud Anglos familiarum origines atque ſtemmata exponit, inſigniaque exhibet. WILHELMUS DUGDALE catalogum edidit *magnorum Angliæ Cancellariorum*, anglice *Londini 1671. 8. Vitam Reginaldi Poli & Roberti Wingfeldii* ſcripſit LUDOVICUS BACATELLUS, quam ex italico primum in latinum ſermonem tranſtulit *Andreas Dudithius, Venetiis 1563. 8*, recuſam *Londini 1690. 8.* acceſſit *diſceptatio ſuper dignitate & magnitudine regnorum Britanniæ & Galliæ*, habita ab vtriusque legatis in concilio Conſtantienſi. *Vitam Thomæ Mori* ſcripſit DOMINICUS REGI, italico ſermone, *Mediolani 1675. 12.* Præcipue huc facit ſcriptum Anglicanum, cui titulus eſt: *The Worthies of Devon ſiue Damonii Orientales illuſtres*, quos deſcripſit IOANNES PRINCE. Continentur in hoc opere vitæ fortunæque celeberrimorum Theologorum, Politicornm, Militum, Medicorum, Scriptorum, alio-

rum-

umque virorum inſignium, quibus in Deuo-
nia naſci contigit, a temporibus Norman-
norum inuaſionem præcedentibus ad præſen-
tem vsque ætatem, iuxta Alphabeticum ordi-
nem, ex probatiſſimis autoribus impreſſis at-
que manuſcriptis deſumtæ.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIÆ GERMANICÆ, GENERALIS, ARCHI-EPISCOPATUUM, EPISCOPATUUM, ABBATIARUM ET MONASTERIORUM.

§. I. Scriptores qui bibliothecam Hiſtoricorum Germaniæ ediderunt. §. II. Scriptores qui ad generalem Germaniæ chorographiam faciunt. §. III. Scriptores de montibus & metallifodinis Germaniæ. §. IV. Scriptores de fluuiis Germaniæ. §. V. Scriptores de thermis Germaniæ. §. VI. Tacitus de moribus Germanorum & qui in eum fuerunt commentati. §. VII. Scriptores alii qui Germaniæ antiquæ hiſtoriam

ſtoriam illuſtrarunt. §. VIII, Scriptores de religione & habitu Corporum Germanorum. §. IX. Scriptores de hiſtoria Germaniæ mediæ. §. X. Scriptores de bello Germanico tricennali. §. XI. Scriptores de heroibus & viris illuſtribus Germanorum. §. XII. Scriptores de Germaniæ libertate, Imperio & prærogatiuis. §. XIII. Scriptores de nobilitate Germanica. §. XIV. Scriptores de Sanctis Germaniæ. §. XV. Scriptores de lingua & legibus Germanorum. §. XVI. Scriptores de epiſcopatibus & monaſteriis Germaniæ in genere. §. XVII. Scriptores hiſtoriæ Moguntinæ. §. XVIII. Scriptores hiſtoriæ Treuirenſis. §. XIX. Scriptores hiſtoriæ Colonienſis, §. XX. Scriptores hiſtoriæ archiepiſcopatus Salisburgenſis & Veſontini. §. XXI. Scriptores hiſtoriæ epiſcopatus Bambergenſis. §. XXII. Scriptores hiſtoriæ epiſcopatus Herbipolitani, Wormatienſis & Ayſtetenſis. §. XXIII. Scriptores vrbis & epiſcopatus Spirenſis. §. XXIV. Scriptores hiſtoriæ vrbis & epiſcopatus Argentoratenſis & Conſtantienſis. §. XXV. Scriptores hiſtoriæ vrbis & epiſcopatus Auguſtani. §. XXVI. Scriptores hiſtoriæ epiſcopatus Hildeſienſis. §. XXVII. Scriptores hiſtoriæ epiſcopatus

Pader-

Paderbornenſis. §. *XXVIII. Scriptores hiſtoriæ epiſcopatus Ratisbonenſis, Friſingenſis & Patauienſis.* §. *XXIX. Scriptores hiſtoriæ epiſcopatus Tridentini, Brixienſis & Rhætorem.* §. *XXX. Scriptores hiſtoriæ vrbis & epiſcopatus Leodienſis.* §. *XXXI. Scriptores hiſtoriæ Oſnabrugenſis.* §. *XXXII. Scriptores hiſtoriæ Monaſterienſis.* §. *XXXIII. Scriptores hiſtoriæ vrbis & epiſcopatus Lubecenſis.* §. *XXXIV. Scriptores hiſtoriæ abbatiæ Fuldenſis.* §. *XXXV. Scriptores hiſtoriæ Elwangenſis & Corbeienſis.* §. *XXXVI. Scriptores Abbatiæ Quedlinburgenſis.* §. *XXXVII. Scriptores hiſtoriæ vrbis & abbatiæ Lindauienſis & Herfordienſis.*

§. I.

AD Bibliothecam Hiſtoricorum de rebus Germanicis præter generales iſtos, quos in Introductione ad notitiam rei litterariæ percenſuimus, facit IUSTI GEORGII SCHOTTELII *Bericht, von denen bekandten und gelehrten Leuten und auctoribus, welche von Teutſchland und von den Teutſchen, von Teutſchlands Zuſtand und Weſen, vorgegan-*

gangenen Geſchichten, vnd ſonderlich der Teutſchen Sprache, und die in derſelben etwas ſonderliches und merckwürdiges, ſo wohl vormahls als in Neulichkeit geſchrieben. Hanc autem recenſionem libro V operis ſui *von der Teutſchen Haupt-Sprache* inſeruit, ſed imperfecta & nuda ſaltim eſt recenſio. MARQVARDUS FREHERUS tomo primo Scriptorum rerum Germanicarum præmiſit *Directorium Scriptorum, qui Hiſtoriam Germanicam ſcripſerunt*, quo ſaltim tempora, quibus ſcripſerunt, & quousque Hiſtoriam ſuam pertexuerunt, recenſet. Hoc poſtea *Otio* ſuo *Nouiomagenſi* inſeruit SAMUEL RACHELIUS. Laudanda eſt induſtria MICHAELIS HERTZII, quam adhibuit in *Bibliotheca Germanica*, ſiue notitia ſcriptorum Rerum Germanicarum, *Erfurti 1678. f.* qua non ſolum Scriptores generales, ſed etiam ſpeciales, qui hiſtoriam Imperatorum Germanicorum, & ſingularum Germaniæ prouinciarum deſcripſerunt, perçenſentur, atque multa exinde notitia hauriri poterit, ſi modo eſſet ordinatior. Elegans eſt CASPARIS SAGITTARII, profeſſoris olim in hac academia celeberrimi, & præceptoris venerandi, diſſertatiuncula *de præcipuis Scriptoribus Hiſtoriæ Germanicæ, Ienæ 1675. 4.* Inaugurale programgram-

gramma eſt, qua poſt demandatam ipſi profeſſionem Hiſtoriarum, de præcipuis ſcriptoribus, ex quibus Hiſtoria Germanica illuſtrari poſſit, breuiter quidem, aſt accurate præfatur.

§. II.

Primo quidem loco conſiderandi veniunt, qui ad generalem Germaniæ chorographiam faciunt. Ad Germaniam antiquam, præter ABRAHAMUM ORTELIUM, elegantisſima eſt CHRISTOPHORI CELLARII, V. C. *notitia orbis antiqui, Lipſiæ 1700. 4.* ita vt nemo melius eandem explicauerit. IOANNIS PAPPUS quoque *Germaniæ veteris deſcriptionem* dedit *Argentorati 1591. 8.* Elegans eſt FRANCISCI IRENICI *exegeſis Germaniæ, Baſileæ 1568. f.* in qua prouincias diſtinguit, de iisdem, fluuiis & montibus, populis & memorabilibus Germaniæ accurate diſſerit. Poſt hunc PETRUS BERTIUS libros III ſcripſit *Commentariorum Rerum Germanicarum, Amſtelodami 1635. 4.* quibus ordine Alphabetico præcipuas Germaniæ vrbes deſcribit, harumque hiſtoriam recenſet, ſed multas hinc inde intermiſcet fabulas. SEBASTIANI MüNSTERI *Coſmographia*, quam germanice & latine editam diuerſimode habemus, omnem Germaniæ deſcriptionem

chorographicam continet; ſed multis nugis eſt refertisſima. Operoſus eſt GABRIEL BUCELINUS *in Germania Topo-Chrono-Stemmatographica ſacra & profana*, quae prodiit *Auguſtae 1655. & Francofurti 1671. f.* tribus tomis. In hac autem non ſolum topographiam, ſed etiam Chronologiam, Epiſcopatus, Abbatias & monaſteria Germaniae, genealogiam quoque & nobilium ſtemmata multa cura explicauit. MARTINUS ZEILLERUS in deſcribenda Germaniae topographia haut parum quoque fuit occupatus. Non ſolum enim varias eiusdem topographias habemus cum deſcriptione vrbium, quas Matthaeus Merianus aeri incidit, ſed etiam eiusdem Itinerarium Germaniae, *Francofurti 1674. f.* in quo ſingulas Germaniae vrbes & quae in iisdem memorabilia deſcribit. Eiusdem eſt alius tractatus *von denen zehen Krayſſen des heiligen Römiſchen Reichs, Vlmae 1660. 8*, in quo non ſolum terminos ſingulorum circulorum ſed etiam ſtatus in iisdem comprehenſos, horum matriculam & ſimilia deſcripſit. Breuiter de iisdem circulis ſcripſit IOANNES ANGELUS WERDENHAGEN, *Amſtelodami 1636. 12.* Haut ita pridem prodiit *Circuli Bauarici, Circuli Sueuici & circuli Franconici* ſuccincta *deſcriptio, Noribergae 1703. 12.* Qui-

2. Quibus etiam ſtatus & vrbes ad quem-
is circulum pertinentes deſcribuntur. Le-
ioris momenti ſunt CASPARIS ENS *de-*
itiæ apodemicæ per Germaniam, *Coloniæ* 1609.
2. *Vlyſſes Germanicus*, *vel totius Germaniæ*,
Regionum, *Ciuitatum*, *fluuiorum*, *montium*,
ſyluarum, *ſuis genuinis nominibus expreſſis*, &
quidquid in iis ſpectatu & memoratu dignum
ccurrit, *breuis & accurata deſcriptio*. DA-
VIDIS VECHNERI *breuiarium Germaniæ*,
Görlicii 1673. 12.

§. III.

Ad montium Germaniæ deſcriptio-
nem facit CASPAR BRUSCHIUS, qui *mon-*
is piniferi, vulgo dicti *des Fichtelbergs deſcri-*
tionem dedit *Witteberga* 1640. 4. *De monte*
Meliboco, *dem Blocksberg* egit IOANNES
PRÆTORIUS *im Geographiſchen Bericht vom*
Blocksberge, *nebſt einen appendice*, *des alten*
Reinſteins, *und der Baumans Höhle am Hartz*,
Leipzig 1670. 8. GEORGIUS HENNINGUS
BEHRENS edidit *Hercyniam curioſam*, *oder*
curioſen Hartzwald, *Nordhuſæ* 1703. 4. In
qua omnes vrbes, lacus, fontes, fluuios,
ſpeluncas aliaque quæ Hercyniæ ſyluæ ad-
iacent, deſcribit. Ad metallorum in Ger-
mania hiſtoriam faciunt alii. IOANNES
KENTMANNUS quidem edidit *arcam foſ-*
ſilium, & *nomenclaturam eorum quæ in Miſnia*,
præci-

præcipue, & aliiis qnoque regionibus inueniuntur, quæ cum Geſneri tractatu de rerum foſſilium natura prodiit *Tiguri 1565. 8. VALERII CORDI ſyluam rerum foſſilium in Germania, metallorum & lapidum*, idem edidit Geſnerus *Argentorati 1561. f.* Verum iſti potius in naturam metallorum inquirunt, quam vt hiſtoriam tradant. Præferendus omnino eſt *PETRUS ALBINUS in Meiſniſcher Berg Chronic*, in qua potiſſimum metallifodinas Miſnicas perſequitur, *Dresdæ 1610. f.* Præſtantior eſt *CHRISTIANI LEHMANNI Hiſtoriſcher Schau-Platz derer natürlichen Merckwürdigkeiten in dem Meißniſchen Ober-Ertz Gebürge, Leipzig 1690. 4*, qua curioſe admodum & accurate metallifodinas Miſnicas deſcribit.

§. IV.

Potamographiam Germaniæ edidit anonymus quidam ſcriptor *Vlmæ 1672. 12. Danubium* deſcripſit *SIGISMUNDUS von BIRCKEN im Donauſtrand, Nürnberg 1664. 12.* quæ tamen deſcriptio potiſſimum ad Hungariam facit. De *tribus Rheni alueis* ſcripſit *PHILIPPUS CLUVERUS*, quem cum aliis edidit *Petrus Scriuerius, Lugduni Batauorum 1611. 4.* Hunc vero refutauit *IOANNIS ISAACUS PONTANUS* in *diſceptationibus chorographicis de Rheni diuortiis atque oſtiis, eorumque accolis populis*

ulis, Amſtelodami 1614. 8. In hac autem mul-
 loca Scriptorum veterum in rebus Ger-
maniæ chorographicis explicauit. BERN-
ARDI MOLLERI habemus *carmen ele-
acum de Rheno a primis fontibus vsque ad Ocea-
um Germanicum, Coloniæ 1596, 8.* Quo ſin-
ulas vrbes, caſtra & pagos adiacentes, flu-
ios item atque riuos influentes deſcribit.
t taceam tot deſcriptiones Germanicas
heni, quæ paſſim editæ. *Salæ fluuii* de-
riptionem dedit GEORGIUS GROIT-
CHIUS, *Lipſiæ 1584. 8.* in qua etiam vrbium,
cium & cœnobiorum adiacentium hiſto-
am recenſet. De *Moſella* AUSONII extat
oëma, quod doctisſimo commentario il-
ſtrauit MARQVARDUS FREHERUS, *Hei-
lbergæ 1619. f.*

§. V.

De Thermis Germaniæ alii egerunt;
a IOANNES STEPHANUS STROBEL-
ERGERUS *de thermis Carolinis* ſcripſit *Nori-
rgæ 1629. 4. Thermarum Embſienſium deſcri-
ionem* dedit MARSILIUS WEIGELIUS,
*ancofurti 1627. 8. Thermarum Bernheime-
anarum* TOBIAS KNOBLAUCH, *Onoldi
11. 12. De acidulis Swalbacenſibus* habemus
OANNEM GOTHOFREDUM GEILFU-
UM, *1662. 12. De acidulis Egranis* MAT-
HIAM HORNIGKIUM, *Lipſiæ 1623. 4.* &

Ff AVGV-

AUGUSTUM HAUPTMANNUM, *Lipſiæ 1651. 4.* De *Hornhuſanis PHILIPPUM DÖBNERUM*, *Erfurti 1646. 8.* & *AUGUSTUM HAUPTMANNUM*, *Lipſiæ 1647. 8.* De *Wildungenſibus MATTHIAM RAMOLOVIUM*, *Caſſellis 1651. 8.* De *Ronneburgenſibus MATTHIAM ZACHARIAM PILLINGERUM*, *Altenburgi 1667. 8.*

§. VI.

A ſtatu chorographico progredimur ad illos, qui Germanorum veterum mores & hiſtoriam deſcripſerunt, *C. CORNELIUS TACITUS* in hos primus eſt, cuius *de moribus Germanorum* liber multa diligentia eſt conſcriptus, ita vt nemo de nobis plura, nemo certiora prodiderit. Edidit eundem vna cum notis, variis lectionibus atque emendationibus, additis excerptis Iulii Cæſaris, Strabonis, Melæ, Plinii, Ptolemæi, *Hermannus Conringius*, *Helmſtadti 1652. 4.* quæ editio eſt optima. Inter commentatores eius præcipuus eſt *PHILIPPUS CLUVERUS*, cuius *Germaniæ antiquæ* libri III extant, *Lugduni Batauorum 1630 f.* quos poſtea contraxit *IOANNES BUNO* *Guelferbyti 1663. 4.* Multi laboris opus eſt in quod omnem Germaniæ veteris hiſtoriam antiquitatesque congesſit, ſed multa ex ingenio ſuo fingit, maxime in expli-

candi

andis auctoribus. Introductionis loco n Hiſtoriam Germanicam eſſe poſſunt, *?EATI RHENANI Commentariorum de rebus ;ermanicis libri III*, qui haut ita pridem ura *Iacobi Ottonis*, *Vlmæ 1693. 4.* recuſi, in uibus & geographiam & ſtatum politi- um & mores Germaniæ veteris egregie eclarat. *ANDREAS ALTHAMMERUS* uoque in dictum Taciti librum *ſcholia* cripſit, *Francofurti 1627. 8.* & in Schardii 'omo pridem. In eodem extat *IODOCI VILLICHII & HENRICI GLAREANI commentarius*. *MATTHIAS BERNEGGERUS* unc Taciti librum & vitam Agricolæ aca- emicis exercitationibus illuſtrauit, quæ oſtea curante *Ioanne Freinsheimio* auctio- s prodierunt *Argentorati 1648. 8.* Ad eun- em *GABRIEL ACKELEY* dedit *politico-phi- logicos diſcurſus*, *Soræ 1646. 8.* *CYRIACUS ENTULUS commentarios politicos*, *Marpurg. 666. 8.*

§. VII.

Separatim vero Germaniæ antiquæ liſtoriam illuſtrarunt alii. *IACOBUS 'IMPFELINGIUS* quidem *epitomen rerum ermanicarum* edidit *Hanouiæ 1524. 12*, quæ reuis eſt, ſed in Germaniæ antiquitati- us aliqua habet ſingularia. *BILIBALDI IRCKHEYMERI Germania* extat inter opera

eius, a Goldaſto collecta, *1610. f.* In Schardi tomo primo extat *HENRICI BEBELII oratio* Germanos eſſe αὐτόχθονας, ſeu indigenas. Elegantes ſunt *CONRADI PEUTINGII ſermones conuiuales de mirandis Germaniæ antiquitatibus, Argentorati 1596. 4.* recuſi *Ienæ 1684. 8. CONRADUS CELTES de moribus & ſitu Hermaniæ* fuit commentatus, *Argentorati 1610. 8. ÆNEÆ SYLVII Germania,* ſiue deſcriptio vrbium extat inter alia eius opera, *Baſileæ 1574. f.*

§. VIII.

Ad materiam ſaltim particularem fac: *ELIAS SCHEDIUS de diis Germanorum, Amſtelodami 1648. 8.* qui liber eſt elegantisſimus & rarisſimus, qui omnem materiam quam ſibi propoſuerat, iuſte abſoluit. *IOANNES HENRICUS VRSINUS* vero *compendium hiſtoricum* edidit *de eccleſiarum Germanicarum origine & progreſſu, ab adſcenſione Domini, vsque ad Carolum M. Noribergæ 1664. 8. HERMANNUS CONRINGIUS de Germanorum corporum habitus antiqui & noui cauſſis* optime fuit commentatus, *Helmſtadti 1671. 4.* Sic etiam *IOANNES STRAUCHIUS* diſſertationem ſcripſit *de Germanorum armis, eorumque ad Rempublicam vſu, Lipſiæ 1651. 4.*

§. IX

§. IX.

Iſti quidem ſunt, qui antiquiorem ſtatum Germaniæ deſcripſerunt. De *mediæ ætatis Germania*, a Traiani temporibus vsque ad Maximilianum *I*, *Ienæ 1686. 4.* eruditisſime egit PAULUS HACHENBERGIUS, qua Regimen, leges, mores, religionem, ſtatum militarem, Oeconomicum & ſingula bene deduxit. In Hiſtoria huc faciunt ſcriptores rerum Germanicarum, quos a Piſtorio, Reubero, Vrſtiſio, Caniſio, Meibomio, Schiltero aliisque collectos habemus, de quibus tamen cum iam ſuperius capite ſeptimo dictum fuerit, hic agere ſuperſedemus: tantum alios addimus, qui in dictis collectionibus non continentur, atque ad illuſtrandam mediæ ætatis hiſtoriam Germanicam inſeruiunt. Inter Scriptores Hiſtoriæ vniuerſalis huc faciunt potisſimum, RHEGINO PRUMIENSIS, HERMANNUS CONTRACTUS, LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS, SIGEBERTUS GEMBLACENSIS, CONRADUS a LICHTENAU. ALBERTUS STADENSIS, OTTO FRISINGENSIS, atque alia, qui tamen æque in collectione Scriptorum rerum Germanicarum extant. Separatim extant DITMARI Merſeburgenſis Chronicon, qui ab Henrico Aucupe

hiſtoriam exorditur, atque Imperatorum Saxonicorum geſta, multa cura fideque deſcripſit. Edidit illud Reinerus Reineccius primum, poſt *Ioachimus Ioannes Maderus, Helmſtadti 1668. 4.* Nec minoris momenti ſunt WITTECHINDI annalium libri tres, quibus præcipue Henrici Aucupis ac Ottonis I geſta deſcripſit. Hos primum Heruagius edidit *Baſileæ 1522. f*, poſtea Reinerus Reineccius, *Francofurti 1578. f*, demum cum notis doctisſimis *Henricus Meibomius*, quæ editio in opere Meibomiano extat. HELMOLDI *Chronicon Slauorum* rudi quidem ſtylo, ſed multa cura ac fide perſcriptum eſt, quod multam, Germaniæ Septentrionalis præſertim notitiam præbet. Continuauit illud ARNOLDUS Lubecenſis, elegantisſimas vero notas adiecit *Henricus Bangertus, Lubecæ 1659. 4.* Addimus hiſce elegantisſimum CHRISTOPHORI LEHMANNI *Chronicon Spirenſe*, quod *Francofurti ad Mœnum* primum prodiit *1662. 4*, poſt auctius paullo *1697. f.* Hoc certe plus in receſſu habet, quam in fronte promittit, cum in eodem veri fontes iurispublici & ſtatus Germanicus, prout per tempora fuit immutatus, contineatur, atque ſingulis hiſtoriæ Germanicæ cultoribus esſe debet æſtumatisſimum. Addimus IO-

AN-

ANNIS PHILIPPI DATTII *volumen rerum Germanicarum nouum*, quod *Vlmæ 1698. f.* prodiit. Liber eſt egregius, in quo ſtatum Germaniæ noſtræ, quatenus ab Henricorum temporibus degenerauit, ex veris hiſtoriarum & iuris Publici fontibus accuratisſime expreſſum videmus, hiſtoriam pacis publicæ, fœderis Sueuici, nobilitatis immediatæ, atque alia iuſtisſime expoſita, vt haut male iudicemus, ſi hoc opere fundamenta iuris publici Germanici contineri dicamus. Addimus hiſce *Veteris æui analecta, ſeu vetera aliqua monumenta quæ hactenus nondum viſa*, quæ collegit primus, edidit, & obſeruationes paſſim adiecit ANTONIUS MATTHÆUS, *Lugduni Batauorum 1698. 8.* In hiſce primum locum occupat ANTONII PONTI *Hariadenus Barbaroſſa*, ſeu bellum Tunetanum, quod Carolus V. cum pirata Turcico anno 1535 geſſit. Succedit ANTONII SCHONHOVII *Commentatio epiſtolica ad Cornelium Gualterum de origine & ſedibus Francorum.* Incerti auctoris *Chronicon Belgicum ab anno 1285. usque ad 1479. Fragmentum alterius Chronici quo Iohannis primi, Hannoniæ, Hollandiæ Selandiæque Comitis anno 1305 defuncti, eiusque filii Wilhelmi Boni anno 1317 extincti res geſtæ exponuntur. Fragmentum Chronici rythmici*

de Margarethæ Imperatricis, Ludouici Bauari viduæ, prælio cum filio Wilhelmo & Delfenſium rebellione contra Albertum Ducem anno 1358. *IOANNIS de LEMMEGÆ Chronicon Gröninganum. Annales HENRICE ab ERP cœnobii in ſuburbanis Traiectenſibus*, quod vulgo *Vrouwen-Cloſter* dicitur, ab anno 1421 continuati vsque ad 1583. *GERARDI NOVIOMAGI vita Philippi Burgundi*, cum ſtemmate Burgundico. *OLIVARII MARCANI* rationarium aulæ & *Imperii Caroli Audacis*. Concludit demum *HERMANNI GOUDANI hiſtoria belli anno 1507 inter Hollandos Gelrosque geſti.* Ad Collectores ſpecialis hiſtoriæ Germanicæ referendus adhuc eſt *CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI*, qui *rerum & antiquitatum Germanicarum* edidit *ſyntagma, Francofurti ad Mœnum 1698. 4.* In hoc continetur *Hiſtoria Iſenacenſis* quam ipſe compoſuit & variis litteris ac diplomatibus illuſtrauit, vsque ad annum 1697. *PETRI VISSELBECCII Chronicon Höxarienſe*, cum continuatione *GREGORII WITTEHENNE* vsque ad annum 1498. *BUSSONIS WATENSTEDII Chronicon Mindenſe. Chronicon Hilesheimenſe. CONRADI EVERMOTII Chronicon epiſcoporum Aldenborgenſium in Wagria.* Ipſius *PAULLINI* diſſertatio

tatio *de cœnobio virginum Ottbergenſi ad Netham, congregationis quondam Ciſtercienſis, aſt nunc in vallem Dei ad familiam Benedictinam translato*, *HENRICI SWARTII minuto* eiusdem monaſterii *Chronico*. Eiusdem *PAULLINI* eſt *Chronicon congregationis Badeslebienſis*, *Marienbeck dictæ*, ordinis Auguſtiniani, diœceſeos Halberſtadtienſis, cum *ſchola Prælatorum beſtiali*, ſeu ſingulorum Abbatum Huysburgenſium vita & factis, virtutibus & vitiis per certa & conuenientia animalia epigrammatice explicatis. *IONIS CRÆMERI monaſterii S. Petri in monte Crucis ad Werram, ordinis S. Benedicti Chronicon*. *WERNERI HACKII Chronicon*, ſiue breuiloquium *de Comitibus Templimontanis*. *ANTONII SCHNACKENBURGICI annales Corbeienſes*, a prima fundatione vsque ad 1471. *CORNELII breuiarium Fuldenſe*. Succedunt ipſius *PAULLINI* diſſertationes quædam *de Walone, aqbate Corbeienſi decimo quinto, ab Henrico II Imperatore per Meinwercum, epiſcopum Paderbornenſen officio & dignitate priuato* disquiſitio auctius nunc edita. *Decretum auguſtæ ſynodi Moguntinæ ſub Luitberto, archiepiſcopo anno 888 conuocatæ*. Diſſertatio *de aduocatis monaſticis* ſeparatim antea anno 1686 edita & libellus egregius *de pagis Germaniæ, inprimis antiquæ Saxoniæ*.

Agmen claudit CHRISTOPHORI ELSCH-LEBII *carmen de Brunsburgo*, ad Wicboldum Corbeienſem anno 1152 ſcriptum. Ex qua recenſione facile patebit, quantum lucis hæc ſcripta adferant ad hiſtoriam Germaniæ mediæ.

§. X.

Iſti quidem ad medii temporis hiſtoriam Germanicam faciunt, ad alios progredimur, qui recentiora deſcribunt; inter hoſce occurrunt illi, qui nobis belli Germanici tricennalis recenſionem dederunt. EVERARDUS WASSENBERGIUS quidem *Florum Germanicum* ſcripſit, ſiue *Commentarium de bello Germanico inter Ferdinandum II & III & eorum hoſtes ab anno 1617 vsque ad 1640*, continuatum poſtea vsque ad annum 1647, *Amſtelodami 1647. 12.* Sed auctor eſt mordax, qui multa ex odio ſcripſit contra Proteſtantes, & latinitate vtitur corrupta. Nullius momenti ſunt IOANNIS PETRI LOTICHII *rerum Germanicarum ſub Matthia, Ferdinando II & III geſtarum Commentarii, Francofurti 1646. f.* IOANNES BAPTISTA BURGUS *Martem Sueco-Germanicum* edidit, ſiue rerum a Guſtauo Adolpho geſtarum libros III, *Coloniæ 1644. 12*, in quos vsque ad mortem regis progreditur, ſed leuis eſt. Præterea extant PHILIPPI AR-

LANI

LANIBÆI *arma Suecica*, *ſ. Beſchreibung des Kriegs Guſtaui Adolphi wieder Käyſerl. Maieſtät bis 1634. 1635. 4.* PETRI LANSBERGII *Guſtaui M. bellum Germanicum*, *Roterodami 1552. 12.* NICOLAI VERNULÆI *cauſſa belli Sueco-Germanici*, *Amſtelodami 1646. 4.* MAIOLINI BISSACIONI *hiſtoria de bello a Guſtauo Adolpho in Germania moto libris V conſtans ab anno 1630 vsque ad annum 1634*, italice, *Venetiis 1642. 4.* IOANNIS GILENII *Germania reformata*, *deformata*, *reſtaurata*, *Veſaliis 1659. 8*; GALEAZZI GVALDI *hiſtoria bellorum Ferdinandi II & III & Philippi IV Hiſpaniæ Regis*, contra Guſtaphum Adolphum & Ludouicum XIII ab anno 1630 vsque ad 1640, italice, *Venetiis 1644. 8.* IACOBI DAMIANI *bellum Germanicum*, *Duaci 1648. 4.* IOSEPHI RICCII *libri X de bello Germanico ab anno 1618 vsque ad 1648*, *Venetiis 1648. 4*, qui tamen multis nugis ſunt refertisſimi. CAROLI CARAFFÆ *Germania ſacra reſtaurata atque ad annum 1641 continuata* prodiit *Francofurti 1641. 4.* Hic multa arcana pontificiorum contra nos detegit, licet quandoque in noſtras partes ſit iniquior. ADOLPHUS BRACHELIUS *in hiſtoria noſtri temporis* potiora memorabilia ab anno 1618, vsque ad 1651 deſcripſit, *Coloniæ 1650. 8.* Eandem hi-

ſtoriam

ſtoriam belli Germanici *Theatri Europæi* priores ſex Tomi ab anno 1617 ad 1648 deſcribunt, e quibus tamen tomus primus & ſecundus, ob inſerta acta publica ſaltim æſtimantur, reliqui eiusdem fidei non ſunt. Sic etiam priores quatuor Tomi *Actorum Londorpianorum* omnia acta ſcriptaque publica bellum Germanicum concernentia continent. NICOLAUS BELLUS edidit *Oeſterreichiſchen Lorber-Krantz*, ſeu de bello Germanico inter Matthiam, Ferdinandum II ac Fridericum V Palatinum vsque ad annum 1637, *Francofurti ad Mœnum 1637. f.* ſed Auſtriacorum partibus nimium eſt addictus. BOGISLAI PHILIPPi CHEMNITII *Beſchreibung des Schwediſchen Krieges in Teutſchland* prodiit *Stettini 1653. f.* Hoc opus autem ex multis monumentis publicis eſt deſumtum. Optimum vero de hoc bello ſcriptum eſt SAMUELIS PUFFENDORFII *Commentariorum de rebus Suecicis* libri XXVI ab expeditione Guſtaui Adolphi Regis in Germaniam, vsque ad abdicationem Chriſtinæ, *Vltraiecti 1686, f.* qua omnem hiſtoriam plenisſime atque accuratisſime expoſuit. Suecorum quidem partibus fauere videtur, immo fauet, eo quod veras Regis in ſuſcipienda expeditione Germanica rationes reticeret; in ipſa

vero

vero expeditione certe iuſtus eſt & accuratus.

§. XI.

Progredimur ad illos, qui de heroibus veterum Germanorum egerunt. *HENRICUS OSTERDINGIUS* quidem librum ſcripſit germanico idiomate, cui titulum fecit *Helden-Buch*, qui *Francofurti* prodiit *1560. f.* in quo de Arminio potisſimum agit, ſed meris fabulis eſt refertus. Simile ſcriptum de Heroibus veterum Germanorum ſe poſſidere ait Freherus originum Palatinarum lib. II cap. XIII, quod cum aliis eiusdem farinæ ſcriptis ſe editurum promiſit, verum non præſtitit, *GEORGII SPALATINI & PETRI KENLERI hiſtoria Arminii*, extat in Tomo primo Schardii. In eodem extat *VLRICI HUTTENI* dialogus, inſcriptus *Arminius*. *CHRISTOPHORI ADAMI RUPERTI oratio de Arminio*, *Noribergæ 1663. 12.* atque elegantisſima diſſertatio *CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCHII*, *Wittebergæ 1677. 4.* Egregium vero opus eſt *DANIELIS CASPARIS von LOHENSTEIN groſsmüthiger Held Arminius*, cuius Thomus primus prodiit *Lipſiæ 1689. 4.* alter vero Tomus *Lipſiæ 1690. 4.* Non ſolum Arminii hiſtoriam in hoc opere expreſſam videmus, ſed etiam excultam linguæ Germanicæ maie-

maieſtatem, ita vt hoc præcipuum certe ſuo merito haberi debeat. Multa intermiſcet illuſtris auctor, quæ erudita ſunt atque ex ſcientiarum penu depromta, quæ eruditionem quidem auctoris ſapiunt, lectionem tamen iis, qui continuam tractationis ſeriem quærunt, reddi interruptam & difficiliorem. HIERONYMUS ZIEGLERUS catalogum ſcripſit *de illuſtribus Germaniæ viris, Ingolſtadti 1562. 4*, quo plerumque de Imperatoribus & Ducibus Germanorum illuſtribus agit. Ad ſequioris temporis Heroes alii faciunt. ADAMUS REISNERUS quidem *vitam & geſta Georgii & Caſparis*, patris & filii *a Frundsberg, Dominorum in Mundelheim* ſcripſit, quorum prior Maximiliani I, alter vero Caroli V auſpiciis militarunt, *Francofurti 1568. f.* Plurium vero heroum & Germaniæ Ducum, Sebaſtiani Schertelii, Vdalrici a Schellenberg, Lazari Schvvendi, Chriſtophori Baronis a Teuffenbach memoria prædicatur in opere quod inſcribitur: *Auguſtisſimorum Imperatorum, Serenisſimorum Regum atque Archiducum, Illuſtrisſimorum Principum, nec non Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumque Clarisſimorum Virorum, qui aut Ipſi cum Imperio bellorum Duces fuerunt*, aut in iisdem præfecturis inſignioribus laudabiliter functi ſunt, veriſ-

ſimæ

ſimæ imagines, & rerum ab ipſis domi foriſque geſtarum ſuccinctæ deſcriptiones, cura *IACOBI SCHRENCKII*, *Oeniponti 1610. f.* *HENRICUS PANTALEON in proſopographia illuſtrium virorum totius Germaniæ*, *Baſileæ 1566. f.* de viris & factis & eruditione egregiis, qui a prima ætate vsque ad ſua tempora vixerunt, agit. *CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI de origine illuſtrium Germanorum* diſſertationem hiſtoricam ſcripſit *Ienæ 1686. 4.* in qua eorundem priſcam dignitatem, conditionem, officium & potentiam breuiter tractauit.

§. XII.

Pergimus ad illos, qui de Germaniæ libertate, Imperio, atque prærogatiuis ſcripſerunt. Præcipue vero hac in parte nota eſt controuerſia, quæ Gallos inter atque Germanos eſt de libertate Germaniæ. *HIERONYMUS* quidem *GEBVILERUS* peculiari libro *de libertate Germaniæ* egit, qua Germanos Gallos, non Gallos Germanis imperaſſe probauit, *Argentorati 1519. 4.* & in Schardii Tomo primo. Nota ſunt ſcripta *ANTONII AUBERI*, qui *de iuſtis prætenſionibus Galliæ Regis* contra Imperio Romano-Germanicum gallice ſcripſit *Pariſiis 1667. 12.* Contra hunc tamen *HENRICUS KIPPINGIUS notas* ſcripſit,

& *an-*

& *animaduerſiones* in axiomata politica Gallicana, quæ Auberi euulgauit, *Bremæ 1668. 12.* eidem reſpondit *NICOLAUS MARTINI de libertate aquilæ triumphante*, ſeu *de iure, quod in imperium Regi Galliarum nullum competit, nuperis Auberii impugnationibus oppoſitum, Francofurti 1668. 12.* Sic etiam alius auctor, qui ſub hiſce litteris latet L. D. M. C. S. D. S. E. D. M. libellum edidit hoc titulo: *L' avocat condemné, & les parties miſes hors de proces par arreſt du Parnaſſe, où la France & l' Allemagne egalement defendues, par la ſolide refutation du Traitté que le Sieur Aubery a fait des pretenſions du Roy ſur l' empire*, qui prioribus in hac materia præſtat. Sic etiam prodiit *Romano Germanicus, ſ. Cæſareæ Maieſtatis, nec non Electorum Statuumque Imperii ſplendor contra ſomnia Gallorum, per G. v. H. Hamburgi 1636. 4.* Alius auctor anonymus, qui ſub nomine H. G. D. C. Francopolitæ latere voluit, edidit *wahres Franckreich oder Bericht von dem Königreich Germanien, 1682. 12.* quo probat Imperium noſtrum Romano-Germanicum nullum aliud eſſe quam illud ipſum veterum Francorum Orientalium Regnum. Leuioris momenti ſcriptum eſt, quod ſub titulo prodiit *Teutſchland iſt nicht das Römiſche Reich, 1672. 12.* atque aliud *de redintegratione regni Germani, 1675. 12.*

MI-

MICHAEL PRAUN edidit *der alten Teutſchen Reichs-Sachen Anmuthigkeiten*, *Spiræ 1685. 12.* In hoc libro multa diſſerit de origine Germanorum, quam ex hiſtoria declarat. Acceſſit eiusdem paradoxon politicum, quo de conſtitutione conſiliarii agit, quem informat, qua ratione comparatus eſſe debeat, cui multa quoque inſeruit, quæ ad cognitionem iuris publici, maxime vero originem electorum faciunt.

§. XIII.

De nobilitate Germanica præ aliis egit *MICHAEL PRAUN im adelichen Europa, und dem noch viel Edleren Teutſchland, ſamt deſſen ſieben Heer-Schilden, Reichs-Landſaſſen und Stadt-Adel, Speyer 1685. 8.* vbi non ſolum de ſtatu nobilitatis in genere, ſed inprimis etiam Germanicæ diſſerit, atque ſingula ex hiſtoriis egregie deducit. Ante huncce prodiit *REINERI REINECCII* tractatus *von des Adels Herkommen.* Præſtat vero longe *CYRIACI SPANGENBERGS Adel-Spiegel, Smalcaldiæ 1591. f.* quo non ſolum de origine nobilitatis in genere diſſerit, ſed etiam ſtatum nobilitatis Germanicæ iuſte exponit. Egregium eſt ſcriptum *CASPARIS a LERCH de ordine equeſtri Germanico, Cæſareo, bellico, politico, Moguntiæ 1625. f*, quo iura atque prærogatiuam nobilium Germaniæ

 multa

multa induſtria illuſtrauit, atque de ſtatu nobilitatis immediatæ agit. Commendatiſſimum eſt ſcriptum, ſed maxime rarum. Speciales nobilium familias ab aliis deſcriptas videmus. GEORGIUS HELWICHIUS *hiſtoriam generoſorum a Cronberg* ſcripſit *Moguntiæ 1625. f.* PAULUS MARTINUS SAGITTARIUS *de ſplendore familiæ Schönburgicæ* egit, *Altenburgi 1676. 4.* Huc faciunt etiam Scriptores, qui de ludis equeſtribus, vulgo dictis torneamentis, egerunt. GEORGIUS RüXNERUS quidem edidit *Thurnier-Buch, von Anfang, Vrſachen, Herkommen der Thurniere, im h. Römiſchen Reich, Francfurt 1576. f.* Sed quæ fides debeatur Rüxnero, iam declaraui in diſſertatione de doctis impoſtoribus §. XXXVII. Ex hoc Rüxnero BARTHOLOMÆUS CLAMORINUS excerpſit *Thurnier-Büchlein*, quod prodiit *Dresdæ 1590. 4.* Omnis vero ludorum equeſtrium hiſtoria plenius expoſita eſt in diſſertatione de eadem materia, quam ſub præſidio GEORGII SCHUBARTI, Præceptoris olim venerandi habui *Ienæ 1689. 4.*

§. XIV.

De Sanctis Germaniæ & Doctoribus, qui Germaniam ad Chriſti religionem conuerterunt & vbi corpora eorum adſeruentur, libellum or-

din

dinei alphabetico conſcripſit *PETRUS CRATEPOLIUS*; *Coloniæ 1592. 8.* *CHRISTOPHORUS BROWERUS* vero *Sidera illuſtria Sanctorum virorum, qui Germaniam ornarunt*, edidit *Moguntiæ 1616. 4.* *S. Bonifacii*, Germanorum apoſtoli dicti, *hiſtoriam* dedit *IOANNES LETZNERUS*, *Erfurti 1603. 4.* *MATTHÆUS RADERUS* *Bauariam piam* ſcripſit, *Antwerpiæ 1628. f.* qua omnes Bauariæ ſanctos deſcribit. *NICOLAUS SERRARIUS de vita & geſtis S. Kiliani, Francorum apoſtoli, Moguntiæ 1598. f.*

§. XV.

De lingua Germanorum prolixe egit *IUSTUS GEORGIUS SCHOTTELIUS von der teutſchen Haupt-Sprache, Braunſchweig 1663. 4.* *Leges antiquas Germanorum* primum collegit *BASILIUS IOANNES HEROLDUS, Baſileæ 1557. f.* ſed longe præferendus eſt *FRIDERICI LINDENBROGII Codex Legum antiquarum*, qui *Francofurti 1613. f.* prodiit. Continentur eodem leges Burgundionum, Alemannicæ, Boiorum & ſimiles, cum gloſſario vocum antiquiorum in legibus occurrentium, ita vt multa inde petatur notitia ad mediæ ætatis ſtatum in Germania. *IUSTUS GEORGIUS SCHOTTELIUS* tractatum edidit *de ſingularibus quibusdam & antiquis in Germania iuribus & obſeruatis, Francofurti 1671*

 8. &

8. & 1702. 8. Hoc autem omnia iſta iura ſingularia Germaniæ quæ olim obtinuerunt, optime illuſtrauit.

§. XVI.

De omnibus *Germaniæ epiſcopatibus* magnum Opus molitus fuit CASPAR BRUSCHIUS, cuius tamen epitomes Tomus primus ſaltim prodiit *1549. 8.* in quo continentur annales archiepiſcopatus Moguntini ac duodecim aliorum epiſcopatuum, qui Moguntino ſunt ſuffraganei, item Babenbergenſis epiſcopatus ab omni iugo archiepiſcopali exemptus, Eiusdem eſt *Chronologia monaſteriorum Germaniæ præcipuorum ac maxime illuſtrium, Sultzbaci 1682. 4.* quod tamen & ipſe adhuc imperfectum reliquit. Prolixius illud poſtea proſecutus fuit GABRIEL BUCELINUS, qui in *Germania* ſua *Topo - Chrono - Stemmatographica* etiam Germaniæ ſacræ partes geminas exhibet, quarum priori archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, præpoſitos legitima ſucceſſione ſacris impoſitos cathedris ex ordine deſcribit, eorundemque ſubinde merita compendioſiſſime deſignauit. Poſteriori vero monaſteria diuerſorum ordinum, Abbatiali plerumque dignitate inſignia recenſet, fundatores, conditores & patronos ſimul indicans. CAROLUS STENGELIUS *Monaſterio-*

ſteriologiam ſcripſit, in qua inſignium aliquot Monaſteriorum familiæ S. Benedicti in Germania, origines, fundatores clarique viri ex iis oriundi deſcribuntur, *Auguſta Vindelicorum 1619. f.* Idem egit GABRIEL BUCELINUS *in aquila Imperii Benedictina*, qua monachorum ordinis Benedicti merita in vniuerſum Imperium adumbrauit, *Venetiis 1651. 4.* CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI, vir antiquarum Germaniæ rerum peritiſſimus, in *diſſertationibus hiſtoricis*, quæ prodierunt *Gieſſæ 1694. 4.* variorum monaſteriorum diuerſi ordinis in diœceſi Paderbornenſi, Monaſterienſi, Mindenſi, Moguntinenſi & Ferdenſi origines, fundationes & donationes expoſuit. Huc facit etiam BERNHARDI a MALLINCROT tractatus eruditiſſimus *de archicancellariis S. Romani Imperii*, *Ienæ* recuſus *1666. 4*, quo potiſſimum iura & hiſtoriam trium archiepiſcoporum Germaniæ atque electorum eccleſiaſticorum deſcribit.

§. XVII.

Progredimur ad ſpeciales archiepiſcopatus, epiſcopatus & ſimilia Germaniæ, vbi primum Archiepiſcopatus Moguntinus, primatum gerit, occurrit. MARTINI ZEILLERI quidem habemus *topographi-*

graphiam Archiepiſcopatus Moguntini, Francofurti 1646. f, cui acceſsit appendix *1654. f,* cum figuris æneis MATTHIÆ MERIANI. IOANNES HUTTICHIUS *collectionem antiquitatum in vrbe & agro Moguntino repertarum dedit, Moguntiæ 1520. f.* Sic etiam extat *apographum monumentorum Moguntinenſium*, ſeu *præcipuorum epitaphiorum deſcriptio, Moguntiæ 1622. f.* In antiquiori hiſtoria habemus CONRADI *Chronicon rerum Moguntiacarum*, quod apud Reuberum atque Vrſtiſium extat. Separatim prodiit *Baſileæ 1532. f.* & a *Georgio Helwichio*, notis illuſtratum, *Francofurti 1630. 8.* Hoc autem hiſtoria Moguntina ab anno 1140 ad 1250 deducitur: acceſsit priuilegium ciuibus Moguntinenſibus ab Adalberto archiepiſcopo conceſſum anno 1135. Ex recentioribus habemus NICOLAI SERRARII *rerum Moguntiacarum* ab initio, vsque ad Ioannem Suichardum libros V, *Moguntiæ 1605. 4*, ſed multis commentis Ieſuiticis referti ſunt. Occupatus præcipue in eadem hiſtoria fuit GEORGIUS HELWICHIUS. Scripſit ille *de nobilitate eccleſiæ Moguntinæ, Moguntiæ 1614. 4. Chronicon rerum Moguntiacarum, Francofurti 1630. 8. icones electorum Moguntinorum, Francofurti 1624. f.* Eiusdem eſt *narratio hiſtorica de disſidio Moguntinæ*

guntinenſi, quod fuit inter duos archiepiſcopos, Dietherum Iſenburgium & Adolphum Naſſouium Comites, de archipræſulatu contendentes: ac de vrbis illius expugnatione, direptione & deuaſtatione lamentabili anno 1462 ipſa SS. Simonis & Iudæ, apoſtolorum vigilia facta, aliisque circa eandem in Moguntino territorio eodem tempore geſtis. Praeterea PETRI MERSÆI prodiit *electorum eccleſiaſticorum Moguntini, Treuirenſis & Colonienſis a primis, vsque ad eos, qui iam præſident, Catalogus, Coloniæ 1580. 8.* Germanico idiomate extat *Mayntziſche Chronica, ſambt Beſchreibung aller Biſchöffe, Ertzbiſchöffe und Churfürſten Wapen, Francofurti 1630. 4. Kurtzgefaſte Lebensbeſchreibung aller Biſchöffe, Ertzbiſchöffe und Churfürſten Wapen, Francofurti 1630. 4.* ÆGIDIUS PERIANDER *de nobilitate Moguntinæ diœceſeos* ſcripſit, *Moguntiæ 1568. 8.* IOANNES MAURITIUS GUDENUS *Hiſtoriam Erfurtenſem* ſcripſit *Erfurti 1675. 8.* Hac omnem vrbis hiſtoriam ab origine ſua, vsque ad ea tempora, quibus in ditionem Moguntinam ſuperiori ſeculo peruenit, deſcribit, ſed Moguntinis nimirum fauet.

§. XVIII.

Treuirenſem hiſtoriam primum deſcriptam videmus in *Chronico Treuirenſi*

ab V. C. vsque ad annum 1146, quo graue & diuturnum bellum inter Adeberonem Archiepiſcopum Treuirenſem & Henricum Comitem Namurcenſem deſcriptum eſt, quod ex bibliothecæ Vindobonenſis Codice edere promiſit Lambecius. GVILIELMVS KYRIANDER quidem *annales Auguſtæ Treuirorum* primum Maximiliano II in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1576 exhibuit, vt ciuitatis cauſſam, quæ ipſi cum archiepiſcopo Treuirenſi de ſuperioritate intercedebat, defenderet, qui poſtea editi fuerunt 1625. f, quibus vrbis antiquitatem atque hiſtoriam a prima origine vsque ad ſua tempora multa grauitate deſcribit. Hunc autem librum non ſolum prohibuit Treuirenſis elector, ſed etiam eidem oppoſuit CHRISTOPHORI BROWERI *antiquitates & annales Treuirenſes* libris XXII conſtantes, quos IACOBUS MASENIUS tribus libris auxit & continuauit *Leodii 1670. f.* Singulare hoc eſt hiſtoriæ atque antiquitatis Germanicæ monumentum, olim quidem per Bernhardum Gualterum *Coloniæ* anno *1626* editum, ſingulari tamen fato ſuppreſſum, nec publici iuris factum. In eodem autem a prima gentis Treuirorum origine eorundem antiquitates & geſta ſecundum annorum ſeriem egregie perſequitur auctor,

atque

tque ad vniuerſam tractus Moſellani hiſtoriam quamplurimum facit. In recentioribus ſæpe contra Kyriandrum agit, nimium ciuitati Treuirenſi tribuentem. In continuatione vero non eandem quam in opere reperies grauitatem atque ordinem. IOANNIS SCHECKMANNI *medulla geſtorum Treuirenſium* a Zeillero laudatur. Sic etiam IOANNIS LUCKII *Chronicon Treuirenſe* in manuſcripto adhuc latet. HUBERTUS THOMAS LEODIUS *bellum inter Treuirenſem archiepiſcopum & Franciſcum a Sickingen* deſcripſit, quod in tomo tertio Freheri extat. PETRI MERSÆI *catalogum epiſcoporum Treuirenſium* in Moguntinis iam adduximus. IACOBI MELBÆI *ſyluam academicam, ſ. de antiquitate vrbis & academiæ Treuirenſis* habemus, *Treuiris* 1658. 8. *De abbatia S. Maximini Treuirenſi* egit NICOLAUS ZYLLESIUS. In eadem diœceſi eſt *monaſterium Hemmenrodenſe* de quo habemus NICOLAI HEESII *manipulum rerum memorabilium clauſtri Hemmenrodenſis ordinis Ciſtercienſis in Archidiœceſi Treuirenſi*, *Coloniæ* 1641. f.

§. XIX.

Ad hiſtoriam Colonienſem primum facit ÆGIDII GELENII *ſacrarium Agrippinæ ſ. de admiranda ſacra & ciuili magnitudine Colo-*

niæ Agrippinenſis libri IV. Coloniæ 1645. 4. materia tamen titulo non reſpondet: ſed varia hinc inde inſerta videmus arma gentilitia. ERHARDI WEINHEIMII *ſacrarium Coloniæ Agrippinæ,* ſ. deſignatio eccleſiarum Colonienſium, *Coloniæ 1607. 8.* templa & reliquias deſcribit. STEPHANI BROELMANNI *epideigma, ſ. ſpecimen Hiſtoriæ ciuitatis Coloniæ Agrippinæ, Coloniæ 1608. f.* potiſſimum facit ad antiquitates. *Chronicon antiquum Colonienſe* germanico quidem ſermone atque ad annum 1496. vsque perductum extat, ſed corrupte nimis ſcriptum eſt ab anonymo quodam. Fabulas multas in ſanctorum præſertim hiſtoria atque reliquiis continet, hauriuntur tamen nihilominus aliqua, quæ ad rationem iuris publici Romano-Germanici faciunt. Qui vniuerſalem archiepiſcoporum hiſtoriam ſcripſerit, præter Merſæum ſupra iam adlegatum non habemus, ad particulares tamen quidam ſunt referendi. S. *Heriberti* quidem, archiepiſcopi Colonienſis *vitam* verſibus elegiacis celebratam ſcripſit MATTHÆUS AGRICIUS, *Coloniæ 1572, 8. Incerti poetæ Teutonici* extat *Rhytmus de S. Annone*, quem MARTINUS OPITIUS ex antiquo manuſcripto edidit atque animaduerſionibus illuſtrauit, *Dantiſci 1636, 8.* In cauſſa Gebhardi, archiepi-

ſcopi

opi Colonienſis, qui in caſtra Proteſtantum tranſierat, atque matrimonium contraxerat, habemus. *Außſchreiben vnd Bericht Chufürſten Gebhards zu Cölln, warum wir vns u Beſchützung vnſer Lande vnd Perſon in weitere Kriegsrüſtung zu begeben genothdränget worden 1583. 4.* Sic etiam prodiit *commentatio breuis de cauſſa Colonienſi archiepiſcopi Gebhardi contra cauſſam pontificis Romani, cum apologetico Caroli VI. contra Clementem VII. Coloniæ 1588, 4.* MICHAELIS ab ISSELT *de bello Colonienſi* libri IV. *Coloniæ 1620, 8.* editi, elegantes & perquam rari ſunt. Deſcribitur n iisdem, rerum ab electione Gebhardi Truchſeſii in archiepiſcopum Colonienſem, vsque ad recuperatam ab Erneſto, Duce Bauariæ eius ſucceſſore, Weſtphaliam, tota dioeceſi geſtarum, vera & ſuccincta narratio. Præfixa eſt ARNOLDI MESHOVII *hiſtoria defectionis & ſchismatis Hermanni Comitis de Weda*, atque ad calcem ſubiuncta *rerum per totam diœceſin & in ipſa ciuitate Colonienſi geſtarum ab anno 1584. ad noſtra vsque tempora perbreuis relatio.* Sic etiam habemus AUBERTI MIRÆI *diſquiſitionem de SS. virginibus Colonienſibus, Antwerpiæ 1608, 4.*

§. XX.

Præter electoratus iſtos eccleſiaſticos occurrit epiſcopatus Saltzburgenſis. MARCI

CI SEELZNAGELII *vera Salisburgenſis ditionis & iurisdictionis deſcriptio* in Tomo ſexto Caniſii extat. In eodem extat *Anonymi Chronicon Salisburgenſe* ab anno 580 vsque ad 1475. In Tomo ſecundo vero Anonymus *de epiſcopis Salisburgenſibus* & EBERHARDI *geſta epiſcoporum Salisburgenſium.* Separatim extat IOANNIS DOMINICI HESSII *catalogus epiſcoporum Salisburgenſium, Ingolſtadti 1586. 4.* IOANNIS BAPTISTÆ MAYERI *Saltzburgiſche Chronica.* FRANCISCI DUCKERI *Saltzburgiſche Chronic.* Præcipua vero eſt WIGULEI HUNDI *Metropolis Salisburgenſis, Monachii 1620. f.* Tomus primus quidem continet hiſtoriam & catalogum Archiepiſcoporum Salisburgenſium, epiſcoporum Friſingenſium, Ratisbonenſium, Pataujenſium ac Brixienſium, cum primordiis chriſtianæ religionis per Baioariam & loca vicina. Acceſſerunt præter diplomata ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum &c. hiſtoriæ continuatio & notæ Chriſtophori Gevvoldi. Alter Tomus continet fundationes & erectiones monaſteriorum & eccleſiarum collegiatarum per Baioariam & loca vicina, cum diplomatibus & notis Gevvoldi. Liber autem eſt elegantisſimus atque rarisſimus, quo multæ antiquitates Germanicæ ſolide

eruun-

uuntur. Recentiſſima eſt IOSEPHI EZGERI *hiſtoria Salisburgenſis*, ſiue vitæ iſcoporum & archiepiſcoporum Salisburenſium ab anno 582 ad 1687. *Salisburgi 92. f.* In Bibliotheca noſtra extat Manuriptum, quo ſingulorum archiepiſcoporum alisburgenſium hiſtoria breuis atque inſignia prima origine vsque ad ſeculum decimum xtum breuiter deſcribuntur, quod elegantiſmum eſt. De Veſontino archiepiſcopatu, ui ad Imperium adhuc ſpectat, fuit commentatus IOANNES IACOBUS CHIFFLEUS *in Veſontione*, ciuitate Imperiali, *Lugdui 1618. 4.* qua hiſtoriam iſtam egregie illurat, multasque antiquitates explicat. Proimum ab archiepiſcopis locum habet ſupremus Ordinis Teutonici Magiſter, de quo tanen infra cum de ordinibus equeſtribus ſermo erit, dicemus.

§. XXI.

Ad Bambergenſem hiſtoriam facit ANDREÆ GOLDMAYERS *hiſtoriſche, Aſtronomiſche und Aſtrologiſche Beſchreibung von rſten Vrſprung und Erbauung der Stadt Bamberg, Nürnberg 1644. 4.* MARTINI HOFFMANNI *vrbs Bamberga & abbates montis Monachorum prope Babenbergam* verſu elegiaco, *Noribergæ 1595. 4.* IOANNIS EPISCOPI

PI Bambergiſche Chronica, 1571. 8. *IOANNIS CYGNEI annalium Bambergenſium prodromus, Moguntiæ* 1603. 8. *IOANNES ARMBRUSTERIUS, de XIV Diuis in diœceſi Bambergenſi* egit, *Francofurti* 1654. 4. Meliores vero ſunt *IACOBI GRETSERI Diui Bambergenſes, ſ. Henricus Imp. S. Kunigundis Imperatrix, S. Otto epiſcopus*, editi cum notis, *Auguſtæ* 1612. 4.

§. XXII.

Ad Herbipolitanam hiſtoriam facit *NICOLAUS SERRARIUS de geſtis Kiliani* ſupra iamdum allegatus. *IOANNIS REINHARDI & LAURENTII FRIESENS Würtzburgiſche Chronica. PETRUS LORICHIUS* ſcripſit *hiſtoriam de cæde Melchioris Zobelii* qui inſidiis Grumbachianis circumuentus anno 1558 occubuit, quæ in tomo tertio Schardii extat. *IOANNES TRITHEMIUS Chronicon monaſterii D. Iacobi Würtzburg.* ſcripſit, quod inter opera eius extat, *Moguntiæ* 1604. *f.* In eadem diœceſi eſt *monaſterium Schwartzahenſe*, de quo *CONRADUS DINNERUS* catalogum & deſcriptionem dicti monaſterii. Ad Wormatienſem epiſcopatum faciunt *GEORGII HELWICHII annales Wormatienſes, Moguntiæ* 1615. 4. Ad Aiſtatenſem *IACOBI GRETSERI Philippus epiſcopus Aiſtatenſis eccleſiæ* 39, *de eiusdem eccleſiæ S. Ri-*

char.

bardo, S. Wilibaldo, S. Wunibaldo, S. Walpurgi, vna cum duobus obſeruationum libris & catalogo Hiſtorico omnium epiſcoporum Aichſtatenſium, *Ingolſtadti 1617. 4.*

§. XXIII.

In Spirenſi hiſtoria occurrit primum WILHELMI EISENGREINII *Chronicon Spirenſe, oder hiſtoriſche Beſchreibung aller Biſchöffe, von Anfang, deren Stamm-Nahmen, Leben und Regierung, Dillingen 1564. 8. vermehrt durch Philippum Simon, Freyburgi 1610. f.* Longe vero præſtat CHRISTOPHORI LEHMANNI *Chronicon Spirenſe,* ſupra iam adductum, quod in omni Germaniæ hiſtoria lucem præfert amplisſimam. Prior editio Francofurti prodiit *1612. f.* quæ editio eſt optima atque accuratisſima. Recuſa quidem *Francofurti 1662. 4.* ſed multum deprauata. Recentisſima, quæ *Francofurti 1698. f.* eſt facta, non ſolum ad priorem accommodata eſt, ſed etiam in multis adaucta.

§. XXIV.

In Argentoratenſi hiſtoria occurrit IACOBI von KöNIGSHOVEN *Elſaßiſche und Straßbürgiſche Chronic, von Anfang der Welt bis 1396 beſchrieben, und mit Io. Schilters hiſtoriſchen Anmerckungen in Druck gegeben, Straßburg 1698. 4.* quod ſane non minimum quoque eſt antiquitatis Germanicæ monumen-

mentum. *FRANCISCI GVILLIMANNI* commentarius *de epiſcopis Argentoratenſibus* rarus eſt, *Friburgi 1608. 4.* Recentior eſt *IACOBI WIMPHELINGII catalogus epiſcoporum Argentinenſium*, cum ſupplementis *Ioannis Michaelis Moſcheroſchi*, *Argentorati 1660. 4.* De *Bertoldi a Bucheck, epiſcopi Argentinenſis rebus geſtis* egit *ALBERTUS ARGENTINESIS*, qui extat apud Vrſtiſium. *IODOCI COCCII* tractatus eruditus eſt *de Dagoberto Rege, Argentinenſis epiſcopatus fundatore, Molsheimi 1623. 4.* *BALTHASAR BEBELIUS* deſcripſit *antiquitates Germaniæ primæ, & in hac Argentoratenſis eccleſiæ euangelicæ, Argentorati 1669. 4.* De *Republica Argentoratenſi* egregie fuit commentatus *MATTHÆUS BERNEGGERUS* cum ſupplementis *Ioannis Caſparis*, filii, *Argentorati 1668. 4.* Ad ipſius vrbis hiſtoriam facit *deſignatio conſuetudinum receptiſſimarum, ornamenta quædam & inſignia Reipublicæ Argentinenſis a maioribus relicta continens, Argentorati 1606. 8.* *FRIDERICI CLOSNERI res Argentoratenſes* a Rudolpho Habsburgico vsque ad annum 1392. *CONRADUS DASYPODIUS* dedit *deſcriptionem horologii Aſtronomici Argentinæ in ſummo templo erecti, Argentorati 1580. 4.* De eodem *NICODEMUS FRISCHLINUS* carmen reliquit: *Argento-*

entorati 1575. 4. & GVILIELMUS XYLANDER *in horologium Argentinenſe* ſchediaſma. *Epiſcopatum Conſtantienſem* deſcribit GABRIEL BUCELINUS *in Conſtantia, Rhenanæ vrbis antiquiſſimæ, cum adiacente prouincia & epiſcopatu eiusdem nominis deſcriptione topo-Chrono-Stemmatographica, Francofurti 1697. 4.* IACOBI MANLII *Chronicon epiſcopatus Conſtantienſis* ab anno Chriſti 68 vsque ad 1607, inter Scriptores VI Piſtorii extat. Quæ vero hiſtoriam concilii Conſtantienſis concernunt, ad hiſtoriam eccleſiaſticam faciunt.

§. XXV.

In Auguſtana hiſtoria primum occurrunt qui hiſtoriam vrbis deſcripſerunt. EGIDII TSCHUDI *epiſtola ad Beatum Rhenanum de Lenitenſium Germanorum, Auguſtæ Vindelicorum, Octoduri Veragrorum, Equeſtris coloniæ nomine & vſu* in tomo primo Schardii extat. WOLFGANGI HARTMANNI *Chronicon Auguſtanum* extat *Baſileæ 1596. f.* CAROLI STENGELII *rerum Auguſto Vindelicarum Commentarii cum mantiſſa, Auguſtæ 1650. 4.* Rariſſimum eſt ENGELBERTI WERLICHII *Chronicon der Stadt Augſpurg. Francofurti 1595. f.* quod tamen non ab ipſo WERLICHIO editum dicitur, ſed pars prima putatur eſſe Marci Velſeri,

pars ſecunda Achillis Pyrminii. *Auguſtanum Chronicon eccleſiaſticum SIGISMUNDI GROSSENBROTS* extat inter ſex Scriptores Rerum Germanicarum Piſtorii. Rari ſunt *ACHILLIS PYRMINII annales de vetuſtate originis, amœnitate ſitus, ſplendore ædificiorum, rebusque geſtis Ciuium Reip. Augſpurgenſis, Hanouiæ 1593. f. MATTHÆI MARESCHALLI* de Pappenheim *excerpta antiquæ Chronicæ Auguſtenſis* in Tomo primo Freheri. Præpipuus vero in Auguſtana hiſtoria eſt *MARCUS VELSERUS*, cujus *rerum Auguſto-Vindelicorum* libri VIII prodierunt *Venetiis 1594. f*, quæ hiſtoria eſt accuratisſima, poſtea in ſermonem germanicum quoque translata *Auguſtæ 1595. f.* Eidem debemus *antiqua, quæ Auguſtæ extant monumenta, Auguſtæ 1591. 4. & conuerſionem atque paſſionem Martyrum Afræ, Hilariæ, Dignæ, Eunomiæ, Eutropiæ &c. Venetiis 1591. 4.* Hæc omnia cum reliquis Velſeri Operibus conjunctim fuerunt edita *Noribergæ 1682. f. Baſilicam Auguſtanam* deſcripſit *BERNHARDUS HERTFELDER*, ſub titulo: *Baſilica S. S. Vdalrici & Afræ Auguſtæ Vindelicorum hiſtorice deſcripta*, atque æneis figuris illuſtrata, cum breui Chronico eiusdem ab anno Chriſti 46 vsque ad noſtra tempora, *Auguſtæ Vindelicorum 1627. f. Epitaphia* vero

Augu-

Auguſtana deſcripſit DANIEL PRASCHIUS. GERHARDO HAUBOLDO debemus *Beſchreibung der Gemälde an den dreyen Thürmen innerhalb der Stadt Augſpurg 1613. 4. Formam Reipublicæ Auguſtanæ modernam* iuxta Caroli V inſtitutum expoſuit HIERONYMUS AMBROSIUS LANGMANTEL, *Auguſtæ 1672. f. Epiſcoporum Auguſtanorum* habemus *Catalogum, Auguſtæ Vindelicorum 1614. 4.* BERNO, monachus S. Galli *vitam* ſcripſit *S. Vdalrici, epiſcopi Auguſtani.* VDESCHALCI *narratio de controuerſiis inter Hermannum, Comitem a Wittelsbach epiſcopum Auguſtanum* & EGINONEM, Abbatem S. VDALRICI extat in Caniſii Tomo II. Ad hiſtoriam particularem Auguſtanæ vrbis facit, *Relation über der Stadt Augſpurg erbärmlichen Zuſtand in Iahren 1628 und 1629, Augſpurg 1630. 4.* Ad familias inſignes Auguſtanorum facit *Geſchlechter-Buch der Stadt Augſpurg, darinnen alle Geſchlechter ſo von 500 Iahren hero daſelbſt gewohnet, ſambt eines ieden Schild und Helm beſchrieben werden, Francfurt 1661. f.* cum figuris. Arma vero gentilitia in *Panoplia* ſua deſcripſit HIERONYMUS AMBROSIUS LANGMANTEL, *Auguſtæ Vindelicorum 1672. 4.*

§. XXVI.

In Hildeſienſi hiſtoria habemus ANTONII MOCKERI *Hildeſiæ Saxoniæ* a prima origine, cum aliis rebus memorabilibus vsque ad præſentia tempora deductis, *deſcriptionem*, *Francofurti 1573. 8.* FRIDERICUS LACHMAND deſcripſit *Admiranda foſſilia*, quæ in tractu Hildesheimenſi reperiuntur, cum iconibus, *Hildeſiæ 1669. 4. Vita Bernhardi*, Comitis Somerſenburgenſis, epiſcopi & patroni, germanico ſermone prodiit *Hildeſiæ 1540. 4.* IUSTINI GOBLERI vero *de bello Hildesheimenſi* inter Ericum, Ducem Brunſuicenſem & Ioannem epiſcopum Hildeſienſem, anno 1519, durante interregno geſto *deſcriptio* in Schardii tomo ſecundo extat. In controuerſia vero, quæ eſt inter Domum Brunſuicenſem & epiſcopatum Hildeſienſem prodiit *Remiſſionis ausführliche wohlgegründete Relation und Bericht*, *Wolfenbüttel 1630. f.*

§. XXVII.

Ad Paderbornenſem hiſtoriam, præter GOBELINUM PERSONAM *in Coſmodromio*, de quo inter Scriptores Hiſtoriæ vniuerſalis, faciunt egregie FERDINANDI FüRSTENBERGII *Monumenta Paterbornenſia*, ex hiſtoria Romana, Francica & Saxonica eruta, quæ nouis inſcriptionibus, figuris,

tabu-

tabulis Geographicis & notis illuſtrata prodierunt *Amſtelodami 1672. 4*, ex editione altera, eademque auctiore. HERMANNUS KERSENBROCH ſcripſit *Catalogum epiſcoporum Paderbornenſium* NICOLAUS SCHATENIUS edidit *Annalium Paderbornenſium* partem primam, quod opus poſthumum prodiit *Neuhuſii 1693. f.* Alias prodiit *Panegyricus die natali academiæ Theodorianæ Paderbornenſis* Theodoro, epiſcopo Paderbornenſi Fundatori a collegio academiæ S. I. oblatus, *Amſtelodami 1672. 4.*

§. XXVIII.

Ad hiſtoriam epiſcoporum Friſingenſis, Ratisbonenſis, Patauienſis & Brixienſis eccleſiæ, qui vsque ad Brixienſem, Salisburgenſis ſunt ſuffraganei, facit WIGULEUS HUND *in Metropoli Salisburgenſi.* Separatim prodiit LAURENTII HOWARDI *catalogus epiſcoporum Ratisbonenſium* ab V. C. vsque ad annum 1597, quem ex Msto Codice Bibliothecæ Vindobonenſis edere promiſit Lambecius. *Ratisbona antiqua, ſ. kurtze doch gründliche Beſchreibung der heil. Römiſch Reichs-Stadt Regenſpurg 1659. 4. Regenſpurgiſche Kirchweyhe, und was darbey vorgangen, Regenſpurg 1633. 4.* De Patauienſi epiſcopatu NICOLAI SCHREITWINI *catalogum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Lau-*

reacenſium & Patauienſium vsque ad annum 1517, ex Bibliotheca Vindobonenſi edere promiſit Lambecius. Extat vero CASPARIS BRUSCHII tractatus de *Laureaco*, celebri olim in Norico ciuitate, & de Patauio Germanico, ac de vtriusque loci archiepiſcopis & epiſcopis omnibus, *Baſileæ 1553. 8.* In electis Iuris publici Curioſis parte ſecunda reperimus *ausführliche Beſchreibung des uhralten Ertz-Stiffts Lorchs, anietzo des Reichs-Fürſtlichen Hoch-Stiffts Paßau 1696. 4.*

§. XXIX.

De epiſcopis vrbis Tridentinæ, geſtis Ducum Tridentinorum, origine vrbis & adpellatione Alpium prolixum commentarium ſcripſit IANUS PYRRHUS, *Mantuæ 1546. f.* ELIÆ CAPREOLI habemus *Chronicon Brixianorum*, libris XII conſtans, per *Arundum de Amindis, Brixiæ 1519. 4.* Eiusdem *defenſionem Status Brixianorum de ambitione & ſumtibus funerum minuendis, accuſantibus fratribus S. Dominici.* Sic etiam habemus ASCANII MARTINENGI *vitas S. S. Martyrum Fauſtini, Iouitæ, Afræ aliorumque plurimorum Sanctorum Brixienſium, Brixiæ 1602. 8.* De Rhætia epiſcopatu egit GABRIEL BUCELINUS *in Rhætia ethnica, Romana, Gallica, ſacra & profana, Auguſtæ Vindelicorum 1666. 4.* De Baſileenſi

ſileenſi vero infra in rebus Helueticis dicemus.

§. XXX.

In Leodienſi hiſtoria habemus primum *IOANNIS de CHAPEAUVILLE Scriptores epiſcoporum & Rerum Leodienſium*, *Leodii 1616. 4.* Inter hos continentur *HERIGERI* Lobienſis *geſta epiſcoporum Leodienſium ANSELMI* Legienſis *geſta Pontificum Legienſium. ÆGIDII* Leodicenſis *Hiſtoria epiſcoporum Tungrenſium, Traiectenſium & Leodicenſium* a S. Materno primo Tungrenſium epiſcopo, vsque ad annum 1251. *IOANNIS HONSEMII Hiſtoria & res geſtæ epiſcoporum Leodienſium. ÆGIDII BUSCHERII diſquiſitio de primis Tungrorum & Leodienſium epiſcopis & CHAPEAUVITII geſta pontificum Tungrenſium, Traiectenſium & Leodienſium.* Separatim extat *IOANNIS ROBERTI hiſtoria S. Huberti Principis Aquitani, vltimi Tungrenſis & primi Leodienſis epiſcopi,* eiusdem vrbis conditoris, *Luxenburgi 1621. 4. IACOBI LOBBETII gloria Leodienſis eccleſiæ*, petita a ſummorum Pontificum Maieſtate, a purpura Cardinalitia &c. *Leodii 1660. 8. BARTHOLOMÆUS FISENIUS* edidit *hiſtoriam eccleſiæ Leodienſis*, *Leodii 1642. f. IOANNES ERHARDUS FULLONIUS compendium hiſtoriæ Leodienſis*, *Leodii 1642. f. IOANNES MAT-*

THÆUS HOVIUS compendium vniuerſæ hiſtoriæ Leodienſis, *Leodii 1655. 12.* *IOANNES PLACENTIUS* ſcripſit *Catalogum epiſcoporum Tungrenſium, Traiectenſium ac Leodienſium*, *Antwerpiæ.* *STEPHANI RAUSINI* habemus *de Leodio eccleſia cathedrali libros II*, *Namurci 1639. 4.* *MARCUM ZUERIUM BOXHORNIUM de Republica Leodienſi*, *Amſtelodami 1632. 24.* *LAMBERTUM de VLIERDEN de 32 tribubus opificum ciuitatis Leodienſis*, *deque earum origine*, *Leodii 1628. 8.* *IACOBUS PICCOLOMINUS de Leodienſium diſſidio cum epiſcopo ſuo Ludouico Bourbonio* egit & *de Leodii ciuitatis excidio anno 1468*, atque extat in tomo ſecundo ſcriptorum Freheri. In eodem extat *de Caroli, Burgundiæ Ducis laudibus* liber, nec non de Leodienſium clade atque excidio. *IOANNIS POLITI Erneſti, Principis Bauariæ in Bauarienſem principatum χειροτονία, illiusque in ſuam ciuitatem ac reliquas Leodinæ patriæ vrbes inauguratio* prodiit *Coloniæ 1583 8.* *IOANNIS de HAGELSON panegyricus Ferdinando Bauaro, epiſcopo Leodienſi dictus*, *Leodii 1613 4.* *LAMBERTI de VLIERDEN panegyricus Erneſto ac Ferdinando, Bauaris, epiſcopis Leodienſibus, dictus* extat *Leodii 1613. 8.* *ALEXANDER WILTHEMIUS de phiala reliquiarum S. Agathæ* ſcripſit, *Treuiris 1656. 8.*

§. XXXI.

§. XXXI.

Oſnabrugenſe Chronicon debemus ERUINO ERDMANNO, quod cum notis didit, continuatione, atque præmiſſo diſcurſu de antiquis Weſtphaliæ colonis, *Oſnarugæ 1677. f. De academia* vero, ſiue gymnaſio Carolino, quod ibidem eſt, extat OANNIS BILSTEINI *athenæum encyclopediæ a Carolo M. inſtitutum, & a Reuerendo Principe, Franciſco Guilielmo, epiſcopo Oſnabrugenſi inſtauratum, Coloniæ 1632. f.* De eodem aliud eſt ſcriptum: *Academia Carolina Oſnabrugenſis, ſ. Athenæum encyclopediæ adquirendæ a Carolo M. in urbe Oſnabrugo ante 800 annos inſtitutum, nunc a Franciſco Guilielmo, epiſcopo Oſnabrugenſi reſtitutum, Oſnabrugæ 1630. f.*

§. XXXII.

Monaſterienſis urbis deſcriptionem verſu ſapphico dedit IOANNES MURMELIUS, *Monaſterii 1502. 8.* IOANNES CINCINNUS *de vita S. Ludgeri* primi Monaſterienſis epiſcopi ſcripſit *Coloniæ 1515. 8.* Hiſtoria Bernardi van Galen germanico idiomate extat ſub titulo: S. de V *Hiſtoriſche Erzehlung vom Leben und Kriege Chriſtoph Bernhard von Galen, Amſterdam 1679. 12* & Gallico: *La vie de Chriſtoffle Bernard de Galen, Euêque de Münſter, à Cologne 1681. 12.* Plures vero de mo-

tibus Anabaptiſtarum Monaſterienſibus fuerunt commentati. IOANNIS FABRICII habemus *carmen elegiacum de Motu Monaſterienſi*, *Coloniæ 1546. 8.* IOANNIS NIVENII *tumultum anabaptiſtarum*, carmine heroico, *Amſtelodami 1630. 8.* Sed præſtat ANTONII CORVINI liber *de miſerabili Monaſterienſium anabaptiſtarum obſidione, excidio, rebus in vrbe geſtis, Regis Knipperdollingi & Krechtingi confesſione & exitu.* LAMBERTI HORTENSII *Tumultuum Anabaptiſtarum* liber ad Senatum Amſtelodamenſem, qui in Tomo ſecundo Schardii extant. Omnibus tamen eſt præferendus CONRADI HERESBACHII liber *de factione Monaſterienſi*, quem ad Eraſmum Roterodamenſem ſcripſit, cum notis *Theodori Starckii, Amſtelodami 1637. 8.*

§. XXXIII.

Ad Lubecenſis hiſtoriæ ſtatum antiquiorem facit primum HELMOLDI *Chronicon Slauorum*, quod cum ARNOLDI LUBECENSIS continuatione, atque eruditis HENRICI BANGERTI notis prodiit *Lubecæ 1659. 4*, in quo tamen hiſtoriam eccleſiaſticam potisſimum videmus illuſtratam. Præterea extant incerti auctoris *Chronica Slauica de Lübeck, Hamburg, Lüneburg, Wißmar, Roſtock, Sunda* & cæteris ciuitatibus,

quæ

quæ in Lindenbergii Scriptoribus rerum Germaniæ Septentrionalium extant. Præter hoſce habemus *der Kayſerlichen freyen Reichs-Stadt Lübeck Herrlichkeit und Alterthum*, *Lübeck 1666. 8. Die beglückte und geſchmückte Stadt Lübeck*, *Lübeck 1697. 8.* CHRISTIAN von STÖCKEN *Biſchöffliche Ehren-Säule.* HERMANNI BONNI *Chronicon parvum vrbis Imperialis Lubecæ ab eius primordio ad annum 1539, Baſileæ 1543. 8.* Sed præſtat ſingulis IOANNIS KEGKMANNI *Lübeckiſche Chronica*, e Mss. Ioannis Friderici Fauſten von Aſchaffenburg, *Heidelbergæ 1619. f.* Ex hiſce & aliis Scriptorum Rerum Germanicarum fontibus ſuam Hiſtoriam Lubecenſem elegantisſime deduxit CASPAR SAGITTARIUS, reſpondentis partes in quatuor diſſertationibus gerente IACOBO a MELLEN, *Ienæ 1677 & 1678. 4.* Sic etiam idem Sagittarius b. m. in ſua *Hiſtoria Bardeuici* origines vrbium Lubecæ & Hamburgi ſimul expendit, *Ienæ 1675. 4.* Alias prodiit *Catalogus Argumentorum, warumb die Dörffer Stockelsdorf, Steinrode, Meusling und Morie zu der Lübeckiſchen Hoch und Ober Botmäſſigkeit gehören*, *Lübeck 1668. f.* Alias *kurtzer ohnvorgreifflicher Bericht und Anzeig des Kloſters zu S. Iohannis Zuſtand, und der*

der Stadt Lübeck daran zuſtehendes Recht und gerechtſame betreffend, Lübeck 1666. 4.

§. XXXIV.

Ab epiſcoporum Germaniæ hiſtoria progredimur ad principalis dignitatis Abbates. Inter hoſce primus dignitate eſt Abbas Fuldenſis. EBERARDUS FABRICIUS quidem in ſua *Gloria Fuldæ*, vitam & res geſtas Abbatum Fuldenſium verſibus deſcripſit, eosdemque commentariis illuſtrauit *Gieſſæ 1655. 8.* VALENTINUS MüNTZERUS quoque *Chronicon Fuldenſe* ſcripſit *Hildeſiæ 1550. 8.* In Piſtorii tomo primo *Antiquitatum Fuldenſium* libri tres continentur, in quibus præter temporum & familiarum explicationem exactisſima veteris Fuldenſis prouinciæ chorographia & partium omnium deſcriptio continetur. Optimus vero eſt CHRISTOPHORUS BROWERUS, qui *antiquitatum Fuldenſium libros IV* edidit *Antwerpiæ 1612. 4.* Eidem debemus *vitas S. S. Gothardi, Bernhardi, Meinwercki, Aegidii, Abbatum Fuldenſium, Moguntiæ 1626. 4.*

§. XXXV.

Elwangenſis Monaſterii Chronicon ab anno 1095 vsque ad 1477 a Matthæo Mareſchallo de Pappenheim excerptum in tomo

primo

primo Freheri extat. In Corbeienſis abbatiæ hiſtoria habemus IOANNIS LETZNERI *Chronica, oder Beſchreibung des Lebens und Thaten Kayſers Ludouici Pii, wie derſelbe das Frey-Stifft Corbey geſtifftet, nebſt Beſchreibung 30 Adelicher Geſchlechter, des Stiffts Lehn-Leuten, Hildesheim 1604. 4.* CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI *in theatro illuſtrium virorum Corbeiæ Saxonicæ, Ienæ 1686. 4.* edito, ſanctorum & illuſtrium virorum, qui Corbeia oriundi, hiſtoriam deſcribit. In cauſſa Höxarienſi, quæ inter Abbatem Corbeienſem & domum Brunſuicenſem ventilata, prodit *Gegen-Manifeſt Hertzoge Rudolphi Auguſti zu Braunſchweig und Lüneburg, das bey denen motibus, ſo in Dero Erb-Schutz-Verwandten Stadt Höxter, durch der Fürſtlichen Corveyiſchen Regierung verübte preſſuren entſtanden, ihre Guarniſon zu legen höchſtbefugt, Wolfenbüttel 1671. 4.*

§. XXXVI.

In Quedlinburgenſi hiſtoria habemus IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *erneuertes Denckmahl einer uhralten Abbatiſſin zu Quedlinburg, Agneſæ, Conrads des Großen, Marggraffens zu Meißen Tochter, durch Veranlaſſung etlicher bracteatorum oder alten hohlen ſilbernen Müntzen, Ienæ 1699. 4.* In controuerſia Reuerendisſimæ Abbatiſſæ Quedlinburgen-

burgenſis cum potentisſimo Boruſſorum Rege, varia ſcripta hinc inde fuerunt publicata. Sic prodiit *Prodromus actorum publicorum Saxo-Brandenburgicorum & compendium actorum publicorum Quedlinburgenſium*, 1699. 4. *Kayſerliche Belehnung, Gnadenverſchreibung und Protectoria, welche dem uhralten Kayſerlichen freyen weltlichen Stifft Quedlinburg ertheilet worden, ſamt Receßen und Verträgen zwiſchen dem Chur- und Fürſtlichen Hauße Sachſen und dem Stiffte errichtet, und andere Miſcellanea*, Quedlinburg 1694. 4. *Rechtliche Deduction, worinnen aus alten und neuen Kayſerlichen Belehnungen, Privilegien und donationen: auch Päbſtlichen Confirmationen vorgeſtellet wird, das eine zeitige Abbatißin des uhralten Kayſerlichen freyen weltlichen Stiffts Quedlinburg von Zeit der Fundation bis hieher ein immediater Reichs-Standt geweſen, und die Iura Territorii & Superioritatis iederzeit gehabt und noch exerciret*, 1696. 4. *Actenmäßige Species facti cum reſponſo ICtorum Hallenſium, vvoraus erſcheinlich, vvas vor eine entſetzliche und deteſtable, auch von verpflichteten Vnterthanen kaum gehörte Action einige Quedlinburgiſche Rathsglieder vvieder Dero hohe Landes-Obrigkeit, nemlich der Frau Abtißin Hoch-Fürſtliche Durchlauchtigkeit ausgeübet.* Item *2 Reſponſa ICtorum Helmſtadienſium, einige*

Stiffts

Stiffts angelegenheiten betreffende, und vvie man mit gnädigſter Herrſchafft verfahren,1698. 4.

§. XXXVII.

Multa ab aliquo tempore controuerſia fuit Lindauienſi vrbi cum abbatia & cœnobio virginum ibidem, petente cœnobio omne vrbis territorium, fundante ſe in priuilegio Ludouici. Deductionem hac de re pro Lindauienſibus dedit DANIEL HEIDERUS. Reſpondet eidem HENRICUS WAGNERECKIUS, diplomatis auctorem faciens Ludouicum Germanicum, ſed crambe erat bis cocta, cum iam omnia euerſa eſſent in deductione. Rogatus ſententiam HERMANNUS CONRINGIUS, *cenſuram diplomatis*, quod Ludouico Imperatori cœnobium Lindauienſe acceptum fert, *Helmſtadti 1672. 4.* edidit, in quo fictitium eſſe monſtrauit, atque ſimul res Imperii & regni Francorum eccleſiaſticas atque ciuiles, ſeculi inprimis Carolingici illuſtrauit. Sed poſt mortem Conringii *iuſta defenſio diplomatis Ludouiciani* prodiit *Conſtantiæ 1691. 4*, in qua Ludouicus Pius pro auctore venditatur. Contra hanc editæ *Hiſtoricæ vindiciæ pro Hermanni Conringii cenſura, Lindauiæ 1700. f*, in quibus plenius demonſtratur, diploma a cœnobio adductum

ctum eſſe fictitium. Auctorem illorum ex relatione Lindauienſis cuiusdam in diſſertatione de doctis impoſtoribus §. XXX adſerueram THOMAM WELTZIVM, Reipublicæ Lindauienſis ſyndicum, ſed bene monuerunt collectores nouorum litterariorum Hamburgenſium menſe Nouembri anni 703 p. 427 verum auctorem eſſe WILHELMUM ERNESTUM TENTZEIUM, virum celeberrimum. Licet ipſe in recenſione dictæ diſſertationis, quam inſeruit bibliothecæ ſuæ Curioſæ p. 505 non diffiteatur, laudem quoque ſuam deberi Weltzio, qui multa quæ iura vrbis concernunt, addiderit, quæ vero ad detegendam diplomatis impoſturam faciant, ipſi quam maxime deberi. Nota eſt alias controuerſia de Herfordienſi vrbe, an ſit libera Imperii atque immediata. Prodiit in eadem *Bericht von der Stadt Herford uhralten Fundation, gaudirenden Reichs immedietät und priuilegien 1693. 4.* Contra hoc ſcriptum prodiit *Chur-Brandenburgiſche Wiederlegung.* Alias extat *Conſilium iuris Deciſiuum, in Sachen der Frau Aebtisſin zu Herford, contra die Freyfreulein zu Boyemer, welchergeſtalt das uhralte Abteyliche Herfordiſche Tafelgut Stockum, auf keinerley Weyſe alieniret, noch zum Lehn gemachet werden könne 1698. 4.* Plures quidem ſuperſunt abbatiæ & monaſteria,

teria, quæ in territoriis ſtatuum ſita, de quibus tamen ſuo loco inter Scriptores Hiſtoriæ particularis dicemus.

CAPVT DECIMVM OCTAVUM.

DE SCRIPTORIBVS RERUM AUSTRIACARUM CUM ADNEXIS PROVINCIIS.

§. I. Scriptores qui ad chorographiam Auſtriæ faciunt. §. II. Scriptores de origine domus Auſtriacæ. §. III. Scriptores de genealogia domus Auſtriacæ. §. IV. Scriptores de hiſtoria domus Auſtriacæ. §. V. Scriptores antiqui hiſtoriæ Auſtriacæ. §. VI. Scriptores qui ad ſpecialem Auſtriæ hiſtoriam faciunt. §. VII. Scriptores qui ad Statum politicum domus Auſtriacæ faciunt. §. VIII. Scriptores de virtutibus & pietate domus Auſtriacæ. §. IX. Scriptores qui ad prouincias hæreditarias, Stiriam inprimis faciunt. §. X. Scriptores de Carinthia, Carniola & comitatu Tirolenſi.

§. I.

IN Imperio noſtro Romano-Germanico vltra ducentos annos eminet domus Auſtriaca, vt primus omnino locus debeatur. Ad ſtatum Geographicum primum facit MATTHÆI MERIANI *topographia prouinciarum Auſtriacarum*, cum MARTINI ZEILLERI *deſcriptione*, quæ prodiit *Francofurti 1649. f.* Sic etiam chorographica eſt IOANNIS CUSPINIANI *deſcriptio Auſtriæ*, quæ cum Caſparis Bruſchii præfatione prodiit *Francofurti 1601. f.* quæ æſtumatiſſima eſt, atque res a Marchionibus, Ducibus, Archi Ducibus præclare ad hæc vsque tempora geſtas deſcribit. PETRUS LAMBECIUS *in ſyntagmate Rerum Germanicarum* WOLFGANGI LATZII *chorographiam Auſtriæ* edere promiſit, quod tamen nondum eſt editum. Ad particularem vrbium deſcriptionem facit primum WOLFGANGUS LATZIUS *de rebus Viennenſibus*, *Baſileæ 1546. f.* Hoc ſcriptum HENRICUS ABERMANNUS, ſub titulo: *Beſchreibung der Stadt Wien*, germanice vertit, *Viennæ 1619. f.* acceſſit IOANNIS MARTINI STELLÆ *deſcriptio & monitio vrbis Viennæ a Solymanno obſeſſæ*. Latzio quoque

ebemus *Commentarium in antiquas Viennen-s urbis deſcriptiones*, opera *Hermetis Schal-tuczeri* erutas, *Viennæ 1560.* f. PETRUS AMBECIUS in locupletisſimo Opere ſuo ommentariorum de bibliotheca Cæſarea indobonenſi, tomo ſecundo, occaſione odicum Mstorum multa inſeruit, quæ d hiſtoriam Vindobonenſem atque anti-uitates egregie faciunt. GEORGIUS DERUS *catalogum Rectorum & Dd. Archigy-naſi Viennenſis* edidit ab anno 1237 vsque d annum 1559, continuatum poſtea vsque d annum 1644, *Viennæ 1645. f.* Varias :ſcriptiones atque Chronica monaſterio-ım tacemus, quæ in bibliotheca Vindobo-:nſi adhuc latent a Lambecio & Neſſelio omiſſa.

§. II.

De origine domus Auſtriacæ plures erunt commentati. PETRUS LAMBE-IUS latius deducere has voluit in *prole-menis annalium Auſtriacorum*, eandem de-icens ab antiqua Romanorum familia ıicia Perleonia. Eisdem cum Lambe-ɔ opinionis ante eundem iam fuit AR-OLDUS WIONIUS in opere *de initiis Or-nis S. Benedicti*, quod *lignum Vitæ* inſcripſit, *netiis 1595. 4.* Eadem propoſuerat IO-NNES SEIFRIDUS *in Arbore Aniciana*,

tanquam origine gentis Auſtriacæ, *Viennæ 1613. f*, quod opus maxime commendatur. Oppoſuit ſe quidem Seifrido CASPAR SCIOPPIUS *in Stemmate ſuo de origine domus Auſtriacæ, Ticini 1619. 4. & Conſtantiæ 1651. 12.*, quo ipſum malitioſe vellicare atque criminari fuit auſus. Sed ſcriptum indignisſimum cenſet Lambecius lib. II cap. VI p. 493 vt eius vlla habeatur ratio, cum nihil contineat ſolidi, ſed meras cauillationes ſcopticas & iniurioſas. Commendat ibidem HENRICI GUNDELFINGII *Hiſtoriam* manuſcriptam *Auſtriacam*. FRANCISCUS GVILLIMANNUS *in Habsburgicis ſuis, ſ. de antiqua & vera origine domus Auſtriacæ*, opere luculentiſſimo *Mediolani* edito *1605. 4*, & germanice per *Ioſephum Langium, Friburgi 1607. 4.* originem ab antiquis comitibus Vindoniſſæ & Altenburgi deducit, & multa depromſit ex monumentis Murenſibus. Scriptum tamen eſt egregium, magna ſermonis venuſtate elaboratum, & multo iudicio, licet adfectibus quandoque nimium indulgere videatur Guillimannus. HIERONYMUS VIGNIERIUS ab Erchenbaldo deſcendere domum Auſtriacam dicit in ſtemmate Auſtriaco, quod vlteriore deductione illuſtrauit IOANNES IACOBUS CHIFFLE-

TIUS

TIUS, *Antvverpiæ 1650. f.* *IOANNES STABIUS in genealogia domus Auſtriacæ*, & epitome ortus Archiducum Auſtriacorum originem e Françorum Regibus petit. Secutus eundem fuit *HIERONYMUS GEBVILERUS in epitome regii exortus Caroli V, omniumque Archiducum Auſtriæ, Hagenoæ 1534. & Louanii 1650. 8.* *WOLFGANGI LATZII Commentarii in Genealogiam Auſtriacam, Baſileæ 1564. f.* eandem ſententiam fouent. Hinc etiam eiusdem fides vacillat quandoque. *DIDACUS LEQVILIUS* ſcripſit *de origine, antiquitate & nobilitate familiæ Auſtriacæ, Oeniponti 1660. f.* qua eiusdem cum Borbonia familia ſtirpis facit. *Origines Murenſis monaſterii* originem Habsburgicorum ab antiquis Comitibus ab Thierſtein deducunt. Prodierunt *Spirenbergii 1627. 4.* atque multa ex iisdem hauriuntur, quæ ad genealogiam Habsburgicorum faciunt. *DIDACUS TAFURUS* quoque *de origine, antiquitate & nobilitate Auſtriacæ familiæ* ſcripſit, *Oeniponti 1660. f.*

§. III.

Plures ſunt, qui genealogiam Auſtriacam breuiter deſcripſerunt. Habemus quidem *MICHAELIS EYTZINGERI genealogiam Principum Auſtriæ* a Iulio Cæſare vsque ad Rudolphum II & Philippum II,

quinquaginta generationibus continuatam, *Coloniæ 1590. 8.* NICOLAI CLEMENTIS *Auſtriacos Reges* & Duces, *Coloniæ 1591. 4.* IOANNIS RASSII *genealogiam Auſtriacam,* archiducum ex proſapia Comitum Habsburgicorum deductam a poetis variis carmine conſcriptam & congeſtam, *Conſtantiæ 1594. 4.* HIERONYMI MEGISERI *calendarium genealogicum domus Auſtriacæ, 1614. 8.* ABRAHAMI HOSMANNI *genealogiam Auſtriæ, Lipſiæ 1614. f.* REINARDI MARXII *typum gloriæ Auſtriacæ a Rudolpho Habsburgico ad Leopoldum, Francofurti 1658. 4.* OCTAVIUS de STRADA *in genealogia domus Habsburgenſis, Ducuus & Archi Ducum Auſtriæ, Francofurti 1615. f.* non ſolum genealogiam explicat, ſed etiam numiſmata Imperatorum ex domo Auſtriaca. THEODORICI PIESPORDII *Stemma Auſtriacum, Bruxellis 1620.* forma patente XII tabulis æri inciſis conſtat, quibus omnis genealogia Auſtriaca vsque ad Carolum V iconibus & breui vitæ deſcriptione declaratur. IOANNIS GANSEI *arboretum Auſtriacum, Coloniæ 1630. f.* in genealogia æſtimatur. Operoſum eſt ſcriptum & rarisſimum, ſed in multis a vera genealogiæ ratione aberrat, maxime etiam quod Auſtriacos a Francorum Regibus deducat. Germani-

manico idiomate habemus *Genealogiam oder Stamm-Buch des hochlöblichen Hauſſes Oeſterreich*, *Neuſtadt* 1598. 4. *CASPAR ENS Famam Auſtriacam*, *von der Böhmiſchen Unruhe und Stamm-Regiſter des Hauſſes Oeſterreich*, *Coloniæ* 1627. 4. & *IOANNIS HILBENREICHS genealogiam des Hauſſes Oeſterreich*, *Hanau* 1597. *f.* *WOLFGANGI KILIANI Contrafactur des aller Durchlauchtigſten Hauſſes Oeſterreich*, *von Rudolpho II. bis auf Ferdinandum II*, *Augſpurg* 1629. *f.*

§. IV.

Ad Hiſtoriam Auſtriacam plures ſunt qui faciant. Præcipuum in Hiſtoria Auſtriaca opus præbent *GERARDI de ROO Annales Rerum belli domique ab Auſtriacis Habsburgicæ gentis Principibus a Rudolpho I. usque ad Carolum V. geſtarum*, *Oeniponti* 1592. *f.* & *germanice Auguſtæ* 1621. *f.* Hoc opus poſthumum a *CONRADO DECIO* poſt mortem de Roo editum, multa prudentia ac ſtyli elegantia eſt ſcriptum atque accuratiſſimam rerum Auſtriacarum notitiam, multis monumentis excusſis præbet, hodie eſt rarisſimum. Poſt hunc æſtimari debet *Spiegel der Ehren des Ertz Hauſſes Oeſterreich.* Hoc opus primum compoſuerat *IOANNES IACOBUS FUGGERUS*, poſtea vero in ordinem meliorem & ſermonem nitidio-

tidiorem redegit SIHISMUNDUS a BIRCKEN, cenſore Lambecio varie locupletauit, & figuris æneis auxit *Noriberga 1668. f.* Completiſſimum hodie opus eſt atque ad Caroli V tempora vsque deductum, ex quo plenior notitia hiſtoriæ Auſtriacæ hauriri poteſt. Ambages tamen amat & excurſus lectorem auertentes. Præſtat autem in Genealogia particulari ſingulorum Imperatorum domus Auſtriacæ, quam inſeruit, atque Heraldica, dum inſignia domus, familiarum illuſtrium atque nobilium vbique adnexerit. Ex hoc potiſſimum IOANNES CHRISTOPHORUS BEERIUS edidit *Grosthaten der Ertz-Hertzoge zu Oeſterreich, Norimbergæ 1695. 4.* qui tamen non adeo eſt accuratus. IOANNES CUSPINIANUS *in Auſtria* ſua, *Francofurti 1591. f.* edita, hiſtoriam ipſam ſine ambagibus iuſte narrat, ideoque commendandus. FRANCISCI ADAMI S. R. I. Comitis a BRANDIS *Fama Auſtriaca* ad cunas Sereniſſimi Principis, Leopoldi Cæſaris, Auguſtiſſimi regii filii aduolans *Bolſani* edita eſt *1678. 8.* Breuem continet narrationem rerum Auſtriacarum, ſed leuis eſt & confuſa. HIERONYMI MEGISERI *Diarium Auſtriacum, ſ. Calendarium Hiſtoricum domus Auſtriacæ* germanice prodiit, *Auguſtæ Vindelico-*

ticorum 1614. 4. ſed hiſtoriæ neruis caret, & nullius iudicii eſt ſcriptum. *NICOLAI VERNULÆI hiſtoria Auſtriaca, ſ. virtutum Auguſtisſimæ gentis Auſtriacæ libri III, Louanii 1640 & 1651. 4.* breuis tantum eſt epitome ſed elegans. Eiusdem eſt *apologia pro gente Auſtriaca contra eius hoc tempore æmulos, Louanii 1635. 4.* Leuioris momenti ſunt *LEONHARDI WUREBAINS unterſchiedliche Relationes Hiſtoricæ vom Hauße Oeſterreich, Nürnberg 1626. f. IOANNES POPPENHAUFERS Habsburgiſches Chronicon, Marpurgi 1631. f. IOACHIMI MYNSINGERI Auſtriados libri II, Baſileæ 1540. 4. ABRAHAMI HOSMANNI Neue Oeſterreichiſche Chronica und Beſchreibung aller Geſchichten des löblichen Haußes Oeſterreich, Leipzig 1612. f. ERYCII PUTEANI Theatrum Heroicum Imperatorum Auſtriacorum, Ducum Burgundiæ, & Regum Hiſpaniarum, Bruxellis 1642. f. PETRI SOUTMANNI effigies Imperatorum domus Auſtriacæ, Harlemi 1651. f. FRANCISCI TERTII imagines gentis & familiæ Auſtriacæ, Venetiis 1572. f.* Egregia eſt *IACOBI a MELLEN ſylloge nummorum ex argento uncialium, vulgo thalerorum, ſiue Imperialium*, quos Imperatores & reges Romanorum, nec non Auſtriæ Archiduces ſignari iuſſerunt, *Lubecæ 1698. 4.* In quo

omnes thaleros a Maximiliani I temporibus cuſos exhibet atque erudite explicat.

§. V.

In Caniſii Tomo primo lectionum antiquarum continentur EVERARDI Altahenſis annales *de ducibus Auſtriæ, Bauariæ & Sueciæ.* In Vrſtiſiana collectione vero ALBERTI Argentinenſis *Chronicon*, continens *Hiſtoriarum* ſeriem, à Rudolpho I Habsburgenſi vsque ad Caroli IV obitum atque annum 1378. PETRUS LAMBECIUS in *ſyntagmate* ſuo *Rerum Germanicarum* euulgare promiſit ÆNEÆ SYLVII *Hiſtoriam Auſtriacam*, vsque ad annum Chriſti 1458. HENRICI GUNDELFINGII *Hiſtoriam Auſtriacam*, ALBERTI BARONIS de BONSTETEN *hiſtoriam Auſtriacam*. ENGELBERTI abbatis *Speculum virtutum* ab anno 1104. Anonymi cuiusdam auctoris narrationem de diſſenſione prouincialium Auſtriæ poſt obitum Maximiliani I ortam Viennæ.

§. VI.

Ad ſpecialem Auſtriæ Hiſtoriam faciunt primum PONTI HEUTERI *Rerum Burgundicarum atque Auſtriacarum* libri XV, *Antwerpiæ, 1598. 8.* de quo capite decimo quinto §. IV iam facta fuit mentio qui

tamen

tamen pleraque ex Latzio hauſit. Addimus AUBERTI MIRÆI Commentarium *de vita Alberti Pii, Auſtriæ Archi-Ducis, Antwerpiæ 1622. 4.* OGERII *Albertum & Iſabellam, Duaci 1600. 8.* IOANNIS BOCHII *hiſtoricam narrationem profectionis & inaugurationis Alberti & Iſabellæ, Auſtriæ Archiducum, Antwerpiæ 1602. f.* LAURENTII BEYERLINCKS *laudationem funebrem Alberti, Auſtriæ Archiducis, Antwerpiæ 1621. f.* IOANNIS IACOBI CHIFFLETII *lacrymas priſco ritu fuſas in exequiis Alberti Pii, Belgii Principis, Antwerpiæ 1621. f.* Alias prodiit *Templum Honoris apertum virtute Ferdinandi III Auſtriaci, Romanorum Regis, Coloniæ 1651. 8.* Ad memoriam Leopoldi Imperatoris facit *Sereniſſima domus Auſtriaca in Auguſtiſſimo Leopoldo Cæſare triumphans, Herbipoli 1658. f.* GALEAZZI GVALDI *hiſtoria Leopoldi Cæſaris* ab anno 1656 vsque ad 1670 italice ſcripta *Viennæ 1670. f.* tribus tomis.

§. VII.

Ad ſtatum politicum domus Auſtriacæ facit IOANNES GEORGIUS KIEFFERUS *de domo Auſtriaca & eius prærogatiuis, Friburgi 1672. 8.* qui tamen noui nihil habet, ſed vulgaris ſaltim eſt. CHRISTOPHORUS PHILIPPUS RICHTERUS *de iuribus ac eminentia domus Auſtriacæ,* peculiarem diſſerta-

ſertationem ſcripſit *Ienæ 1666. 4.* ſed neceſſariis deſtitutus fuit ſubſidiis. *FRIDERICUS ALBERMONTIUS in ſymmetria Iuridico Auſtriaca, Bambergæ 1674. 8.* ſymbola Auſtriacorum explicat. *De fortuna Auſtriacæ domus* egit *VITUS BERINGIUS, Patauii 1648. f. Phoſphori Auſtriaci* de gente Auſtriaca libri tres prodierunt *Louanii 1665. 12.* In hiſce gentis illius prima origo, magnitudo, imperium ac virtus aſſeritur & probatur. Primo quidem libro agitur de Habsburgicorum atque Auſtriacorum principum origine ac ſucceſſione ab anno Chriſti 417 vsque ad 1664. Secundo agitur de magnitudine, prouinciis & potentiæ progreſſu. Tertio vero de viritutibus heroicisque actis gentis Auſtriacæ. Breue eſt partim Hiſtoriæ, partim politicæ domus Auſtriacæ compendium, ſed papæ & Auſtriacæ domui nimium fauet. Præterea extat *IOANNIS FRIDERICI MATENESII ſceptrum regale & Imperatorium domus Auſtriacæ, Coloniæ Agrippinæ 1619. 8.* Gallico ſermone prodiit *Politique de la Maiſon d' Autriche, Pariſiis 1658. 4. Memoires Hiſtoriques & Politiques de la Maiſon d' Autriche, Pariſiis 1670. 12.* Ad ſtatum controuerſiarum quas domus Auſtriaca cum Galliæ regno habet, faciunt *les affaires qui ſont aucourdhuy entre*

les

les maiſons de France & d' Autriche, 1649. 12. Huc faciunt etiam Summe Reuerendi viri, IOANNIS GEORGII LAYRITZII exercitationes Hiſtoricæ *de bellis inter Auſtriacos & Gallos geſtis*, *Baruthi* 1677. 4. Agitabatur ſuperiori tempore quæſtio, an ſit ex re Imperii, domum Auſtriacam clauo Imperiali præfigi. Prodiit in hac materia *quæſtio odioſa quidem, ſed maxime notabilis, & ſingularis, annon præſentisſima ſit inclyta domus Auſtriaca moderna abs Imperiali axiomate, clauo & ſceptro remotio*, quæ ſine auctore prodiit 1633. 12. Sed in pagallis meis nomen GREISLAVII adſcriptum eſt. In his autem ex Scripturæ, maxime Apocalypſeos teſtimoniis, hoc declarare voluit, eo quod Imperatores domus Auſtriacæ veræ religioni ſeſe oppoſuerint. Eadem poſtea ſuadet Germaniæ ſtatibus perſonatus HIPPOLYTUS a LAPIDE in ſuo *de ratione ſtatus* libello, qui *Friburgi* excuſus eſt 1648. 12. Reſpondet tamen eidem GOTTLIEB von HAGEN *in Comitiologia Ratisbonenſi, Francofurti* 1654. 4.

§. VIII.

De virtutibus & pietate domus Auſtriacæ egerunt alii. IOANNES WEBERUS quidem in *adamante Auſtriaco*, *Francofurti* 1668. 8. Auſtriacorum virtutes cum

ada-

adamante confert. *IACOBUS von WEINGARTEN im Fürſten-Spiegel des Haußes Oeſterreich, 1663. f.* Auſtriacorum Imperatorum virtutes cum veteribus Romanis confert. *IOANNES LUDOVICUS SCHOENLEBEN annum Sanctum Habsburgo-Auſtriacum* ſcripſit *Salisburgi 1696. f,* in quo quingentos ſanctos Auſtriacæ gentis deſcribit. *DIDACUS de LEQUILLE de pietate Auſtriaca* egit *Oeniponti 1660. f.* licet etiam hiſtoriam & originem domus exponat. *WENCESLAI ADALBERTI CZERWENKA annales & acta pietatis Habsburgo-Auſtriaca* prodierunt, *Pragæ 1695. f.* quibus de fundationibus & donationibus monaſteriorum, in Auſtria potiſſimum agit.

§. IX.

Ad deſcriptionem prouinciarum hæreditariarum facit primum *IOANNIS HENRICI HAGELGANS Chorographiſchen Verſuchs erſte Vorſtellung, das iſt kurtzgefaſte Beſchreibung derer zu Teutſchland gehörigen Kayſerlichen Erb-Länder, Coburg 1644. 12. LAURENTII de CHIIRELICHZ narratio itineris in Stiriam, Carinthiam & Carniolam Leopoldi I. Viennæ 1661. 8. VALENTINI PREVENHUEBERS Hiſtoriſcher Catalogus, darinnen neben kurtzer Beſchreibung über das Ertzhertzogthumb Oeſterreich ob der Ens, deſſelben fürgeſetzte geweſte Landshauptleut,*

eut, Verwalter, Vitzdomb, Anwald und Landſchreiber von anno 1204 bis auf gegenwärtige Zeit begriffen, Wien 1652. 12. Stiriæ eſt celebre illud monaſterium Cellenſe, de quo habemus *PETRI LAMBECII Diarium ſacri itineris Celenſis*, quod Leopoldus Auguſtus anno 1665 uſcepit, *Vindobonæ 1666. 4.*

§. X.

Ad Carinthiæ hiſtoriam atque deſcriptionem facit *IOANNIS SALIVANI* libellus *de ſitu totius Carinthiæ, de ſylua Herquia & de ciuitate montis D. Annæ Baſileæ 1557. 8* *MICHAELIS HORINGS Beſchreibung des Landes Kärndten, Leipzig 1608. 8.* & præcipue *HIERONYMI MEGISERI Annales Carinthiæ, Leipzig 1608. 8.* *THEOPHRASTI PARACELSI Chronicon Carinthiæ* inter opera eius extat. *Beſchreibung oder Relation über den Einzug und Erbhuldigungs actum in Kärndten, Clagenfurt 1660. f. Landshandfeſt des Herzogthumbs Kärndten, darinnen Kayſerliche, Königliche und Landesfürſtliche Freyheiten, Statuta, Landsgebräuche und andere Satz und Ordnungen, auf ſondern Befehl einer ehrſamen Landſchafft gedruckt 1606. f.* In Carniolæ hiſtoria præſtat *IOANNIS WEICHARDI VALVASORS Ehre des Herzogthumbs Crain*, quam cum animaduerſionibus ſuis edidit *ERAMUS FRANCISCI, Laybaci 1689. f.* duobus tomis. Hoc opus eſt locu-

locupletisſimum, & vaſtisſimum, quo topographia, hiſtoria & politia regionis latius deſcribuntur. Franciſci vero in animadverſionibus exempla, quæ adductis a Valvaſore ſimilia, addit. Ante hoſce iam prodierat IOANNIS LUDOVICIS SCHöNLEBENS *Carniola antiqua & noua, Labaci 1681. f.* qui ob annales hiſtoricos ſuam laudem habet. Ad Comitatum Tirolenſem faciunt *Tirolenſium Principum genuinæ effigies æri inciſæ, Venetiis 1609. f.*

CAPVT DECIMVM NONVM.

DE

SCRIPTORIBVS RERUM HUNGARICARUM, BOHEMICARUM ET SILESIACARUM.

§. *I. Scriptores qui ad chorographiam & naturalia Vngariæ faciunt.* §. *II. Scriptores hiſtoriæ Hungaricæ.* §. *III. Scriptores qui Chronica, vel particularem ſaltim Vngaricarum rerum hiſtoriam ſcripſerunt.* §. *IV. Scriptores qui ad hiſtoriam Tranſylua-*

ſyluaniæ faciunt. §. *V. Scriptores de ſtatu politico regni Vngarici.* §. *VI. Scriptores qui ad chorographiam regni Bohemici faciunt, & ſcripta Bohuslai Balbini.* §. *VII. Scriptores hiſtoriæ Bohemicæ.* §. *VIII. Scriptores de ſtatu Bohemiæ eccleſiaſtico, atque Huſſitarum hiſtoria.* §. *IX. Scriptores de ſtatu politico regni Bohemici.* §. *X. Qui de Scriptoribus rerum Sileſiacarum iamdum egerint.* §. *XI. Scriptores qui ad Sileſiæ chorograghiam, naturalia & antiquitates faciunt.* §. *XII. Scriptores Hiſtoriæ Sileſiacæ.* §. *XIII. Scriptores hiſtoriæ Moranicæ & Glatzenſis.*

§. I.

NOn quidem ad Imperium noſtrum ſpectat Hungaria, cum tamen regnum hodie ſit hæreditario iure domui Auſtriacæ adnexum, non incongruum erit eiusdem ſcriptores hic ſubiungere. Ex antiquioribus habemus *Hungaricarum rerum Scriptores varios hiſtoricos, Geographicos, Francofurti 600. f.* Sic etiam extat *GEORGII CSIKES Vngaria illuſtrata, Vltraiecti 1655. 12. OANNES FERDINANDUS BEHAMB*

notitiam edidit *Vngariæ antiquo-modernam Berneggerianam, Argentorati 1676. 8*, qua obſeruationes adiecit diſſertationi Berneggerianæ de rebus Vngaricis. Alias MARTINUS ZEILERUS dedit *neue Beſchreibung des Königreiches Vngarn, vermehrt durch Iohann Beza, Lipſiæ 1664. 8.* Sed accuratisſima eſt GEORGII KRECKWITZII *richtige Beſchreibung des gantzen Königreichs Hungarn, Efurti 1685. 8.* qua Vngariæ vrbes ordine alphabetico recenſet, harumque memorabilia deſcribit. Inſigne eſt Opus, quod meditatus olim ALOYSIUS FERDINANDUS, Comes MARSIGLI, ad naturalem totius Vngariæ hiſtoriam faciens, quod ſub hoc titulo promiſit: *Regius Pannonico-Myſius Danubius ex Cætio monte in Auſtria ad flumen Iantra vsque in Bulgaria, confluentium aquarum agmine decurrens: geographice, hiſtorice & phyſice deſcriptus: regionum qualitatibus, aquarum decurſibus, Romanorum antiquitatibus, mineralium, vegetabilium & animantium natiuis productionibus delineatus & explanatus; aſtronomicis, mathematicis, eruditis & naturalibus principiis illuſtratus.* Huius Operis *prodromum* ad Regiam Societatem Anglicanam, cuius membrum eſt, dedit *1700. f.* Facilis ipſi fuit occaſio, dum Leopoldi Imp. Campi præfectus Generalis in Superiori bello

ello Turcico omnem Vngariam peragraret, naxime vero dum poſt pacem Carolouitzenem controuerſiæ, quæ de finibus ſupererat, dimendæ & accuratis vndiquaque limitibus conituendis a Cæſare præficeretur. Verum, cum n Briſacenſi cauſſa infelix auctor, vix de hoc pere cogitandum. GEORGIUS WERNEUS ſcripſit *de admirandis Vngariæ aquis, ienna 1551, 4.*

§. II.

In hiſtoria Vngarica primum occurint FRANCISCI FORIS OTROKöCSI *orines Hungariæ, Franeckeræ 1693. 8.* Hiſce ra nationis Hungaricæ origo & antiquis e veterum monumentis & linguis præpuis panditur. Alias ſingulis præſtat NTONII BONFINII *Hiſtoria Pannonica, ue Hungaricarum Rerum decades IV & dimia*, libris XLV comprehenſæ. Hos commentarios hortatu Matthiæ Coruini priium conſcripſit, atque hiſtoriam gentis origine vsque ad annum 1495 compleis eſt. Tres priores decades edidit *artinus Brennerus, 1543. f.* ſed mendoſe arum ſummam MICHAEL RITIUS duois libellis, qui *de rebus Vngaricis* inſcriuntur, expresſit. Hos dein cum tertia dimidia quarta decade edidit *Ioannes*

Sambucus, atque appendicem adiecit vsque ad tempora Ferdinandi I: acceſſerunt eiusdem *orationes parentales III in Ferdinandum I, Maximilianum II & Rudolphum II. Expoſitiones obſidionum Agriæ, Zigethi, Temeswari, Tokay, Giulæ, Contractus matrimoniorum inter Ludouicum, & Mariam ac Ferdinandum & Annam; Concordia Vngarica inter Fridericum III, Maximilianum I & Vladislaum, Reges. Clades Mohacienſis, BRODERITHII Hungariæ deſcriptio, IOANNI HEROLDI chronologia Pannoniæ, MICHAELIS RITII de Regibus Vngariæ libri duo. I CALLIMACHI Attila. NICOLAI OLACHI Attila. T. CORTESII carmen de laudibus Matthiæ R. ABRAHAMI BARSCHAY chronologia. Gnomæ generales SAMBUCI de tribus ſummis in Imperatore virtutibus, Regum Vngariæ priſcorum conſtitutiones ſeu decreta.* Recentisſima editio in paragraphos commodiores diſtincta, marginalibus illuſtrationibus locupletata & copioſiori indice exornata prodiit *Coloniæ 1690.* Grauis autem ſcriptor eſt Bonfinius, atque elegans. *NICOLAUS ISTHUHANSIUS* in *libris XXXIV rerum Hungaricarum, Coloniæ 1662. f.* editis res geſtas ab obitu Matthiæ Coruini, vs ad Matthiam II ab anno 1490 ad 1606 deſcribit *Coloniæ 1685. f. PE*
TR

RI de REWA Monarchia & corona ſacra regni Hungariæ, auctius atque emendatius dita cura Comitis *Franciſci de Nadaſti* proiit *Francofurti 1659. f.* atque annales contiet rerum Vngaricarum ab ortu gentis vsue ad annum 1655. CASPARIS ENS *reum Vngaricarum hiſtoriæ* libris IX conſtat, tque edita eſt, *Coloniæ 1648. 8. Mauſoum regni Apoſtolici regum & primorum miliintis Vngariæ Ducum vindicatis e mortuali uluere reliquis, Noribergæ 1663. f.* Auctor ſt Comes FRANCISCUS de NADAST. Connet effigies Ducum & Regum Vngariæ b Kene I vsque ad Ferdinandum IV, ſinulorum cum inſcriptionibus in ſingulos irectis. IOANNIS NADANYI de KERES IADANY *Florus Hungaricus*, ſiue rerum Iungaricarum compendium, *Amſtelodami 663. 12.* breue quidem eſt, ſed accuratum. legantisſima eſt IACOBI a MELLEN *ſeries Regum Vngariæ e nummis aureis, quos vulgo Ducatos adpellant, Lubecæ 1699. 4.*

§. III.

Alii Chronica vel particularem ſaltim erum Hungaricarum hiſtoriam ſcripſerunt. ic prodiit *Chronicon Hungariæ, 1488. f. Vngariſche und Siebenbürgiſche Chronica, Francurt 1664. Türckiſche und Vngariſche Chronicæ, Nürnberg 1663. 4.* CASPAR MAURES

Vngariſche Chronica, *Nürnberg 1662. 12.* *nebſt deſſen Fortſetzung*, *Nürnberg 1664. 12.* *SIGISMUND von BIRCKEN Donau-Strand*, *nebſt einer kurtzen Hungar-und Türckiſchem Chronic*, *Nürnberg 1665. 12.* *HIERONYMI ORTELII* vero *Vngariſche Chronic* præſtat, cuius editio optima eſt, quæ *Francofurti* prodiit *1665. f.* atque iconibus & imaginibus eſt illuſtrata, hiſtoriam etiam belli Turcici anno 1664 geſti adfixam habet. *IOANNES CONSTANTINUS FREIGIUS* poſtea edidit *Ortelium redivivum & continuatum*, quo continentur omnia, quæ ab anno 1664 vsque 1683 fuere geſta, *Viennæ 1694. 4.* Recentiſſimum eſt *Hungariſch-Türckiſche Chronic*, *Norібergæ 1685. 8*, quo omnia bella cum Turcis geſta vsque ad felicem Viennæ liberationem accurate deſcribuntur. *NICOLAUS REUSNERUS* edidit *narrationes rerum memorabilium in Pannonia ſub Turcarum Imperatoribus geſtarum varias*, *Francofurti 1603. 4.* Præterea habemus *GOTTHARDI ARTHUSII Hiſtoriam Chronologicam Pannoniæ*, quam figuris æneis illuſtrauit *THEODORUS de BRY*, *Francofurti 1596. 4.* *MELCHIOR INCHOFERUS* edidit *annales eccleſiaſticos Vngariæ*, *Romæ 1644. f.* *IODOCUS KEDDIUS* ſcripſit *de primis Regibus Vngariæ Chriſtianis*, *Romano-Catholicis*, *Viennæ 1655. 4.* *IOANNES IESSENIUS a*

IES-

IESSEN coronationem Matthiæ deſcripſit *Regis Vngariæ, cum breui rerum Pannoniæ chronographia, Hamburgi* 1609. 4. *MELCHIOR SOITERUS de bello Pannonico* ſcripſit, *Auguſtæ* 1538. 4. *LUDOVICI TUBERONIS* libros quatuor habemus *Commentariorum de rebus, quæ ſuis temporibus in Pannonia geſta ſunt, Francofurti* 1603. 4. *IACOBI TYROTII Taurinum*; quo oppidi inuictiſſimi in Pannonia, quod vulgo Raab dicitur, occupatio auſpiciis Cæſareanis deſcribitur, *Halæ* 1598. 8. *CHRISTOPHORI WARSEVICII oratio ad Rudolphum II de parta ad Siſſeck in Slauonia victoria contra Turcas, Pragæ* 1593. 4. *CASPARIS LORCHIANI* prodiit *Vngariſche Chronologie aller merckwürdigen Dinge, ſo ſich unter Regierung Rudolphi II biß anno* 1605 *zugetragen, Cölln* 1605. 8. *STEPHANI BRODERITHI* habemus *narrationem de prælio ad Mohatzium anno* 1526. *in quo Ludouicus Hungariæ Rex prodiit*, quæ cum Bonfinio prodiit, poſt, cum commentariis *Ioannis Caſparis Kühnii, Argentorati* 1688. 8. *MAURITII NITRII* extat *relatio de vltimo Tranſyluaniæ & Vngariæ bello, ſiue de Ragotzi & Serini*, italice, *Venetiis* 1668. 4. Recentiora ſcripta ſunt *Hiſtoire des troubles de Hungrée, depuis* 1655. *iusq' a preſent avec le ſiege de Neuheuſel, & une relation du comitat de Gran, à Amſterdam* 1686. 12.

§. IV.

Ad Tranſyluaniæ hiſtoriam facit primum *LEVINI HüLSII Tranſyluaniæ, Moldauiæ, Walachiæ deſcriptio, Francofurti 1595. 4. LAURENTII TOPPELTINI origines & occaſus Tranſyluanorum, Lugduni Batauorum 1667. 12. CIRI SPONTONI Hiſtoria della Tranſyluania, Vinetia 1638. 4.* Præſtant vero *Ioannis Betleni res Tranſyluanicæ, Amſtelodami 1665. 12.* qui geſta Tranſyluaniæ ab anno Chriſti 1629. ad 1663 deſcripſit latine, *Amſtelodami 1664. 12.* Accedit *GEORGII a REICHESDORF Chorographia Tranſyluaniæ & Moldauiæ*, quæ alias ſeparatim quoque prodiit. Hunc vero Betleni tractatum *IOANNES TRöSTERUS* poſtea edidit ſub titulo: *Bedrängtes Dacia, das iſt Siebenbürgiſche Geſchichte, Noribergæ 1666. 12.* In antiquioribus quidem non adeo accurata ſunt, quæ vero de recentioribus turbis ſub Abaffi & Ragotzio motis habet, maiorem merentur fidem.

§. V.

Statum Vngariæ politicum deſcribit *Reſpublica & ſtatus regni* editus *Leidæ 1634. 12.* & *GEORGII PONTANI a BREITENBERG dialogus de ſtatu Vngariæ, Francofurti 1596. 4.* Recentius eſt ſcriptum *Hiſtoire de l' etat preſent du Royaume d' Hongrie 1686. 12. STEPHA-*

[STE]PHANUS WERBENTZIUS condidit *tripartitum opus iuris conſuetudinarii Vngarici*, *Viennæ 1581. f.* Recentiores *Vngaricæ conſtitutiones* coniunctim editæ *Bottendorfi 1668. f.*

§. VI.

Ad chorographiam Bohemiæ facit primum *GEORGII BEATI deſcriptio Bohemiæ, Lipſiæ 1617. 4.* Poſt hunc extat *MARTINI ZEILERI topographia Bohemiæ, Morauiæ & Sileſiæ*, cum figuris æri inciſis per *MATTHÆUM MERIANUM, Francofurti 1650. f.* Præcipue vero ad omnem, ſiue chorographicam ſiue hiſtoricam deſcriptionem regni Bohemici faciunt labores *BOHUSLAI BALBINI.* Hic primum edidit *epitomen rerum Bohemicarum Hiſtoricam*, quam ob venerationem Chriſtianæ antiquitatis & primæ in Bohemia Collegialis eccleſiæ honorem *Boleslavienſem hiſtoriam* placuit adpellare, *Pragæ 1677. f.* In eadem pleraque in hiſtoriis Bohemicis incerta, controuerſa, obſcura; multa item ab aliis præterita, ſumma fide, diligentia, claritate & breuitate quinque libris explicauit. Secuta poſtea ſunt Eiusdem *Miſcellanea Hiſtorica Regni Bohemiæ*, cuius *Decadis primæ liber primus* prodiit *Pragæ 1679. f.* qui naturalem Bohemiæ hiſtoriam exhibet, ſitum regionis, montes, fluuios,

metallifodinas atque alia, quæ ad naturam faciunt, deſcribens. *Alter liber* prodiit *Pragæ 1680. f.* atque de Bohemiæ populo, veteribus ac nouis incolis diſputat. *Tertius, Pragæ 1681. f.* fines & terminos totius Bohemiæ, tum ipſorum diſtrictuum figuras, arces, oppida & vrbes complectitur. *Quartus* eſt Hagiographicus, continens ſanctos Bohemiæ, Morauiæ, Sileſiæ & Luſatiæ, *Pragæ 1682. f.* Liber *quintus* parochialis eſt & ſacerdotalis, cum Bohemiæ parochias & ſacerdotiorum fundationes exhibeat, *Pragæ 1683. f.* *Sextus* eſt archiepiſcopalis, cuius pars prior litteras publicas ad Pragenſem archiepiſcopatum ſeu diœceſin ſpectantes: poſterior Præſulum titulos, prærogatiuas, priuilegia, ſucceſſionem, adminiſtrationem atque ſepulturas tradit, *Pragæ 1684. f.* *Septimus* liber eſt Regalis, de Bohemiæ Regibus atque Ducibus tractans, *Pragæ 1687. f.* *Octauus* epiſtolaris, continens litteras publicas de Bohemia, *Pragæ 1688. f.* Cœpit poſtea *Decadem ſecundam*, cuius *liber primus* editus eſt *Pragæ 1687. f.* qui ſtemmatographiam familiarum apud Bohemos illuſtrium exhibet. Eiusdem decadis *liber ſecundus* Tabularium Bohemo-Genealogicum exhibet, *Pragæ 1687. f.* Plures tomos editos eſſe

non

non noui, ex his autem facile patere poterit, quantus fuerit Balbini labor.

§. VII.

In hiſtoria Bohemica occurrunt primum *MARQVARDI FREHERI Scriptores rerum Bohemicarum*, *Hanouiæ 1602. f*. Continetur in iisdem *COSMÆ* Pragenſis *Chronicon Bohemorum* libris tribus conſtans, quibus gentis origo & priſci Duces vsque ad Wratislaum I, Regem deſcribuntur. *Incerti auctoris de conuerſione Boiariorum & Carenthanorum ad fidem Chriſtianam liber. Chronicon aulæ regiæ de Ioanne, rege Bohemiæ & ſub eo in regno, nec non in Germania actis ab anno 1317 ad 1333. Caroli IV de vita ſua Commentarius. De iure electoratus in Romano Imperio Regibus Bohemiæ competente, Rudolphi & Caroli, Romanorum Regum & Ruperti Palatini atteſtationes. ÆNEÆ SYLVII Hiſtoria Bohemorum. IACOBI PICCOLOMINI de Huſſitis & Georgio Bogiebratio narratio hiſtorica. De Waldenſium doctrina & moribus. Confeſſio fidei Waldenſium*, & præcipue *IOANNIS DUBRAVII Hiſtoria Bohemica*, quæ inter haſce præcipua haberi debet. *IOANNES MATTHIAS a SUDETIS* ex optimis archiuis accuratisſime ſcripſit *de origine Bohemorum & Slauorum*, vbi varias migrationes gentium, Slauicarum inprimis, Bohemicarum & Po-

& Polonicarum accurate percenſet. Præterea habemus PANTALEONIS CANDIDI *Bohemiadem*, ſiue *de ducibus Bohemiæ libros duos, de Regibus libros V*, carminice, *Argentorati 1590. 4.* CASPARIS CROPACII *Duces & Reges Bohemicos*, cum eiusdem variis poëmatibus; *Noribergæ 1582. 8.* MARTINI CUTHENI *catalogum Ducum, Regumque Bohemiæ, 1540. 4.* IULII SOLIMANNI *elogia Ducum, Regum, Interregum, qui Bohemis præfuerunt, Pragæ 1629. 4.* PROCOPII LUPACII *rerum Bohemicarum calendarium Hiſtoricum, Pragæ 1584. 8.* TACHARIÆ THEOBALDI *genealogicam & Chronologicam Iudicum, Ducum & Regum Bohemiæ ſeriem*, cum topographica eiusdem regni deſcriptione, *Wittebergæ 1617. 4.* Germanico idiomate prodiit MARTINI BOREGK *Bohemia, ſ. Böhmiſche Hiſtoria, Wittebergæ 1587. f.* & præcipue WENCESLAI HAGECII *chronicon Bohemicum*, quod patrio ſermone primum prodierat, poſtea vero in Germanicum ſermonem fuit translatum, per *Ioannem Sandelium*, *Pragæ 1596. f.* haut ita pridem recuſum, ſed in eodem fides deſideratur. Scriptores qui de bello Bohemico egerunt, ſuperiori capite recenſuimus, dum de bello Germaniæ tricennali ageremus.

§. VIII.

§. VIII.

Ad ſtatum eccleſiaſticum Bohemiæ facit GEORGII BERTHOLDI PONTANI *Bohemia Pia*, ſiue hiſtoria breuis pietatem auitam Bohemiæ e miraculis, ducibus & regibus, ſanctis quoque, epiſcopis & archiepiſcopis & aliis oſtendens, *Francofurti 1608. f.* ADRIANI REGENVOLSCII *ſyſtema hiſtorico-Chronologicum eccleſiarum Slauonicarum per prouincias varias, præcipue Poloniæ, Bohemiæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Morauiæ, libris XIV*, continens hiſtoriam eccleſiaſticam a Chriſti & apoſtolorum tempore ad annum 1650, *Traiecti ad Rhenum 1652. 4.* Alias prodiit ALBERTI CHALOWSKY *veſtigium Bohemiæ piæ*, cum notis *Ioannis Tanneri, Pragæ 1659. 12.* In hiſtoria Huſſitica habemus IOANNIS COCHLÆI *hiſtoriam Huſſitarum, Moguntiæ 1549. f*, in qua tamen pro more adfectibus indulget nimium. IOACHIMI CAMERARII prodiit *Hiſtorica narratio de Fratrum orthodoxorum in Bohemia eccleſiis*, quæ prodiit *Francofurti 1625. 8.* Sic etiam extant IOANNIS LASITII *de eccleſiaſtica diſciplina, moribusque & inſtitutis fratrum Bohemorum memorabilia, Amſtelodami 1660. 8.* Præcipue vero æſtimanda venit IOANNIS AMOSII COMENII *Hiſtoria Fratrum Bohemorum*

morum, eorum ordo & diſciplina eccleſiaſtica, cura *Io. Franciſci Buddei Halæ* prodiit *1702. 4*. Breuis quidem eſt, aſt accurata. Plura eiusdem Comenii in Manuſcriptis adhuc latere certum eſt, quæ digna omnino ſunt, vt lucem adſpiciant publicam. Facit ad eandem hiſtoriam quoque *Faſciculus rerum expetendarum & fugiendarum, prout ab* ORTHUINO GRATIO *editus eſt Coloniæ anno 1535, vna cum appendice, ſiue Tomo ſecundo Scriptorum veterum, cura Eduardi Browes, Londini 1690. f.* Sic etiam extat *Hiſtoria perſecutionum eccleſiæ Bohemicæ, Leidæ 1648. 12. Bellum Huſſiticum* deſcripſit ZACHARIAS THEOBALDUS, *Francofurti 1621. f.* Reliqua potius ad Hiſtoriam eccleſiaſticam ſpectant.

§. IX.

Ad politicum ſtatum Regni Bohemici præ cæteris facit MELCHIORIS GOLDASTI *Commentarius de Bohemiæ regno, libris XVI conſtans, Francofurti 1626. 4.* In hoc egregie diſſerit de iuribus Regni Bohemici & prouinciarum Bohemicarum, ſingula ex hiſtoriis atque diplomatibus accurate probans. Opus eſt rarisſimum atque vtilisſimum. PAULUS GESCHINIUS ſcripſit *de Maieſtate Carolina, ſeu conſtitutionibus Caroli IV, quibus Regnum Bohemiæ formandum ornan-*

iunandúmque cenſuit, *Hanouiæ* 1617. f. PAU-
LI STRANSKY habemus *Rempublicam Bohemiæ, Lugduni Batauorum* 1643. 12. qui in
multis Goldaſtum vltra meritum ſuggillat.
Elegans eſt MELCHIORIS GOLDASTI
*Informatio de Statu Bohemiæ, quoad ius &
ſucceſſionem in ea Achiducum Auſtriæ, Francofurti* 1660. 4. & *Apologie, ou declaration des
raiſons, pour les quelles les trois eſtats de Boheme ont eté contraints de prendre les armes
pour leur defenſe,* 1609. 8. quod ad initia belli
Bohemici facit.

§. X.

Ad Scriptores de hiſtoria Sileſiaca
facit primum cura MARTINI HANCKII,
qui a longis retro annis multo labore in
deſcribenda Sileſiorum hiſtoria rei litterariæ deſudauit, quam tamen auide adhuc
expectat orbis litteratus. GOTHOFREDUS RHONIUS quidem *tribus epiſtolis*,
quas *Vratislauii* 1693. & 1694. 4. publicauit,
de quibusdam ineditis hiſtoriæ Sileſiacæ
ſcriptoribus docte diſſerit, horumque ſcripta recenſet. Alia adhuc de rebus Sileſiacis Manuſcripta recenſentur in præfatione
Henelii Sileſiographiæ renouatæ præmiſſa.
Alias virorum Sileſiæ clarorum notitia hauritur ex CASPARIS CONRADI *proſopographia melicæ millenariis tribus*, quibus multo-

rum

rum Sileſiorum vita ac fama ſingulis diſti-chis delineantur, *Hanouiæ 1621. 8.* & præci-pue GEORGIUS SCHOEBELIUS *in Ger-mano Vratislauiæ decore, Vratislauiæ 1667. f.* eruditos & claros viros Vratislauienſes de-ſcribit. Accuratius vero illud egit MARTI-NUS HANCKIUS in chronologicis tabu-lis, quibus *Vratislauienſes propagatores* ab an-no 1522 ad 1700 deſcribit, *Lipſiæ 1702. 4.*

§. XI.

In Sileſiæ chorographia occurrit pri-mum NICOLAI HENELII *Sileſiographia*, quæ primum prodiit *Francofurti 1613. 4.* ſed ab ipſo auctore locupletata cum animad-uerſionibus MICHAELIS IOSEPHI FI-BIGERI, ſub titulo: *Sileſiographia renouata* denuo prodiit, *Vratislauiæ 1704. 4.* In hac autem ſitum, cultum & prouentum terræ, mores & ingenia incolarum, flumina, mon-tes, vrbes, caſtella, monaſteria, & natu-ralia reliqua, regiminis quoque forma accurate exponitur, & per prolixas Fibi-geri adnotationes latius explanatur. Eius-dem Henelii eſt *Breslographia*, ſ. delineatio vrbis Vratislauienſis, *Francofurti 1613. 4.* Huc facit etiam FRANCISCI FABRI *Sa-nothus, ſiue Sileſia, Baſileæ 1592. 8.* In natu-ralibus Sileſiæ habemus primum CASPA-REM SCHWENCKFELDIUM, quem

Plini-

Plinium Sileſiorum adpellant, cuius *Theſaurus Pharmaceuticus*, *hiſtoria Thermarum Hirſchbergenſium*, *Botanica Sileſiaca*, *liber de foſſilibus & mineralibus Sileſiæ & theriotropheum Sileſiæ* publice proſtant. Ad antiquitates facit GEORGII VBERII *de vrnis Trebnicenſibus epiſtola*, quæ in Laurentii Scholtzii volumine legitur. CHRISTIANI STIEFFII *de vrnis in Sileſia Lignicenſibus & Pilgramsdorfienſibus epiſtola*, *Vratislauiæ 1704. 4.* & GOTHOFREDI RHONII *de nummis Ioanneis Vratislauienſibus*, exercitatio hiſtorica *Vratislauiæ 1693. 4.* publicata.

§. XII.

Inter præcipuos hiſtoriæ Sileſiacæ Scriptores numerandus eſt IOACHIMVS CVRÆVS, cuius *annales gentis Sileſiæ* primum prodierunt *Wittebergæ 1571. f.* Hos ex latino ſermone poſtea in germanicum tranſtulit *Henricus Ratelius*, *Lipſiæ 1670. f.* LAVRENTIVS MVLLERVS vero *in compendium* contraxit *Witteberga 1587. 4.* Auxit illos annales poſtea vsque ad annum 1625. atque varias obſeruationes adiecit IACOBVS SCHICKFVSIVS, *Ienæ* editos *1625.* Non contemnendus auctor eſt, licet non omnibus numeris ſit perfectus, iudicio tamen graui atque ſermone luculento res patrias deſcripſit. Multos a Schickfu-

ſio paſſim, & in priuilegiis præcipue allegandis & verbotenus recenſendis commiſſos fuiſſe errores dudum animaduerterunt eruditi, quare Martinus Hanckius quoque in eodem emendando ſollicitus fuit. FRIDERICVS LVCAS, ſub LICHTSTERNII nomine edidit *Schleſiſche Fürſten-Krone, oder eigentliche warhaffte Beſchreibung Ober- und Nieder-Schleſiens in XX. diſcurſen abgehandelt, Francofurti ad Mœnum 1685. 8.* qua Ducatus, politiam, religionem, gymnaſia & ritus Sileſiorum deſcribit. Huic oppoſuit CASPAR SOMMERVS ſub ficto CVRIOSI SILESII nomine *animaduerſiones und Anmerckungen über dieſe Fürſten-Crone, Weiſſenfelſæ 1687. 8.* quo libro vltra trecentos errores in Lichtſternio notat atque corrigit. Anſam hoc dedit FRIDERICO LVCÆ, vt nouum opus, appoſito proprio nomine adgrederetur, ſub titulo: *Schleſiens curieuſe Denckwürdigkeiten, oder vollkommene Chronica von Ober- und Nieder-Schleſien, Francofurti 1688. 4.* vbi quidem varia prioris editionis errata correxit, multa etiam curioſa atque egregia adiunxit, partim tamen ſibi contradixit, partim errores erroribus coaceruauit. CASPAR SOMMERVS, ſiue perſonatus Curioſus Sileſius, prouocat in dictis animaduerſionibus

us ad *antiquitates* ſuas *Quado Marcoman-icas* p. 14. 15. 186. & p. 246. ad *Hiſtoriam ſe-uli XVII, illuſtribus familiis in Germania & ilesſia extinctis funeſti*, ſed hæc ſcripta edita on ſunt. Reliqui Scriptores hiſtoriæ Sile-iacæ ſunt particulares. SIMONIS GRY-ÆI habemus *Sileſiæ monumentorum pericu-e expoſita, Lignicii 1600. 8.* EPHRAIMI GNATII NASONIS *diſcurſum politicum, famularem prodromum nouorum Chronico-um Sileſiæ, Vratislaniæ 1665. 4.* NICOLAI OLII *Hemerologium Sileſiacum, Vratislauien-, Lipſiæ 1612. f.* Haud ita pridem prodie-unt MARTINI HANCKII *de Sileſiorum ominibus antiquitates, Lipſiæ 1702. 4.* atque iusdem *de Sileſiorum maioribus antiquitates, ipſiæ 1702. 4.* In his autem progreditur b O. C. vsque ad annum 550. Vtraque ripta autem ſunt eruditisſima, quibus ter-um adhuc addere promiſit *de rebus Sileſio-um*, quod vero adhuc expectamus. DA-IEL ZEPKEN ſcripſit *Gynæceum Sileſia-um Ligio Bregenſe oder kurtze hiſtoriſche Be-hreibung und Ausführung der Stamm Linien n den hochlöblichen Ahnen etlicher Fürſtlichen räulein in Schleſien, die auſſerhalb Landes ver-eyrathet worden, und etlicher fremder Fräu-in, ſo ins Land Schleſien gebracht worden, ipſiæ 1626. f.* quo tractatu multa genealo-

gica deſcribuntur. ELEAZARUS TILISCH *Ducum Teſſimenſium genealogiam* nexit. DAVID de SCHWEINITZ *genealogiam Schweinitzorum*, *Lignici 1661. f.* GEORGIVS WENZKI ſcripſit *vom Schleſiſchen Ritter-Recht*, *Lipſiæ 1615. 4.*

§. XIII.

Ad Morauiæ hiſtoriam facit IOANNIS PESSINÆ de CZECHEROD *Mar. Morauicus*, ſiue bella, ſeditiones, prælia, quæ Morauia hactenus fuit paſſa, deſcript. *Pragæ 1677. f.* GEORGIVS ÆLVRIVS ſcripſit *Glaciographiam* oder *Glätziſche Chronica*, *Leipzig 1625. 4.* qua variæ etiam genealogiæ Principum Münſterbergenſium & Oelſenſium inſeruntur.

CAPVT VIGESIMVM
DE
SCRIPTORIBVS HISTORIÆ BORUSSICÆ, BRANDENBURGICÆ ET RELIQVARUM PROVINCIARUM.

§. I, Scriptores qui ad Boruſſiæ chorographiam faciunt. §. II. Scriptores hiſtoriæ Boruſ-

ruſſicæ. §. III. Scriptores qui ad chorographiam & ſtemmata nobilium Marchiæ Brandenburgicæ faciunt. §. IV. Scriptores hiſtoriæ Marchicæ. §. IV. Scriptores de electoribus Brandenburgenſibus. §. VI. Scriptores de vita & geſtis Electorum particularium. §. VII. Scriptores hiſtoriæ Magdeburgenſis. §. VIII. Scriptores hiſtoriæ archiepiſcopatus Magdeburgenſis. §. IX. Scriptores hiſtoriæ Halenſis vrbis. §. X. Scriptores hiſtoriæ Cliuiæ. XI. Scriptores hiſtoriæ Pomeranicæ. §. XII. Scriptores Hiſtoriæ Halberſtadienſis. §. XIII. Scriptores hiſtoriæ Mindenſis.

§. I.

INter potentiſſimas Germaniæ domus merito ſuo referri debet Brandenburgica, quæ nunc à regio diademate & prouinciarum multitudine celebratur. Prin-eps prouincia eſt Boruſſica, ad cuius cho-ographiam facit maxime CASPARIS HENNEBERGERI *Erklärung der Land-Tafel von Preuſſen, Königsberg 1595. f.* Atque ic hodie in geographicis omnibus lucem ræfert. Nectit etiam nobilium genealo-

giás, ſed iisdem ſæpe fabulas immiſcuit. IACOBUS LYDICIUS edidit *notitiæ ducatus Pruſſiæ delineationem generalem & ſpecialem, Witteberga 1677. 12.* *Antiquitates Boruſſicas* libris IV deſcripſit ERASMVS STELLA, *Baſileæ 1518. f.* *Hiſtoriam ſuccini Pruſſici* vero ſcripſit IOANNES PHILIPPVS HARTMANNVS, *Francofurti 1677. 8.*

§. II.

In hiſtoria primum occurrit CASPARIS SCHüTZII *hiſtoria rerum Boruſſicarum,* quæ germanice prodiit *Serueſtæ 1592. f.* quæ editio nitida eſt, adiectis Magiſtrorum ordinis Teutonici inſignibus. Poſtea prodiit cum continuatione *Dauidis Chytræi* vsque ad annum 1599. *Lipſiæ 1599. f.* Accuratus eſt auctor, ſed digreſſiones amat; vndecimus ob nimium veritatis ſtudium inter libros prohibitos eſt relatus. PETRI de DUSBURG *Chronicon Boruſſiæ* ab anno 1229 ad 1336, cum incerti auctoris continuatione vsque ad annum 1435. cum animaduerſionibus *Chriſtophori Hartknochii* prodiit *Francofurti 1679. 4.* Adnexa ſunt priuilegia quædam Boruſſis antiquitus conceſſa, diſſertationes XIX antiquitates Pruſſicas complexæ. Non minimum autem in hiſtoria antiquiori haberi debet. Ex iisdem animaduerſionibus pleraque tranſtulit

CHRI-

CHRISTOPHORVS HARTKNOCH *im alten und neuen Preuſſen, Francofurti 1684. f.* quo omnem ſtatum, originem, religionem, politiam & præcipue Magiſtrorum ordinis Teutonici hiſtoriam deſcribit. CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISHII *Res Pruſſorum* inter diſſertationes eius trigeſimam quartam faciunt; breuiter deſcriptæ ſunt, ſed accuratæ. Ad hiſtoriam coronationis Boruſſicæ facit ECCARDI *Auszug der Schrifften von der Königlichen Preuſſiſchen Erhöhung 1701. 4.* quo ipſe variarum orationum, gratulationum & monumentorum a ſubditis erectorum, aliarumque ſolennitatum recenſionem inſtitnit. Inter hæc mihi quoque a Magdeburgenſibus commiſſum, vt ipſorum monumento, quo ſolennia, ipſo coronationis die in Magdeburgenſi vrbe facta æri inciſa exhibentur, præfationem præmitterem, quæ etiam ſcripto adiecta eſt: ſed *tulit alter honores.* Ipſa vero *coronationis Boruſſicæ acta* plenius deſcribuntur in IOANNIS a BESSER *Preuſſiſchen Krönungs Geſchichten, Coloniæ ad Spream* editis *1702. f.* Huic autem coronationi primum ſe oppoſuit Clemens XI, Pontifex maximus, dum per Bullam d.16. Aprilis 1701. publicatam eandem infirmare conaretur. Sed oppoſitum illi ſcriptum

eſt ſub titulo : *Päbſtlicher Unfug wider die Crone Preußen, Cölln 1702. 4.* Auctorem habet IOANNEM PETRVM LVDOVICVM, quo omnia iura Papæ ex hiſtoriis & Canonici iuris ſcriptoribus denegauit. Aliud Grauamen contra hanc Boruſſiæ coronam propoſuit Magiſter Ordinis Teutonici, cui tamen reſpondetur in libro, cui titulus : *Vertheidigtes Preuſſen wider den vermeynten und widerrechtlichen Anſpruch des Teutſchen Ritter-Ordens, und grauamen über die Königliche Würde zu Preuſſen, Mergentheim 1703. 4.* Eundem Ludouicum auctorem habet hoc ſcriptum, quo operoſe contendit, Boruſſiam nunquam Imperio fuiſſe nexam, ſed ſeparatas ſemper habuiſſe rationes.

§. III.

Ad Marchiam Brandenburgicam facit primum GEORGIVS SABINVS *de adpellatione, ſitu, moribus ac populis Marchiæ Brandenburgicæ* tractatus, qui cum Reineri Reineccii hiſtoria Iulia extat *Helmſtadti 1597. f.* MARTINI PRÆTORII *Marchiados libri duo, Argentorati 1594. 4.* WOLFGANG IOBSTENS *kurtzer Auszug und Beſchreibung des gantzen Chur-Fürſtenthums der Marck zu Brandenburg, Francfurt 1572. 8.* Sed magis adhuc æſtimanda eſt CHRISTOPHORI THEO-

'HEODORI SCHOSSERI *Beſchreibung der 'burfürſtlichen Marck zu Brandenburg, Magde- urg 1617. 4.* & MARTINI ZEILERI *topogra- bia electoratus Brandenburgici & Ducatus Po- ieranici*, cum figuris æneis *Matthai Meria- i, Francofurti 1652. f.* De NICOLAI LEU- 'HINGERI *commentariis*, qui in Marchiæ horographia inſignes quoque ſunt, infra icemus pluribus. HANS GEORG von em BORNE ſcripſit *von dem Zuſtand der 'bur-Marck Brandenburg, Francfurt an der)der 1641. 4.* quo libro non ſolum de reli- ione, ſed etiam ſtatu politico Marchiæ git. Egregium eſt ſcriptum, quod ſub ti- ılo prodiit: *derer die Marck zu Branden- urg betreffenden Sachen erſter Entwurff, Bero- ni 1682. 8.* Auctor eſt CHRISTOPHORVS IENRICI, qui huncce prodromum eſſe oluit maioris operis, quod meditabatur. n hoc autem oppida Marchiæ accurate eſcribit. Francofurtum ad Oderam de- cripſit WOLFGANGVS IOBST *in Be- breibung der Stadt Francfurt an der Oder, 'rancofurti 1561. 4.* Præſtant vero IOAN- IIS CHRISTOPHORI BECMANNI *me- ioranda Francofurtana*, ſeu notitia vniuer- tatis, catalogus Bibliothecæ, & Chroni- on ciuitatis, *Francofurti ad Oderam 1576. 4.* :ASPARIS HELMERICI extant *Annalium*

Tangermundenſium libri III. quibus hiſtoriam vrbis ab origine, vsque ad ſua tempora deſcripſit, atque egregia habet de hiſtoria Brandenburgicorum electorum e familia, Zollerana: prodierunt *Magdeburgi 1636. 4.* Clara in Marchia eſt familia Aluenslebiorum, de qua extat LAVRENTII PECKENSTEINI *Theatrum Aluenslebianum* & præcipue MARCI WAGNERI, CHRISTOPHORI EINZELII, & CYRIACI EDINI *Vrſprung und Ankunfft des uhralten Ritterlichen Geſchlechts derer von Aluensleben, Magdeburgi 1581. 4,*

§. IV.

Alii vero hiſtoriam atque annales Marchiæ Brandenburgicæ explicuerunt. CHRISTOPHORI ENTZELII *Chronicon der alten Marck Brandenburg, Magdeburg 1577. 4,* fabulis & nugis eſt refertiſſimum. Hunc quoque emendare conatur ANDREAS ANGELUS in *annalibus* ſuis *Marchicis*, quos germanice ſcripſit ab anno 416. ad 1596. *Francofurti ad Oderam 1598. f.* ſed hi etiam ſuos errores habent: alias in nuda & ſimplici narratione conſiſtunt. Magnum opus ſuſceperat NICOLAVS LEUTHINGERVS, qui *XLV libris Commentariorum* Marchiam Brandenburgenſem eiusque Principes & rerum Statum deſcribere adgreſ-

greſſus eſt. Huius varii hinc inde tomi reperiuntur in bibliothecis, diuerſis in locis editi, aliqui ſine loco & anno; vix tamen credendum, omnes iſtum libros abſoluiſſe. Primus tomus quem poſſideo, ſine loco & anno impreſſionis præmiſſam habet in tabula delineationem rerum ordinisque in commentariis hisce, ſed hæc ſatis de confuſo auctoris ingenio teſtatur. Vt dicam quod res eſt, multa notitia de vrbibus & nobilium familiis in Marchia hauritur ex Leuthingero, ſed melancolia laborabat auctor, quod ex epiſtola Lucæ Martini, Superintendentis Brunſvicenſis, primæ parti præmiſſa adparet, qui ita loquitur: *inſenſiſſimus veritatis & publici commodi hoſtis melancolico vertigine te circumrotare, tuasque cogitationes ac diſcurſum hiſtoricum ſuis triſtitiæ tenebris inuoluere conatur.* Ex quo facile videmus, vnde oriatur confuſa ſcribendi ratio, mordacitas & maleuolentia, atque perpetua calamitatum memoria. Raritas autem ſcripti ex eo oriri videtur, quod plerique tomi auctoris impenſis editi, qui fit, vt propter inuidiam bibliopolarum non ita fuerint diſperſi. Breue ſaltim, ſed etiam leue rerum Brandenburgicarum eſt compendium, quod prodiit ſub titulo: *Anaſtaſii Probi clauis Hiſtorico-politica ad*

ca ad contemplationem ampliſſimi, ſub Friderico Wilhelmo Magno electoratus Brandenburgici, Brandenburgi 1682. 12. Hoc ſcripto fundatio, fortuna, adminiſtratio & obſtacula in electoratu Brandenburgico occurentia deſcribuntur, ſed nullo adhibito iudicio.

§. V.

In ipſa electorum & Marchionum hiſtoria primum occurrunt IOANNIS CERNITII *Electorum X e familia Burggrauiorum Norinbergenſium icones & res geſtæ cum genealogiis, Berolini 1628. f.* qui a fide, induſtria & ſermonis ſuauitate commendatur. REINERI REINECCII *origines ſtirpis Brandenburgicæ & Commentarius de Marchionum & Electorum Brandenburgicorum & Burggrauiorum Noribergenſium familia* prodierunt *Francofurti 1581. f.* Qui ſcriptor in genealogicis præcipuus eſt. Acceſſit in fine *hiſtoria de vita Hugonis & Theodori, Marchionis Brandenburgici* LAURENTII PECCENSTEINII *enarratio hiſtorica Marchionum Brandenburgicorum ex ſtirpe Burggrauiorum Noribergenſium* ad annum 1590. deducta, *Ienæ 1597. f.* egregia quoque eſt & rara, cum multa ex Archiuo Saxonico deſumſerit. CASPAR SAGITTARIUS *in Hiſtoria Marchionum ac Electorum Brandenburgenſium*, quam ab origine

vsque

ſque ad annum 1680. deduxit & *Ienæ* edi-
lit *1644. 4*, multam adhibuit induſtriam,
o quod non domeſticos ſolum Scriptores
ecutus, ſed etiam vniuerſales Germaniæ
nnales. Præter hos CHRISTOPHORI
von WOLDE habemus *orationem de origi-
ne & incrementis domus electoralis Branden-
burgicæ, Lugduni Batauorum 1658. f.* GEOR-
GII SEYFRIEDI *genealogiam Marchionum
Brandenburgenſium, Witteberge 1555. 4.* Itali-
co ſermone GREGORIVS LETI *hiſtoriam
domus electoralis Brandenburgicæ, Amſtelodami
1687. 4.* ſcripſit, qui in rebus recentioribus,
pro more, magna cum libertate agit, ma-
xime vero præconia Friderici Guilielmi
Magni nectit. Hoc ſcriptum in gallicum
ſermonem translatum prodiit ſub titulo:
*Abregé de l'Hiſtoire de la maiſon de Brande-
burg, à Amſterdam 1687. 12.* Germanico
idiomate habemus IOANNIS WOLF-
GANGI RENSCHII *Brandenburgiſchen
Ceder Hayn, Bareuth 1682. 8.* cum iconibus
Marchionum. Multa quidem habet ſin-
gularia ex archiuo Baruthano deſumta, ſed
hiſtoricos non ſatis induſtrie excuſſit.
MELCHIORIS WILDEISEN *Brandenbur-
giſcher Genealogiſcher Luſtwald* prodiit *Onoldi
1682. f.* quo libro labore multo cognationes
cum Cæſaribus, Regibus ac potioribus Eu-
ropæ

ropæ principibus declarat. GEORGII CHRISTOPHORI RENSCHELII *Stamm-Baum des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Brandenburg, Berolini 1668. 4.* genealogias breuiter continet. BALTHSAR MENCIUS *im Stamm-Buch des Churfürſtlichen Hauſes Brandenburg, Witteberga 1598. 8.* in vitis Principum aliqua habet.

§. VI.

In particulari hiſtoria palmam habent SAMUELIS PUFENDORFII *res geſtæ Friderici Wilhelmi M, electoris Brandenburgici, Berolini 1695. f.* Certe hiſtoriarum noſtri temporis facile Princeps erat auctor, qui magna grauitate, prudentia & fide res geſtas tanti Herois & ſimul potiora Europæ deſcripſit, vt facile omnes vinceret. Exhibitum hoc Scriptum antequam ederetur, in conſilio ſanctiori, demandata reuidendi cura præcipuo ex conſiliariis intimis, per quem etiam in prioribus aliqua quæ in præiudicium vergere videbantur, fuerunt deleta. Cum vero poſteriora non tanta cura reuiderentur, remanſerunt nonnulla, quæ eraſa mallent aliqui. In hiſtoria Regis Boruſſiæ, qui hodie regnat, per numiſmata illuſtranda, magna cura ab aliquot iam annis deſudauit IOANNES FRIDERICUS CRAMERVS, in cuius tabulis iam ære

ncidendis occupati ſunt Belgæ. Hoc opus ob ſplendorem ſuum atque iuſtam elaborationem erit æſtumatiſſimum. *Alberti Brandenburgici* electoris, vulgo dicti *Achillis Germanici vitam & geſta* delineauit GEORGIVS GöTZIVS, *Ienæ 1670. 4.* In hiſtoria Marchiæ Soltvvedelenſis potiſsimum *Alberti Vrſi vitam & res geſtas* expoſuit CASPAR SAGITTARIVS, *Ienæ 1685. 4.* *Georgii Friderici*, vero Marchionis Brandenburgici *pietatem* IOANNES FRIDERICVS DüRRIVS, *Ienæ 1683. 4.* *Itinera Chriſtiani Erneſti*, Marchionis Brandenburgici deſcripſit SIGISMVNDVS von BIRCKEN *im Hochfürſtlichen Brandenburgiſchen Vlyſſe, Bareyth 1669. 4.* Cum vero huic ſcripto aliqua opponerentur, LVDOVICVS LIEBHARDVS ſcripſit *Vertheydigung des Brandenburgiſchen Vlyſſis 1672. 4.* Controuerſiæ iſtius, quæ cauſſam Kitzingenſem atque alia cum Epiſcopo Würtzburgenſi concernit, rationem exponunt *Acta in Sachen Würtzburg contra Brandenburg, in ſpecie die Fürſtliche Brandenburgiſche Onoltzbachiſche Vormundſchafft und Ablöſung der Pfandſchafft Kitzingen betreffend, Onoltzbach 1629. f.* Nec omittendum eſt *Ceremoniale Brandenburgicum*, *Tremoniæ* editum *1699. 8.* quo ceremoniæ recipiendorum vel mittendorum ad exteros lega-

legatorum deſcribuntur: vix tamen reperi-
tur liber.

§. VII.

In Magdeburgenſi hiſtoria primum oc-
currunt illi, qui hiſtoriam vrbis deſcripſe-
runt. Huc facit IOANNIS POMARII
*Summariſcher Begriff der Stadt Magdeburg
Stadt-Chronicken ad annum 1580. Magdebur-
gi 1687. 4.* Sed ſcriptum leue eſt & parui
momenti. Eiusdem characteris ſunt AN-
DREÆ WERNERI *Chronica des Ertz-Pri-
mat-Stiffts Magdeburg, ab anno 900.* ad *580.
Magdeburgi 1584. 4. Relation der Stadt Mag-
deburg fundation und priuilegien 1629. 4.* BLO-
CI *deliciæ Magdeburgicæ, Roſtochi 1614. 4.* T.
S.N.P.C. *Magdeburgiſches kurtzes Chronicon,
darinnen der Stadt Vrſprung der Primat-Ertz-
Biſchöfflichen Kirchen fundation, in derſelben
befindliche antiquitäten und raritäten beſchrie-
ben werden, 1672 8. Römiſchen Kayſerlichen
Maieſtät priuilegia der Stadt Magdeburg ge-
eygnet, Magdeburg 1640. 4.* SEBASTIA-
NI BESSELMEIERI *obſidio Magdeburgenſis*
anno 1550. & 1551. extat in Schardii tomo ſe-
cundo. Alias prodiit HENRICH MER-
CKELS *Bericht von der alten Stadt Magde-
burg Belägerung, Magdeburg 1596. 4. Die an-
dere Belägerung der Stadt Magdeburg* deſcri-
bitur *1630. 4.* BENIAMIN LEUBERUS
in diſ-

n diſquiſitione plenaria ſtapulæ Saxonicæ, quæ germanice prodiit *Budiſſæ 1658. 4.* Saxonum partibus fauet, & Stapulæ ius Magdeburgenſibus abiudicat, multa vero in antiquiori hiſtoria Magdeburgica ſimul illuſtrauit. *Chronicon monaſterii Bergenſis* a Meibomio illuſtratum inter opera Meibomiana extat. *Hiſtoriam & iura monaſterii B. Virginis* deſcripſit PHILIPPUS MüLLERUS, venerabilis eiusdem monaſterii Præpoſitus, *im Memorien-Recht*, *Ienæ 1700. 4.*

§. VIII.

Ad hiſtoriam archiepiſcopatus Magdeburgenſis facit primum *codex epiſtolaris Archiepiſcopatus Magdeburgenſis; continens plus quam centum diplomata*, quem in Syntagmate rerum Germanicarum edere promiſit LAMBECIUS. CASPAR SAGITTARIUS *in antiquitatibus Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, Ienæ 1684. 4.* editis, ſyllabum habet centum fere diplomatum Ottonis M, quæ cum ipſo ex archiuo Halenſi fuerant communicata: inſerta quoque nonnulla Ottonis diplomata & bullæ Pontificum. WOLFGANGUS HENRICUS STEVERSDORF edidit *primatum Magdeburgenſem, ſ. ſeriem archiepiſcoporum Magdeburgenſium* vsque ad Guielmum Leopoldum; acceſſit breuis refutatio hiſtoriæ Vdonis, *1633. 4.* *Anonymi*

Chronicon Archiepiſcopatus Magdeburgenſis cum notis atque diplomatibus Henrici Meibomii extat in tomo ſecundo operis Meibomiani. *IOANNES CHRYSOSTOMUS STERRELS in vita S. Norberti*, patriarchæ Magdeburgici *Antwerpiæ 1656. 4.* multa habet ſingularia, quæ ad hiſtoriam Magdeburgenſem faciunt.

§. IX.

Halenſis vrbis deſcriptionem optime dedit *GOTHOFREDUS OLEARIUS* in *Halygraphia Topochronologica*, *ſ. Beſchreibung der Stadt Halle*, quæ primum prodiit *Lipſiæ 1667. 4*, poſtea cum *ERNESTI BROTUFFII aufrichtiger Chronica von denen Saltz-Bornen und Erbauung der Stadt Halle, nebſt Beſchreibung des Orts vornehmſten Merckwürdigkeiten, Halæ 1679. 4.* Accuratiſſima eſt *FRIDERICI HOHNDORFS Beſchreibung des Saltzwercks zu Halle, Halle 1670. 4.* Sic etiam prodiit *gründlicher Bericht von der Belager- und Einnehmung der Stadt Halle, item apologie von der anno 1630 geleiſteten Huldigung, 1630. 4.* Wettinenſis tractatus in eodem archiepiſcopatu ſitus eſt. Scripſit autem *CHRISTOPHORUS CELLARIUS*, junior, *de originibus & ſucceſſionibus Comitum Wettinenſium, Halæ 1697. 4.* qui erudito hoc tractatu in Comitum Wettinenſium originem inquirit, eorumque

ſucceſſiones vsque ad Friderici Bellicoſi tempora ducit.

§. X.

Cliuiæ hiſtoriam accuratisſime deſcripſit *WERNERUS TESCHENMACHERUS in Cliuia, Iulia, Montia, Rauensbergia antiqua & moderna, Arnhemii 1638. f.* Qui liber eſt rarisſimus, ſed plenam hiſtoriæ atque geographiæ deſcriptionem continet. *EGBERTI HOPPII kurtze Beſchreibung der Graven und Hertzogen von Cleven, Cliuiæ 1655. 8.* non ſolum ſitum & vrbes præcipuas deſcribit, ſed etiam genealogiam & ſucceſſionem exhibet, maxime etiam cauſſam ſucceſſionis Cliuenſis vltimæ pertractat. Anonymi *Stamm Buch der berühmten Grafen und Hertzogen zu Cleue* prodiit *Arnhemii 1679. f.* ſed præter imagines Principum nihil fere habet ſingulare. Alias habemus *des Fürſtlichen Geſchlechts und Hauſſes Iülich, Cleue, Berg und Marck Stamm-Regiſter, darinn derſelben regierenden Fürſten Ankunfft, Leben und Regierung, wie auch die Vereinigung gemeldter Fürſtenthümer kurtz und gründlich angezeiget wird, neben Genealogie und Contrafactur etlicher gemeldten Stamms, wie auch anderer prætendirenden Fürſtlichen Perſonen, Arnhem 1610. f.* *ADELARII ERICHII Gülichiſche Chronic* ſeptem libris abſoluta, ſed non in omnibus

adeo iuſta, prodiit *Lipſiæ 1611. f*, laudanda tamen eſt ob varias nobilium genealogias quas inſeruit. HERMANNUS EWICHIUS, *Veſaliam* deſcripſit, *Veſaliæ 1668. f.* IOANNES NICOLAUS SELLIUS *in Veſalia obſequente*, inaugurationem Friderici Guilielmi, Electoris Veſaliæ factam deſcribit, *Veſaliæ 1669 f. Duysburgum* tribus libellis verſibus elegiacis deſcripſit IOANNES IULIUS 1579. 8. *Embricam* vero EBERHARDUS WASSENBERGIUS, *Cliuis 1667. f.* LEWOLDI NORTHOF *Chronicon Comitum de Mark & Altena*, cum notis Meibomii prodiit *Hanouiæ 1613. f.*

§. XI.

In Pomeraniæ hiſtoria optime de patria promeritus eſt GEORGIUS VALENTINUS WINTHERUS *in Baltho Pomeranico*, ſ. *Rerum Pomeranicarum* libris IV, *Lugdun. 1620. f.* Horum primus continet deſcriptionem Pomeraniæ, a primis incolis. Alter Genealogiam & res geſtas Ducum Pomeraniæ a temporibus Caroli M. Tertius ſtatum ex Prælatis & nobilitate. Quartus ciuitates & earum priuilegia. Ad hiſtoriam Pomeranicam vere introducunt CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCHII *origines Pomeranicæ*, primum *Witteberga 1673. 4.* editæ atque in volumine Hiſtorico Politico extan

tant, quibus permittuntur ſcriptores de rebus Pomeranicis cum breui, ſed accurato iudicio. CHRISTOPHORUS HARTKNOCHIUS tractatui ſuo *de republica Polonica*, adiecit quoque diſſertationem *de originibus Pomeranicis, Lipſiæ 1678. 8.* ſed eiusdem momenti non eſt. GEORGII FRIDERICI SASSII diſputatio *de Pomerania* prodiit *Francofurti 1684. 4.* atque ad geographica potisſimum facit. NICOLAI MARESCHALLI *annales Herulorum & Vandalorum 1521.* editi, multum præ ſe ferunt induſtriæ. IOACHIMUS BALCKIUS *Pomeraniam* rythmis Germanicis deſcripſit *1608. 8.* VALENTINI EICHSTADII *res Pomeranicæ* ob inſerta monumenta publica laudem habent maximam, ANDREÆ HILDEBRANDI *genealogia Ducum Pomeraniæ* non contemnenda eſt, quæ prodiit *Stettini 1623. f.* cum qua conferenda WOLFGANGI IOBSTENS, *Geburths Linie der Fürſten und Hertzoge in Pommern, Francofurti 1573. 4.* Reliquis palmam præripit IOANNIS MICRÆLII *Pommeriſche Chronic, Stettini 1640. 4.* quo veterem atque recentiorem hiſtoriam deſcripſit, licet in definiendis gentium migrationibus atque antiquiori hiſtoria non adeo ſit accuratus: melius facit ad hiſtoriam recentiorem. Duplex eſt Chronicon DANIELIS CRAMERI. Al-

 terum

terum quod ſub titulo *groſſe Pommeriſche Chronic* prodiit 1602. 4. alterum eſt *Pommeriſche Kirchen-Chronic, Stettini 1628. f.* quo catalogum epiſcoporum Caminenſium potiſſimum nectit, atque in hiſtoria reformationis multa habet. *DAVID TIMÆUS* explicauit *die Wapen des Fürſtlichen Hauſſes Pommern, Soræ 1689. 4. PAULI FRIDEBORNII Beſchreibung der Stadt Stettin, mit dem Leben der Hertzoge, Stettini 1613. 4.* fere vniuerſam Pomeraniæ hiſtoriam continet, atque pleraque ex tabulis publicis & archiuis ſunt deſumta.

§. XII.

De Burggrauiatu Noribergenſi infra dicemus, vbi de rebus Noribergenſibus agimus: reſtat vt ſaltim dicamus de rebus Halberſtadienſibus atque Mindenſibus. *GVILIELMO BUDÆO* tribuitur *chronologia epiſcoporum Halberſtadtienſium* atque tractatus *von Leben und Thaten Hertzog Alberti zu Braunſchweig, des 20. Biſchoffs zu Halberſtadt, Halberſtadti 1624. 4*, qui liber eſt rariſſimus. Integrum *catalogum epiſcoporum Halberſtadtienſium* ab origine vsque ad annum 1558 nectit *MELCHIOR NEOFANIUS, Serueſtæ 1586. 4*, qui liber carmine heroico eſt ſcriptus, ſed non adeo magni momenti. Præcipue vero commendari mere-

meretur CASPARIS SAGITTARII *Hiſtoria Halberſtadienſis*, per ſingulos epiſcopos vsque ad tempora recentiora deducta atque edita *Ienæ 1675. 4.* Hic etiam *IOANNIS WINNIGSTADII & GEORGII TORQVATI annales & chronica Mſta* commendat, *HENRICI MEIBOMII* quoque carmen extat *de reformatione eccleſiæ in diœceſi Halberſtadienſi.*

§. XIII.

Ad Mindenſem hiſtoriam facit *Anonymi Chronicon epiſcoporum Mindenſium* ab anno 780 ad 1479, quod extat in Meibomii tomo primo rerum Germanicarum. Aliud *Chronicon epiſcoporum Mindenſium* extat in Tomo primo Piſtorii. Sic etiam inter opera Meibomiana extat *Chronicon Schauenburgenſe & Mindenſe.* Sed præſtat hiſce *IOANNIS CRUSII Chronicon Mindenſe, Mindæ 1675. 4.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIÆ BAVARICÆ ET PALATINÆ.

§. I. Scriptores qui ad geographiam Bauariæ faciunt. §. II. Scriptores hiſtoriæ Bauaricæ. §. III. Scriptores genealogici ducum & electorum Bauariæ. §. IV. Scriptores de nobilitate, ſanctis & vrbibus Bauariæ. §. V. Scriptores qui ad geographiam Palatinatus faciunt. § VI. Scriptores hiſtoriæ Palatinæ. §. VII. Scriptores qui particulares electorum & Comitum Palatinorum vitas & geſta deſcripſerunt.

§. I.

PRimas poſt Bohemiæ Regem in Electorum collegio partes gerit Bauariæ elector, qui cum domo Palatina communem ſtipitem habet, vt non incongruum videatur vtraſque iungere domus. In geographia

raphia primum occurrit PHILIPPHI APIA-
NI *Bauariæ deſcriptio geographica*, quæ in
Mercatoris Atlante habetur, & poſt hunc
MARTINI ZEILERI *topographia Bauariæ*,
cum appendice & figuris a MATTHÆO ME-
RIANO æri inciſis, *Francofurti 1644. f.* Sed
eiusdem errores in vrbium deſcriptionibus ſæ-
pius emendauit ANTONIVS GVILIELMUS
ERTELIUS *im Chur-Bayeriſchen Atlas, No-
rimbergæ 1687. 8.* qui ſingulis præſtat. IULIUS
REIHELT quoque *ſpecimen geographiæ Heral-
licæ* exhibuit *in circulo Bauarico, Argento-
rati 1676. 4.*

§. II.

Ad hiſtoriam primum facit IOANNES
POLITUS *de Boiorum origine, geſtis & Baua-
riæ præſtantia, Coloniæ 1583. 8.* Deinde ex
antiquioribus EVERHARDI ALTAHENSIS
annales Bauariæ, qui in tomo primo Caniſii
extant atque hiſtoriam deſcribunt ab anno
1272 vsque ad 1305 atque ANDREÆ PRES-
BYTERI *Chronicon de ducibus Bauariæ*, ab ori-
gine gentis vsque ad annum 1438 *a Leon-
hardo Bauholtzio* de Operchouen ad an-
num vsque 1485 poſtea continuatum, *Am-
bergæ 1602. 4.* atque in Schilteri collectione
rerum Germanicarum continetur. Hunc
quidem Liuium Boiorum adpellat Frehe-
rus, quod de fida ſcribendi ratione, non

vero de ſtylo, qui ſatis eſt incultus, intelligendum. Non autem hiſtoriam ſolum comprehendit, ſed etiam plurium monaſteriorum Bauariæ fundationes. *VITI ARENBECKII Chronicon Baioariæ.* Mſtum adhuc extat in Bibliotheca Vindobonenſi, ſed ab omnibus commendatur. *IOANNIS THURNMAIERI*, vulgo dicti *AVENTINI annales Boiorum*, ab origine vsque ad annum 1508 ſunt egregii. Prima horum editio facta fuit latina *Ingolſtadti 1554. f.* poſt recuſa *Baſileæ 1580. f. & 1615. f. NICOLAUS CISNERUS* inde, collato manuſcripto Auentini exemplari, auctius recudi fecit atque emendatius *Baſileæ 1627. f.* Eosdem poſtea ipſe Auentinus in germanicum ſermonem tranſtulit, editos *Francofurti 1566. f.* ſed emendatior eſt illa quæ *Nicolai Ciſneri* cura prodiit *Francofurti 1622. f.* cum aliæ editiones in multis caſtratæ. Non autem Bauariæ ſolum, ſed potius vniuerſalem Germaniæ hiſtoriam deſcribit, & magno vtitur iudicio, conquiſitis etiam accuratisſimis atque authenticis hiſtoriæ monumentis. Maxime vero ideo quoque eſt æſtimandus, quod vitia Pontificum & cleri multa fide aperuerit. Inter opera *IOANNIS TRITHEMII* reperitur *Chronicon ſucceſſionis Ducum Bauariæ & Comitum Palatinorum* ad Palatinum Comitem

item, Principem electorem, *Francofurti* *01. f.* Recentiores ſunt ANDREÆ BRUN-
IERI *annalium Tomi tres*, *Monachii 1636. 8*,
uibus omnem Boiorum hiſtoriam ab an-
o ante Chriſtum 600 vsque ad 1314 de-
ribit, atque ab ordine & facundia ſermo-
is eſt commendandus, vt merito inter
criptores rerum Boiicarum primus habea-
ır. Hiſce tamen adhuc potiores ſunt
IARCI VELSERI *rerum Boiicarum libri*, qui
rimum prodierunt *Auguſtæ Vindelicorum*
602. 4. poſt, inter alia eius opera *Noriber-*
e 1682. f. Germanice verſi *Auguſtæ Vinde-*
corum 1605. 4. Hic autem ob erutas an-
quitates laudem habet præcipuam. Ra-
ım & ſumtuoſum opus eſt IOANNIS
DLZREITERI, cuius *annalium partes III*
d annum 1652 vsque deductæ prodierunt
Ionachii 1662. f. Hoc opus ob rerum no-
tiam quam præbet, eſt laudatiſſimum,
iuerſo tamen iudicio atque ſtylo eſt ela-
oratum, idque ideo, vti Ludouici docet
x ore primarii apud Boios aulæ miniſtri,
ı Germania Principe p. 83 quod Adlzrei-
erus quædam tantum loca calamo ſuo ab-
olverit, plerisque ſecretarii ſui ſtylo com-
niſſis. Iurium alias Bauaricorum ſtrenuus
ſt adſertor. Recentiſſima eſt THOMÆ
BLANCÆ *Hiſtoire de Bauiere* ab origine vs-

que

que ad annum 1648 *Pariſiis 1680. 12.* quatuor tomis abſoluta, ſed non ab omnibus adprobatur.

§. III.

Ad hiſtoriam genealogicam Ducum & Electorum Bauariæ, præter ſupra iamdum memoratos faciunt MARQVARDUS FREHERUS *in Chronico de Principibus terræ Bauarorum, Ambergæ 1602. 4.* DOMINICI CUSTODIS *Duces Bauariæ*, æri inciſi cum commentariis, *Auguſtæ Vindelicorum 1605. f.* Germanico idiomate extat WOLFGANGI KILIANI *Geſchlecht-Regiſter der Hertzoge in Bayern mit ihren Bildnüſſen, Augſpurg 1632. f.* Acta *Synodi Bauaricæ ſub Taſſilone*, Bauariæ duce habitæ proſtant *Ingolſtadii 1600. 4.* Eiusdem *Taßilonis diploma monaſterii Cremsmünſter conceſſum cum notis Henrici Meibomii* extat *Helmſtadti 1660. 4.* PETRI WINHEMII habemus *Bauariæ Ducum, Alberti Erneſti, epiſcopi Friſingenſis, Guilielmi & Ferdinandi imagines atque inſignia, 1574. f.* De IOANNIS GEORGII HERWARTI ab HOHENBURG, ALBERTINI MUSSATI & NICOLAI BURGUNDI *Hiſtoria Ludouici Bauari* iam dictum fuit capite ſeptimo §. XXI.

§. IV.

Ad Nobilitatem Bauaricam facit WIGULEI HUNDI *Bayeriſcher Stamm-Baum von*

den

:n abgeſtorbenen Fürſten, Pfaltz, Marck, and- und Burggrafen, Grafen, Land und Frey-erren, auch anderen adelichen Thurnier Ge-blechten des Fürſtenthumbs in Beyern, Ingol-adt 1598. f, qui hac in parte omnino gregius eſt. De MATTHÆI RADERI *auariæ ſanctæ*, qua ſanctorum vitas deſcri-it, tomis tribus ſuperius iam dictum fuit.)e *Ingolſtadtienſis academiæ profeſſoribus* egit 'ALENTINUS ROTMARUS, *Ingolſtadti 1581.* :. Eandem academiam carmine illuſtra-uit VITUS IACOBÆUS, *Ingolſtadti 1561. 4.* n cauſſa Donavverdenſi, quæ ſub initium uperioris ſeculi agitata fuit, an executio :ontra illam vrbem recte demandata fue-it Maximiliano Bauaro, extant ſcripta quædam. Bauari primum edebant *Dona-verdiſche Relation, das iſt gründlicher Bericht und beſtändige Erzehlung, was ſich eine zeithe-ro bey der Stadt Donawerth zugetragen, 1610. 4.* Auctor ſcripti habetur WILHELMUS IO-CHERUS, conſiliarius Bauaricus. Huic Donavverdenſes poſtea oppoſuerunt *be-ſtändige Information iuris & facti, wie es mit den am Kayſerlichen Hof wieder des h. Reichs-Stadt Donawerdt ausgegangenen Proceſſen be-ſchaffen ſey, der Donawerdiſchen Relation ent-gegen geſetzt 1611. 4.* Huius ſcripti paren-tes creduntur SEBASTIANUS FABER, pro-

cancel-

cancellarius Würtenbergicus & LUDOVICUS MüLLERUS, *Cancellarius Oettingenſis.* Sed reſpondet Wilhelmus Iocherus *in nothwendiger Erinnerung, was bey der Donawerdiſchen Relation in acht zu nehmen ſey, Ingolſtadt 1613. 4. Chronicon monaſterii Andecenſis* germanico idiomate prodiit *Monachii 1685. 4. Chronicon monaſterii Reichersbergenſis* compoſuit CHRISTOPHORUS GEWOLDUS, *Monachii 1611. 4. Relatio de origine fundatione & proceſſu monaſterii Windberg in Bauaria* extat in tomo I Caniſii. Quæ vero cauſſam electoratus atque vicariatus inter Bauaros atque Palatinos controuerſi concernunt, pertractantur in Bibliotheca Iuridica, capite vndecimo §. IV.

§. V.

Ad Palatinatus geographiam facit MARTINI ZEILERI *topographia Palatinatus Rheni & vicinarum regionum, Francof. 1645. f.* Egregiæ ſunt MARQVARDI FREHERI *origines Palatinæ, Heidelbergæ 1599. f.* recuſæ *Heidelbergæ 1686. 4.* In hiſce præter gentis & dignitatis Palatinæ primordia, Heidelbergæ quoque & vicini tractus antiquitates atque geographia multa cura & eruditione exponuntur. Acceſſit appendix, qua continetur HUBERTI THOMÆ LEODII *commentatio de Palatinorum origine & Heidelbergæ*

rgæ antiquitatibus. Monumenta litterarum *itiqua, quibus Leodius adiutus fuerat, De* *eidelberga & Manheimio & vicino agro obſer-* *itio IOANNIS BASILII HEROLDI*, e *pro de* ſtationibus legionum in veteri *ermania* capite XII. Præmiſſa eſt *PE-* *RI PITHOEI obſeruatio de Comitibus Pala-* *nis tam Germaniæ, quam Galliæ. GEORGII* *ORNII de Palatinatu ſuperiore & electorati* *heni diſputatio* academica, *Lugduni Batauo-* *m 1649. 4.* extat quoque in repræſentatio- : S. R. I, *Noribergæ 1657.* Alias habemus *icilegium antiquitatum Palatinarum, von* *m genandten kleinen Franckreich, deſſen Vn-* *rmarckung des Rheinſtroms ſambt denen an* *r Franckreichiſchen Seyte des Rheins allermeiſt* *legenen Städten, 1632. 4. Heidelbergæ* vrbis bre- : *Chronicon* ab anno 1225 ad 1582 deſcripſit *IIBERTUS THOMAS LEODIUS*, ſub- :xum annalibus Palatinis, *Francofurti 1595.* *PAULI MELISSI commentatiunculum de* *eidelberga, originibus Palatinis* inſeruit Fre- rus. *Apographum Monumentorum Heidel-* *rgenſium* edidit *MELCHIOR ADAMI, Hei-* *lbergæ 1612. 4. IOANNIS HENRICI* *OTTINGERI* oratio extat *de academiæ* *eidelbergenſis origine, progreſſu & reſtauratio-* *, Heidelbergæ 1656. 4. GEORGII SOHNII* *atio de fundatione & conſeruatione academiæ*

Hei-

Heidelbergenſis Hanouiæ 1607. 4. *Relatio hiſtorica poſthuma, wie die Stadt und Schlos Heidelberg von Kayſerlichen und Bayeriſchen eingenommen worden, Franckfurt 1622. 4.* De *Greichgæa* ſingularem orationem in originibus Palatinis exhibet FREHERUS. SEBALDI FABRICII extat *Manhemium & Lutra Cæſarea, Heidelbergæ 1656. 4.* Præſtantisſimus eſt MARQVARDI FREHERI *de Lupoduno, antiquisſimo Alemanniæ oppido Commentariolus, Heidelbergæ 1618. f*, qui ob varia inſerta diplomata maxime eſt vtilis. GEORGII HELWICHII *antiquitates monaſterii Laurishamenſis, Francofurti 1631. 4.* IOANNIS TRITHEMII *chronicon cœnobii Spanheimenſis, diœceſeos Moguntinæ* ab anno 1124 ad 1526, quo tamen potius res in tota eccleſia & imperio memorabiliter geſtæ deſcribuntur. Atque aliud *Chronicon cœnobii Hirſaugienſis*: eius fundationem & progreſſum ab anno 830 ad 1370 deſcribens, quæ inter eius opera extant. Diligentisſimus vir eſt, ex multis monaſteriis egregiis codices fuit nactus, quorum ope adiutus.

§. VI.

In hiſtoria occurrit primum DANIELIS PAREI *hiſtoria Palatina*, in qua & Archipalatini & Boioariæ duces deſcribuntur, *Francofurti 1632. 12.* Breue quidem eſt compen-

endium ad annum 1630. vsque deductum, ed lectu non indignum, licet in rebus an- iquioribus non vbique completum. IO- ANNES TRITHEMIVS *in Chronico* ſuo auariæ Duces & Comites Palatinos deſcri- ſit. Germanice illud vertit *Philippus Er- eſtus Vœgelinus 1616. 4.* Hoc, licet in re- us antiquioribus non adeo ſit accuratum, d medii vero æui hiſtoriam facit egregie. 'ræterea PHILIPPVS LVDOVICVS HOF- MANNVS edidit *genealogiam der Pfaltz- Grafen beym Rhein. Francfurt 1649. f.* In Reuſneri opere genealogico extat PETRI .OTICHII *fragmentum de illuſtriſſimæ familiæ Palatinæ Principibus* & DAVIDIS RORARII *ulæum Principum Palatinorum & Ducum Ba- ariæ.* Recentior & egregia eſt CARO- I LUDOVICI TOLNERI *Hiſtoria Palati- a* a principio ad annum 1295, *Francofurti 700. f.* Multam induſtriam adhibuit au- tor, ita vt ſtemmata & genealogias Co- nitum Palatinorum potiſſimum emenda- et, & multa ex antiquis erueret, ita vt continuatio operis ad noſtra vsque tempora omnino ſit optanda.

§. VII.

Ad particularem hiſtoriam facit pri- num IOANNES TRITHEMIVS, qui *res eſtas* ſcripſit *Friderici Palatini*, electoris,

eius nominis primi, Victorioſi vulgo di-
cti, notis & additionibus variis illuſtratæ,
Heidelbergæ 1602. 4, atque hiſtoria eſt egre-
gia. *Vitam* atque *res geſtas Friderici II* Pa-
latini, indiuiduus eius comes, *HUBER-
TVS THOMAS LEODIVS* ſcripſit, *Fran-
cofurti 1665. 4*, quibus etiam veram Palati-
norum genealogiam explicauit. *Bellum
Pannonicum per Fridericum Palatinum contra
Solymannum* Turcarum tyrannum *geſtum*
ſcripſit *MELCHIOR SOITERUS*, in Schar-
dii tomo primo. *De vita & morte Ioannis
Caſimiri* extat oratio *QVIRINI REUTERI
Heidelbergæ 1592. 4. CASPAR ENS* ſcripſi
*de nuptiis Friderici Palatini & Eliſabethæ An-
glicanæ, 1613. 4. THEDORVS de BRI*
æri incidit *duos arcus triumphales*, quos Se-
natus Oppenheimenſis Friderico ex Anglia
reduci poſuit, *Oppenheimi 1613. 4. IOHNIUS
FORBESIUS* ſcripſit *genethliaca Friderici V*
comitis Palatini & Eliſabethæ, *Heidelbergæ
1614. 4. Lebens - Beſchreibung Friderici V
Caroli Ludouici und Caroli*, prodiit *Franco-
furti 1700. 12* Alias *IOANNIS FABRICI
Tage - Geſchichte nahmhaffter Sachen, ſo ſich in
Chur - Pfaltz von Tag zu Tag zugetragen Hei-
delberg 1613. 4. IOANNIS LUDOVIC
BEUTHERI Erzeblung wie das Fürſtenthum
Zweybrücken von 1410 bis 1610 regieret worden*
Franc

rancfurt 1650. 4. Haut ita pridem prodie-
unt *monumenta pietatis & litteraria virorum*
n re publica & litteraria illuſtrium, ſelecta,
rancofurti 1701. 4. Horum pars prior con-
net collectanea Palatina, quæ ad illu-
randam hiſtoriam eccleſiæ Palatinæ cum-
rimis faciunt. Poſterior eruditorum ſu-
erioribus duobus ſeculis celebrium epi-
olas nondum editas comprehendit, in
uibus memorabilia multa. Collector
bri eſt *MIEGIUS*, Marpurgenſis acade-
iæ Profeſſor, atque collegit ſaltim talia,
ıæ maxime ſunt memorabilia. Contine-
ır quidem hac collectione *FRIDERICI*
YLBURGII catalogus Mſtorum Græcorum
bliothecæ Heidelbergenſis. HENRICI AL-
INGII hiſtoriæ eccleſiæ Palatinæ atque variæ
piſtolæ, ex quibus hiſtoria Palatina egregie
oteſt illuſtrari.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ SAXONICÆ ET PROVINCIARUM.

§. I. Scriptores qui ad chorographiam Saxoni[æ] faciunt. §. II. Scriptores qui ad originem & antiquitates Saxoniæ faciunt. § III. Scriptores qui ſtemmata & genealogiam domus Saxonicæ illuſtrarunt. §. IV Scriptores hiſtoriæ Wittikindeæ. §. V Scriptores hiſtoriæ Hermanni Billing[i] §. VI. Scriptores vniuerſalis hiſtoriæ Saxonicæ. §. VII. Scriptores qui ad recentiorem Saxoniæ hiſtoriam faciunt. § VIII. Scriptores de Friderico Placid[o] huiusque filiis Erneſto & Alberto, propagatoribus domus Saxonicæ. §. IX. Scriptores hiſtoriæ Mauritii Electoris & ſucceſſorum. §. X. Scriptores hiſtoriæ Electorum & Ducum Saxoniæ lineæ Erneſti[næ]. XI. Scriptores de iuribus, inſignib[us] & numiſmatibus domus Saxonicæ. §. XI[I]

Scr

Scriptores de Geographia Miſniæ. §. *XIII. Scriptores de vrbe Dreſda.* §. *XIV. Scriptores de Lipſia vrbe.* §. *XV. Scriptores de Miſena, aliisque eiusdem diſtrictus vrbibus.* §. *XVI. Scriptores hiſtoriæ Citicenſis, Numburgenſis & Merſeburgenſis,* §. *XVII. Scriptores de Freiberga, vrbe.* §. *XVIII. Scriptores de vrbibus diſtrictus metalliferi.* §. *XIX. Scriptores qui ad chorographiam Thuringiæ faciunt.* §. *XX. Scriptores de Erfurto, Vinaria, Iena & Gotha.* §. *XXI. Scriptores hiſtoriæ Thuringiacæ.* §. *XXII. Scriptores Hiſtoriæ Landgrauiorum Thuringiæ.* §. *XXIII. Scriptores Hiſtoriæ Hennebergicæ.* §. *XXIV. Scriptores de Voigtlandia.* §. *XXV. Scriptores de Luſatia.*

§. I.

AD Chorographiam Saxoniæ cum prouinciis ſuis facit potiſſimum MARTINI ZEILERI *topographia Saxoniæ ſuperioris, Thuringiæ, Miſniæ & Luſatiæ, Francofurti 1650. f.* cum *Matthæi Meriani* figuris æneis. Laudandus eſt labor LAURENTII PECCENSTEINII, qui *Theatrum Saxonicum* germanice edidit *Ienæ 1607. f.* In eiusdem

 prima

prima parta illuſtrium ac nobilium vaſallorum ſtemmata, inſignia atque hiſtorias illuſtrat. Altera arcium, & tertia vrbium deſcriptionem habet. Multa ex archiuis habet, ſed pro inſtituti ratione in deſcribendis maxime nobilium familiis, ſæpe nimium breuis eſt. *ANDREAS HOPPENRODIUS genealogiam* ſcripſit *Principum & nobilium familiarum, quæ intra 1000. annos in Saxonia vixerunt, Argentorati 1570. f.*, Præcipua inter Saxoniæ vrbes eſt Witteberga, de qua *IOANNIS KERN* extat diſſertatio hiſtorica *de Witteberga, Witteberga 1671. 4. IOACHIMUS HAGEMAIERUS inſcriptiones Wittebergenſes* illuſtrauit, *Wittebergæ 1637. 4. ANDREAS SENNERTUS* quoque *Athenas, itemque inſcriptiones Wittebergenſes* dedit *Wittebergæ 1655. 4. BALTHASAR MENCIUS ſyntagma epitaphiorum ac rerum Wittebergenſium, Wittebergæ 1604. 8. WOLFGANGUS FRANTZIUS de reliquiis Sanctorum, Wittebergæ* egit, *Wittebergæ 1617. 4. IOANNIS MEISNERI* habemus *deſcriptionem eccleſiæ omnium Sanctorum Wittebergenſis Collegiatæ, de eius fundatione, iuribus, priuilegiis, ornatibus, Wittebergæ 1668. 4. GOTFRIDVS SVEVVS academiam Wittebergenſem* ab anno fundationis 1502 ad 1655 deſcripſit, *Wittebergæ 1656. 4. Acta iubilæi* nuper

et celebrati congeſta videmus in vnum volumen *Witteberga* 1704. *f.* De ſtatu Geographico prouinciarum infra ſuo loco quoque dicemus.

§. II.

Ad originem & antiquitates Saxonum præter illos, quos ſupra in antiquitatibus Germanicis iam adduximus, facit *Capitulare Caroli M. de partibus Saxoniæ*, quod non ſolum in Stephani Balutzii Capitularibus Regum Francorum, ſed etiam in SIMONIS PAULI *monumentis lectionis antiquæ* extat *Argentorati* 1664. 8. *De Saxonum, Cimbrorum, Anglorum, origine, nomine, priſcis ſedibus, lingua* egit HIERONYMUS CYPRÆUS, *Hafniæ* 1622. 4. Elegans eſt REINERI REINECII *commentatio de Saxonum originibus*, *Hanouiæ* 1612. 4. Commendanda quoque eſt CASPARIS SAGITTARII *hiſtoria Bardeuici*, in qua ſimul antiquum Saxoniæ ſtatum explicauit, *Ienæ* 1675. 4. HENRICUS MEIBOMIUS *de veteris Saxoniæ, finitimarumque regionum pagis* docte fuit commentatus *Helmſtadii* 1611. 4. atque inter opera eius. Eiusdem eſt commentarius *de Irmenſula Saxonica*, qui in tomo tertio operum reperitur, quo non ſolum varias hiſtoricorum de eadem opiniones, ſed etiam eiusdem hiſtoriam, cultum, de-

ſtructionem & ſolennia reliqua doctiſſime perſequitur. Aeſtimanda quoque eſt ERNESTI CASIMIRI WASSERBACHII diſſertatio *de ſtatua Arminii*, *Lemgoniæ 1698. 8*, qua ſatis conuenienter docet, ſub Irmenſula cultum fuiſſe diuinitus Arminium, locum, ſtructuram & cultum Irmenſulæ docte quoque explicans. Eruditiſſima eſt CONRADI SAMUELIS SBHURTZFLEISCHII *de antiqua Saxonum dignitate* diſſertatio, in qua non ſolum antiquum, populorum Saxoniæ ſtatum, ſed etiam quod fuerit apud eos regimen, exponit.

§. III.

Progredimur ad eos, qui ſtemma domus Saxonicæ illuſtrarunt. PETRUS ALBINUS quidem, cui multum debet hiſtoria Saxonica, ſcripſit *nouæ Saxonum hiſtoriæ progymnaſmata*, *Witteberga 1585. 8*. Hiſce autem de Saxonum origine, regibus & ducibus antiquis, religione, nobilitate atque ornamentis familiæ Wittikindeæ accurate diſſerit. Eiusdem eſt *Stamm-Buch des Hauſſes Sachſen, ſamt allen denen vornehmſten Geſchichten und Thaten, welcher Verzeichnüs neben eigentlichen Bildnüſſen, zum theil auf dem Churfürſtlichen Saal zwiſchen den Schloß und Rüſt-Kammer zu Dresden zu befinden.*

Hier-

ierzu ſind kommen Sächſiſche, Meißniſche nd Thüringiſche Provintz-Wapen, von der-lben Alter und Herkommen, auch ein Auszug us der Sächſiſchen Fürſten-Chronick bis 1602. ebſt einer continuatione *Matthæi Dreſſeri, ipſiæ 1602. 4.* atque non ſolum ad hiſto-am facit, & Ducum ſuccesſionem, quo-ım icones ſimul exhibet, ſed etiam artem leraldicam; licet in hac non ſemper ac-uratus. LAVRENTIVS PECKEN-TEINIVS *Wittikindeam familiam* com-endio hiſtorico illuſtratam germanice de-ripſit, *Ienæ 1597. f.* in quo omnes Prin-ipes, qui a Wittikindo ſtemma ducunt, reuiter recenſet. In eodem labore occu-atus fuit ELIAS REUSNERUS, cuius *emma Wittikindeum* prodiit *Ienæ 1598. f.* Sed ræſtant ſingulis GEORGII FABRICII *ori-ines ſtirpis Saxonicæ*, ex recognitione *Nicolai Reuſneri*, qui etiam imagines Principum axoniæ adiecit, *Ienæ 1598. f.* In hoc igi-ur opere hiſtoriam atque genealogiam ab origine vsque ad annum 1540. egregie dedu-ːit, licet in antiquioribus hiſtoriis eandem idem non habeat. Fabricium potisſimum ſequitur SIGISMUNDUS a BIRCKEN *im Sächſiſchen Helden-Saal*, quem vsque ad an-num 1670. deduxit, *Noribergæ 1677. 12.* qui etiam imagines electorum addidit.

 Mino-

Minoris momenti ſunt *IOANNIS WÆCHTERI Beſchreibung der Fürſtlichen Häuſer, wie dieſelbe innerhalb 300. Iahren im gantzen Römiſchen Reich aus Sachſen herkommen. DOMINICI CUSTODIS effigies atque deſcriptiones Ducum & electorum Saxoniæ, Auguſtæ Vindelicorum 1601. f. LAVRENTII FAVSTI Stamm-Baum aller Hertzoge, Chur und Fürſten zu Sachſen, Dresden 1588. 4. BALTHASARIS MENCII Stamm-Buch von Urſprung der Chur- und Fürſtlichen Häuſer Sachſen, Brandenburg, Anhalt und Lüneburg, Wittenberg 1598. 8. IOANNIS HERTVICII arbor Saxonica, Dresden 1657. 8. Abbildung des Chur-Fürſtlichen Hauſſes Sachſen, und deſſelben Grad, Linien und Fürſtlichen Perſonen, ſo bis noch durch Gottes Gnade ſelbigen löblich fürſtehen, aufgeſetzt durch D. B. L. 1643. 4. IOANN HENRICH HAGELGANSEN Sächſiſcher Helden und Heldinnen Baum, d. i. wahre Abbildung des Chur- und Fürſtlichen Hauſſes Sachſen, Coburg 1646. 8. ISRAELIS CLAUDERI ſtemma Saxonicum, Coburgi 1683. 8. ADAM REMPS genealogia des Chur- und Fürſtlichen Hauſſes Sachſen, Iena 1594. f. PHILIBERTUS* vero *LINGONIUS in arbore Saxoniæ & Sabaudiæ Principum gentilitia, Auguſtæ Taurinorum 1581. f,* edita, communem cum

cum Saxonibus ſtirpem habere Sabaudos demonſtrare voluit.

§. IV.

In hiſtoria domus Saxonicæ primus occurrit Princeps, Wittekindus Magnus, cuius hiſtoriam multi percenſuerunt. REINERUS REINECCIUS *epiſtolas duas* ſcripſit *de Wittekindo magno*, cum appendice de Angriuaria, Angaria & Wittekindi monumento, *Helmſtadti 1583. f.* IOANNIS IUSTI WINCKELMANNI *diſſertatio de Wittekindo* extat in notitia Hiſtorico-politica veteris Saxo-Weſtphaliæ, *Oldenburgi 1664. f.* Sic etiam habemus IOANNIS HENRICI BOECLERI diſſertationem *de Wittekindo*, *Argentorati 1671. 4.* & IACOBI ANDREÆ CRUSII *Wittekindum M. Mindæ 1679. f.* Elegantisſima vero eſt diſſertatio CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCHII *de Wittekindo M*, quæ inter opera eius hiſtorico-politica diſſertationem XLVI facit, qua ex veris hiſtoriarum monumentis comprobat, Wittekindum nec Regem Saxonum, nec ducem eorum fuiſſe hæreditarium. De *ſtatura Wittekindi* diſſertatio ERNESTI CASIMIRI WASSERBACHII, extat cum eiusdem tractatu de Irmenſula.

§. V.

§. V.

Ad hiſtoriam Hermanni Billingi, a quo altera Saxoniæ familia originem habet faciunt HENRICI MEIBOMII *vindiciæ Billinganæ, ſeu demonſtratio euidens, Hermannum Billingium primum ab Ottone M. Imp. Saxoniæ Borealis inſtitutum Ducem, non equeſtris ordinis hominem, nedum pauperis agricolæ filium, ſed ex illuſtri generoſaque familia Saxoniæ fuiſſe oriundum.* Eiusdem eſt *demonſtratio Saxoniam etiam ante Hermannum Billingium ſuos habuiſſe Duces:* vtraque ſcripta in tomo tertio Meibomii continentur.

§. VI.

Ab antiquis iſtis familiæ Saxonicæ fundatoribus pergimus ad illos, qui omnem hiſtoriam ab antiquo tempore vsque ad noſtrum æuum deſcripſerunt. Antiquiſſimus ſcriptor hiſtoriæ Saxonicæ eſt BEDA *in hiſtoria eccleſiaſtica gentis Anglo-Saxonicæ,* de quo inter Rerum Anglicarum Scriptores iamdum egimus. Secutus illum fuit WITTECHINDUS *tribus annalium libris,* quos cum notis *Henrici Meibomii* habemus *Francofurti 1621. f.* quibus hiſtoria Imperatorum Saxonicorum continetur. ALBERTVS CRANTZIVS Saxoniam deſcripſit, cuius editio optima eſt, quæ *Francofurti 1621. f.* prodiit apud Wæchelios. Hac non ſolum

um originem Saxonum deſcribit, ſed etiam eorum expeditiones. Verum licet non contemnendus ſit, nec tamen vbique accuratus. Bibliothecas monaſteriorum perquiſiuit, harumque Chronica expilauit, atque integras ſæpe paginas in ſua Chronica retulit, ſed non ſemper cum iudicio. Eiusdem eſt *Metropolis*, ſiue *hiſtoria eccleſiaſtica*, *Francofurti 1590. f.* qua de primis religionis Chriſtianæ in Saxonia initiis, deque eius epiſcopis & horum vita, moribus, ſtudiis & factis agit. Continuauit Crantzium DAVID CHYTRÆVS, cuius *Chronicon Saxoniæ* ab anno 1500 ad 1593 prodiit *Lipſiæ 1597. f.* poſtea auctius *Lipſiæ 1528. f.* CYRIACI SPANGENBERGS *Sächſiſche Chronica*, *Francofurti 1595. f.* Hæc primum ſub titulo *Chronici Mansfeldici* prodiit, ſed omnem Saxoniæ hiſtoriam vsque ad annum 1571 abſoluit, atque multa narrat ſingularia; labitur tamen in genealogia & chronologia antiqua, & coniecturis ſuis ſæpe nimium indulget. GEORGII SPALATINI *Chronicon Saxonicum* Henrici Brunſuicenſis iniuriis oppoſitum apud Hortlederum continetur, breue eſt, ſed magnæ auctoritatis. *Saxoniam* carminice deſcripſit TIDERICVS LANGEN qui in Meibomii tomo primo extat.

§. VII.

§. VII.

Alii recentiorem Saxoniæ hiſtoriam ſcripſerunt. Tales ſunt *BALTHASARIS MENCII hiſtorica narratio de Septem electoribus Saxoniæ, & vno Proelectore, qui academiam Wittebergenſem condiderunt, fundarunt & priuilegiis dicarunt, Witteberga 1611. 8. IOANNIS GEORGII WILCKENS* extat *Sächſiſcher Nepos, Lipſiæ 1682. 8.* Scriptum eſt pro gymnaſiis, quibus imitationes ad Cornelium Nepotem ex hiſtoria Saxonica petitas propoſuit. Præcipuos hiſtoriæ Saxonicæ duces recenſet; eosdem tamen ſine ordine. Elegans eſt *GREGORII LETI hiſtoria Saxonica*, quæ italice ſcripta eſt *Amſtelodomi 1688. 4.* In hac omnem hiſtoriam a prima origine vsque ad noſtra tempora deduxit, bellum Smalcaldicum præſertim, aulam electoralem eiusque miniſtros, Dresdamque vrbem ſatis prolixe deſcribit. Egregiam operam ſuſcepit *IOANNES SEBASTIANUS MULLERUS*, cuius habemus *des Chur- und Fürſtlichen Hauſſes Sachſen Annales von anno 1400. bis 1700, Vinariæ editos 1700. f.* Non vulgaria narrat auctor, ſed Principum natalia, coniugia, dies emortuales, pacta, fœdera, teſtamenta, ſolennia atque id generis alia, eademque accuratisſime ex authen-

.enticis monumentis archiui Vinarienſis
:ſumta. *CASPAR SAGITTARIVS*, vt
uneri ſuo Hiſtorici Saxonici, quod ge-
bat, ſatisfaceret, ſcripſit *compendium Hi-
oriæ Saxonicæ*, ſucceſſionem ab Alberto
rſo vsque ad noſtra tempora breuiter
plicans. Huius licet potiores paginæ
mdum impreſſæ, ad finem tamen perdu-
tum non eſt, & ſingulari fato fuit ſup-
reſſum.

§. VIII.

Originem ſuam hodierna Saxoniæ do-
nus habet ex feliciſſimo Friderici Placidi,
axoniæ electoris cum Margaretha Auſtria-
a matrimonio, ex qua non ipſa ſolum
ropagata, ſed etiam Brandenburgica, Brun-
icenſis, Haſſiaca, Lauenburgica & Hol-
atica, immo hodierna ſtirps Cæſarea cum
egiis Hiſpaniæ, Portugalliæ, Daniæ & Sue-
iæ. Demonſtrauit hæc non ſolum, ſed
tiam verum Margarethæ diem emortua-
em enodauit, atque plagium Kauffungia-
ium aſſeruit *WILHELMUS ERNESTUS
TENZELIUS in Frauen Margarethen, Chur-
Fürſtin zu Sachſen, gebohrner Ertz-Hertzogin
zu Oeſterreich wahrhafftigen Todes-Tag, Gothæ
1700. 12.* Idem *plagium in principibus Erneſto
& Alberto commiſſum* deſcripſit in ſcripto
germanico *CASPAR EBERHARDI, Alten-
burgi*

burgi 1609. 4. De eodem habemus *CONRADI OBERNDORFII* orationem *de abductis ex arce Altenburgenſi duobus Principibus, Witteberga 1575. 8.* & *DANIELIS CRAMERI plagium, ſ. comœdiam de Erneſto & Alberto Ducibus, aſtu ſurreptis: Stettini.* Ab his autem binæ familiæ Erneſtinæ atque Albertinæ originem trahunt. Hæc hodierna eſt electoralis, cuius fundator eſt Albertus, qui à rebus geſtis dictus animoſus. Huius vitam & geſta eleganter deſcripſit *MICHAEL BOIEMVS*, quam doctisſimis animaduerſionibus illuſtrauit *Conradus Samuel Schurtzfleiſchius, Witteberga 1676. 4*, atque inter opera eiusdem Hiſtorico-Politica.

§. IX.

Mauritius ex hac familia fuit elector, cuius *vitam* ſcripſit *SIMON STENIUS* in tomo tertio Freheri. Germanice extat *Beyder Helden und Chur-Fürſten zu Sachſen, Hertzog Mauritz und Hertzog Chriſtian Leben und Thaten, Zerbſt 1594. 4.* In Schardii tomo ſecundo extat *Inueſtitura regalium dignitatis electoralis nonnullorumque aliorum dominiorum Mauritii, Ducis Saxoniæ anno 1548. facta. IOACHIMI CAMERARII orationes decem de Mauritio electore, Lipſiæ 1569. 8. CORNELII CRULLII vindiciæ Mauritianæ,*

ſeu

ſeu diſcurſus hiſtorico-politici de iuſtitia belli Mauritii, Lipſiæ 1631. 4. *IOANNIS FRIDERICI a BRAND vindiciæ Mauritianæ*, oppoſitæ Bodino de expeditione Mauritii electoris anno 1552, *Ienæ* 1617. 4. *THOMÆ WINTERI hiſtoria pugnæ infelicis inter Mauritium & Albertum Marchionem*, Mauritii mortem continens & ſepulturam, in Schardii tomo ſecundo. *De pugna memorabili inter Mauritium, Ducem Saxoniæ, Electorem & Albertum Marchionem Brandenburgicum, ad pagum Siuershuſen in ditione Lüneburgenſi commiſſa, Lipſiæ* 1585. 4. *IACOBI STRASBURGI de beata migratione ex hac vita Mauritii electoris Saxoniæ*, 1564. 8. *BARTHOLOMÆI HEIDERICHII oratio anniuerſaria de Mauritio electore, Lipſiæ* 1573. 8. *IOANNIS ALBINI oratio in memoriam Mauritii electoris, Lipſiæ* 1572. 4. Ad *hiſtoriam Auguſti* facit *BARTHOLOMÆI CLAMORINI* libellus *von Leben und Abſterben Chur-Fürſt Auguſti. MICHAELIS HASLOBII Auguſtus*, ſ. in honorem magni illius Saxoniæ Ducis, Auguſti, *Francofurti* 1578. 8. *MATTHÆI DRESSERI* extat oratio funebris *de Chriſtiano I, Lipſiæ* 1592. 4. *PAULI IENNISII narratio de vita, geſtis & obitu Chriſtiani II, Lipſiæ* 1612. 4. *IOANNIS FRIDERICI FRANCI oratio de Chriſtiano II, Lipſiæ* 1611.

4. Ad *hiſtoriam Iohannis Georgii I* facit CASPAR BERTRAMS *kleines Chur-Sæchſiſches Iohann Georgen Chronicon, d. i. ein kurzer Auszug derienigen denckwürdigen Geſchichten, ſo in denen nechſtverfloſſenen 71 Iahren, bey Lebzeiten Iohannis Georgii I ſich zugetragen.* MATTHÆI LUNGWITZII habemus *admiranda diuina Saxonica, ſ. opera eccleſiaſtica & politica, quibus Deus Ioannem Georgium, electorem exornauit, Lipſiæ 1652. 4.* AUGUSTUS BUCHNERUS eidem electori *orationem funebrem* dixit *Wittebergæ 1567. f. Hiſtoriæ Ioannis Georgii II* inſeruit GABRIEL TSCHIMMERS *Chur- und Fürſtliche Sæchſiſche Zuſammenkunfft Ioannis Georgii II und ſeiner Herrn Brüder zu Dresden, 1678 nebſt deſſen Erlauterungen, Nürnberg 1680. f.* Deſcribuntur hoc libro omnia ſolennia quæ in illuſtri hoc conuentu fuere celebrata, horumque explicationes cum copioſis figuris æri inciſis. GEORGIUS CASPAR KIRCHMAIERUS *in natalem Iohannis Georgii IV* panegyricum ſcripſit *Wittebergæ 1669. f.*

§. X.

In Erneſtina linea primum occurrunt IOANNIS ROSINI *exempla pietatis illuſtris ſ. vitæ trium electorum Saxoniæ, Friderici III Sapientis, Iohannis Conſtantis, & Iohannis Fride-*

derici Magnanimi, Ienæ 1602. 4. De Ioan-
Friderico vero, præter Scriptores belli
alcaldici, quos in hiſtoria Caroli V. adlega-
nus, occurrit IOANNIS FORSTERI tra-
tus *von der Gefängnis und Erledigung H.*
ann Friedrichs. Eiusdemque *Ioann Fri-*
icidos libri, Lipſiæ 1602. 8. THOMÆ
YLERI *Leben Hertzog Iohann Friedrichs,*
ſiæ 1602. 8. Sed præferenda omnibus
IOANNIS FRIDERICI, Superinten-
tis nunc in diœceſi Tautenburgica,
ici mei ſingularis, docta diſſertatio, quam
ſide CASPARE SAGITTARIO, in hac
demia exhibuit *1678. 4.* In Altenbur-
iſi familia occurrit Fridericus Wilhel-
s, electoratus adminiſtrator, in cuius
rtem prodierunt *Iuſta Saxonica* IOAN-
S TECCII, *Ienæ 1602. 4.* GOTTFRIED
GFRIED MEGANDER ſcripſit *Ge-*
lecht Regiſter H. Chriſtians zu Sachſen, Al-
burgi 1655. f. Genealogia quidem eſt
ticularis Chriſtiani, Friderici Wilhelmi
primogeniti, ex qua tamen cognationes
nus Saxonicæ cum Regibus haut male
cuntur. Ex Vinarienſi linea *Ioannis Er-*
i, dicti Iunioris *Itinerarium in Galliam,*
gliam & Hiberniam deſcripſit IOANNES
ILHELMUS NEUMAYER, *Lipſiæ 1620. 4.*
sdem frater natu minor, erat Frideri-

cus, dictus Senior, de quo habemus FR
DERICI HORTLEDERI *ſupremos honor*
quibus Principis ſui, pii, probi, perbeneſi
litterati, gnaui, fortis, inclyti, ſed nu
demum felicis atque fortunati, Domi
Friderici Senioris, Ducis Saxoniæ, fun
mœſtus & infelix comitabatur. Hiſtoria
& geſta Bernhardi M, præter Scripto
belli Germanici deſcripſit MATTHÆ
LUNGWITIUS in tractatu Germanico *von*
Bernhards HeldenThaten. IOANNES FREIN
HEMIUS *im Teutſchen Tugend-Spiegel o*
Geſang von den Stamm und Thaten des al
und Teutſchen Hercules, & præcipue GEO
GIUS ENGELSIUS *vom Weimariſchen Feldz.*
Francfurt 1648. 8. IOANNES HENRICU
FRIESEN *panegyricum Heroi* ſcripſit, *Fran*
furti 1634. 4. IOANNES CHRISTIAN
LINCK ſchediaſmate academico *Bernh*
dum delineauit, *Ienæ 1672. 4.* In Gotha
linea Princeps omnium præconio dig
eſt *Erneſtus* Pius. Vitam Principis mul
cura deſcripſit ELIAS MARTINUS EYRI
GIUS, *Lipſiæ 1704. 8.* Singularia præſer
ſunt, quæ circa gloſſas Bibliorum Erne
ſtinorum animaduertit, vbi ſingulos lib
ſacri Codicis examinat, atque auct
gloſſarum indicat. Acceſſit eiusdem
ſert.

tatio de ortu & progreſſu religionis chri-
ınæ in Francia Orientali.

§. XI.

De ſingulari Electorum Saxoniæ eminentia ipſit *CASPAR ZIEGLERUS*, *Witteberga* 3. 4. *BENEDICTI CARPZOVII* habe-us diſſertationem *de iure ac priuilegio E-lorum & Ducum Saxoniæ de non appellando*, *pſiæ 1645.* 4. Eiusdem diſſertationem *de ēto confraternitatis Saxo-Haſſiacæ, Lipſiæ 1647.* *Inſignia Saxonica* verbis Fecialium enun-ta, Commentario hiſtorico illuſtrauit *HILIPPUS IACOBUS SPENERUS*, *Franco-rti 1668.* 4. poſtea præmiſſa parti ſpeciali tis Heraldicæ. *BERNHARDI ZECHS* ve- habemus *euolutionem inſignium Friderici, ucis Saxoniæ*. *WILHELMUS ERNESTUS ENTZELIUS* plurimum in Saxonia numis-atica fuit occupatus, in qua inſignem peram præſtitit. Primum eſt eiusdem ſcri-um *von Sächſiſchen Beylagers Medaillen*, nu-iis Sereniſſimi Ducis Gothani occaſionem æbentibus, *Gothæ 1696. f.* Inde prodie-int alia *von denen auf Kirchweihen gepräg-n Sächſiſchen Medaillen*, *Gothæ 1697. f.* na-li Sereniſſimi Ducis Gothani. *Medaillen der hur-Fürſtinnen und Fürſtinnen von Sachſen.* Jatali Sereniſſimæ Duciſſæ Gothanæ, *Go-hæ 1697. f. Sächſiſche Geburths-Tags Medail-*

 len,

len, natali Sereniſſimi Ducis Regentis Vinarienſis Wilhelmi Erneſti, *Gothæ 1697. f.* Poſt hæc prodierunt *Medaillen ſo auf Geburt und Tauffe Sächſiſcher Printzen geſchlagen.* In natalem filii primogeniti Sereniſſimi Ducis Gothani, *Ienæ 1699. f. Sächſiſche Huldigungs-Medaillen*, occaſionem præbente Homagio Iſenacenſi & Ienenſi, *Ienæ 1699. f. Sächſiſche Kriegs- und Friedens Medaillen, Ienæ 1699. f. Sæchſiſche auf Ritter-Orden und Ritter-Spiele geſchlagene Medaillen*, Sereniſſimo Duci Weiſſenfelſenſi homagium a Longoſaliſſanis aſſumenti dicatum, *Ienæ 1699. f. Sæchſiſche Begräbnüs Medaillen*, in obitum Sereniſſimi Ducis Saxo-Coburgici, Alberti. Iſta ſeparatim antea edita, coniunctim poſtea ſub *Saxoniæ Numiſmaticæ* titulo prodierunt *Ienæ 1700. f.*

§. XII.

Prima Saxonicorum prouincia conſideranda eſt Miſnia, ex qua omnes hodierni Electores atque Duces originem trahunt. Separatim non habemus qui chorographiam generalem tractarunt, ſed eandem cum hiſtoria ſimul coniunxerunt. Præcipuus inter hoſce eſt PETRUS ALBINUS, cuius *Meiſniſche Land- und Berg-Chronica, Dresdæ 1689. f.*, reliquis omnibus merito palmam præripit. Prior quidem pars deſcri-

deſcriptionem geographicam & hiſtoricam; altera vero Metallurgica continet. Idem Albinus in Catalogo, Chronico ſuo ſubiuncto promiſit quoque *Meiſniſche Fürſten-Chronica, Meiſniſche Wappen-Chronica, Meiſniſche Stiffts Chronica, Meiſniſche Adel-Chronica, Meiſniſche Stadt-Chronica, Meiſniſche Tag-Chronica, Meiſniſche Iahr-Chronica, Meiſniſche Sprach-Chronica*, quæ tamen adhuc in Mstis latent, digna alias vt edantur. WOLFGANGUS KRAUSIUS quoque ſcripſit *Meiſniſche Chronica, nebſt Michael Beuthers Bericht, wovon die Marggraffen von Meiſſen herkommen, Lipſiæ 1576. 4*, quæ tamen cum iudicio ſunt legenda. GEORGIO FABRICIO debemus *rerum Miſnicarum* libros ſeptem, qui ſeparatim editi *Lipſiæ 1660. 4*, alias cum eiusdem originibus Saxonicis extant. In his non ſolum de origine Miſenorum agit, ſed etiam hiſtoriam Marchionum Miſniæ complectitur, & annales vrbis Miſenæ compoſuit. Auctuarii loco accesſit REINERI REINECCII tractatus in latinum translatus *de Miſenorum origine, rebus geſtis, mutationibus variis, dominationibus & aduentu eorundem in Germaniam*. Accesſit quoque SUFFRIDI *Chronicon Miſnenſe*. Breuis quidem ſed erudita eſt CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCHII *de Marchia Miſnenſi*

 differ-

diſſertatio, quæ inter opera eius XXV eſt. IOANNES CONRADUS KNAUTHIUS edidit *Einleitung zu des Marggravthumbs Meißen Landes und Geſchicht-Beſchreibung, Dresdæ 1692. 12.* Prodromus tantum eſt maioris operis, in quo omnia quæ ad geographiam, naturalia, hiſtoriam, chronologiam & politica faciunt, comprehendere voluit.

§. XIII.

Princeps vrbium Miſniæ eſt Dresda, quam deſcribit TOBIAS SIMON in oratione *de Dresda*, munitisſima & aula electorali celebratisſima, *Dresdæ 1622. 4.* TOBIAS BEUTEL *im Chur-Sächſiſchen Cedern-Wald* cimeliarchium deſcribit, *Dresden 1671. 12.* Præſtat vero ANTONII WECKEN *Beſchreibung und Vorſtellung der Churfürſtlichen Sächſiſchen Reſidentz und Haupt-Veſtung Dresden, Nürnberg 1679. f.* quo ſcripto non ſolum deſcriptio, ſed etiam hiſtoria vrbis continetur. Alias huc quoque facit GABRIEL TSCHIMMERS *Durchlauchtige Zuſammenkunfft & DAVIDIS OTTONIS SCHURERI Chronicon Dresdenſe*, quod in Msto adhuc latet.

§. XIV.

A commerciis ſuis nobilis eſt vrbs Lipſienſis. TOBIAS HEIDENREICH quidem germa-

germanico ſermone ſcripſit *Chronicon Lipſienſe, Lipſiæ 1635. 4.* Annorum ordinem ſeruat, & quæ ſingulis notabilia fuerint, narrat, ſed neceſſariis deſtitutus fuit adminiculis. Hoc poſtea CHRISTOPHORUS LICHTNERUS vsque ad annum 1672 continuauit. Poſt hunc, ZACHARIAS SCHNEIDERUS *Chronicon Lipſienſe* ſcripſit germanico idiomate *Lipſiæ 1655. 4.* quo non ſolum ſitus atque origo vrbis, ſed etiam academia, ſtatus eccleſiaſticus, hiſtoria & politia egregie deſcribitur. Eo magis autem æſtimandum eſt, quod auctor archiuis & monumentis authenticis fuit vſus. DAVIDIS PEIFFERI *Chronicon Lipſienſe* diutius in Msto latuit, haut ita pridem, curante Adamo Rechenbergio fuit editum *Martisburgi 1689. 8.* Quatuor libris abſoluitur, quorum primus Lipſiam natam, alter Lipſiam religioſam, tertius Lipſiam togatam, quartus Lipſiam armatam continet, atque a fide & induſtria laudatur, & quantum ad antiquitates & origines, præcipuus eſt. Tanti momenti non ſunt ANDREÆ GOLDMEYERS *hiſtoriſche, Aſtronomiſche und Aſtrologiſche Beſcreibung der Stadt Leipzig, Nürnberg 1644. 4.* SALOMONIS STEPNERI *inſcriptiones Lipſienſes* locorum publicorum, academicorum pariter ac Senatoriorum

 me-

memorabiles, *Lipſiæ 1675. 4.* IOANNIS FRIDERICI FRANCI oratio *de origine, incrementis & fortuna academiæ Lipſienſis, Lipſiæ 1609. 4.* IEREMIÆ WEBERI *Lipſia euangelica, oder Hiſtoriſche Relation wie Leipzig 1539. zur Lutheriſchen Religion kommen, Lipſiæ 1639. 12.* PETRI MOSELLANI *epiſtola de colloquio Lipſienſi Lutheri cum Eccio, Ienæ 1618. 12.*

§. XV.

De *Miſena* vrbe præter FABRICII *Annales* habemus *Zeit- und Geſchicht-Büchlein der Chur-Fürſtlichen Stadt Meißen, Dresden 1588. 4.* SEBASTIANI ARTOMEDIS *Auszug der Biſchöffe zu Meißen.* HIERONYMI EMSERI tractatum *de vita & miraculis Bennonis, Lipſiæ 1512. 4.* Epiſcopatus Miſnenſis oppidum eſt Mügeln, de quo IOANNES FIEDLERUS ſcripſit *Mügliſche Ehr- und Gedächtnüsſeule, Freybergæ 1652. 4.* Præterea extant VALENTINI LOSSII *Chronicon Lommatienſe, Dresdæ 1629. 4.* BERNHARDI RUPRECHTS *Biſchoffwerdiſches Stadt-Wapen, Dresden 1655. 4.* IOANNES SCHORIUS *gymnaſium Grimmenſe* deſcripſit cum catalogo præceptorum, œconomorum & diſcipulorum, *Lipſiæ 1672. 4.* PETRI ALBINI habemus *genealogiam Comitum Leiſnicenſium, 1587. 8.*

§. XVI.

Chronicon Citicenſe PAULI LANGII in tomo ſecundo Piſtorii extat. Numburgenſem epiſcopatum illuſtrauit CASPARIS SAGITTARII *hiſtoria Eccardi II*, Marchionis Miſniæ & translationis ſedis epiſcopalis, Ciza Numburgam, *Ienæ 1680. 4.* Hanc inſecuta eſt *Hiſtoria epiſcoporum Numburgenſium* a prima epiſcopatus origine ad præſentem ſtatum repetita, *Ienæ 1683. 4*, quæ, vti omnia eiusdem alia, multa induſtria ſunt elaborata. IUSTINI PERTUCHII eſt *Chronicon Portenſe*, duobus libris diſtinctum, quorum prior continet veteris Portæ fundationem, translationem, abbates, indulgentias, fraternitates, renouationem & repurgationem: poſterior nouæ Portæ poſt repurgatam doctrinam, ſtatum & formam, cum Præceptoribus, œconomis & diſcipulis, *Lipſiæ 1612. 4.* Merſeburgenſem hiſtoriam illuſtrauit ERNESTUS BROTUFFIUS in *Chronico* ſuo *Merſeburgenſi*, quod germanice ſcripſit, adiecto catalogo epiſcoporum atque adminiſtrorum Martisburgenſium, *Lipſiæ 1606. f.* Haut ita pridem prodiit IOANNIS VULPII *Fürtrefflichkeit der Stadt Merſeburg*, *Quedlinburg 1700. 4.* Sed in rebus antiquioribus ſæpius vacillat.

Idem

Idem *VULPIUS vrbem Weiſenfelſenſem de-ſcripſit, Leucopetræ 1674. 4.*

§. XVII.

In diſtrictu Miſniæ metallifero primaria vrbs eſt Freyberga. Scripſit de eadem vrbe *IOANNES BOCERUS, Lipſiæ 1577. 8*, cum auctario *Vlrici Groſſii* & *MICHAEL HEMPELIUS de ſtatu Reip. Freybergenſis* anni 1588, *Lipſiæ 1581. 8.* Sed præſtat ſingulis *ANDREAS MÖLLERUS im theatro Friedburgenſi*, quo omnia complectitur, *Freybergæ 1653. 4.* Hic etiam Chronica Msta adlegat. *LAURENTII FLEISCHERS geſchriebene Annales aus einem Thüringiſchen Chronico, darbey viele Geſchichten, ſo ſich zu Freyberg bis mit dem Iahr 1575 begeben, gedacht wird. IACOBI FRANCKENBERGERS Annales ab anno 1533. bis 1561. WILHELMI HIRSCHVOGELS kurtze Freybergiſche Annales ab anno 1552. bis 1580.* Eiusdem *Schrifftliche Verzeichnüs der Freybergiſchen Kirchen- und Schuldiener, welche vom Anfang der Reformation bis 1583. im Ambte geweſen. IOANNIS KRöNERS Schrifftliche Verzeichnüs etlicher Freybergiſcher Grabſchrifften und Geſchichten von anno 1567. bis 1624. GEORGII AGRICOLÆ* habemus *enumerationem omnium Principum, Marchionum, Landgrauiorum, domus Saxonicæ, ſub quibus Freyberga fuit, Lipſiæ*

pſiæ 1611. 4. MICHAELIS HEMPELII *Beſchreibung der Churfürſtlichen Sächſiſchen Begräbnüs-Capell, Freybergæ 1619. 4.* & præcipue DAVIDIS SCHIRMERI *conditorium Saxonicum*, quo mauſolea Electorum Saxoniæ deſcribuntur *Freybergæ 1619. 4.*

§. XVIII.

Alias vrbes metalliferi diſtrictus præter Albinum ab aliis habemus deſcriptas. CHRISTIANI MELZERI extat *Beſchreibung der Churfürſtlichen Sächſiſchen Bergſtadt Schneeberg, 1684. 4.* PAULI IENNISII *hiſtoria Annæbergæ, Dresdæ 1605. 4.* IOANNIS RIVII *deſcriptio Mariæbergi, Lipſiæ 1541. 4.* ACHILLIS GRASSERI *annales de vetuſtate originis, amœnitate ſitus, ſplendore ædificiorum ac rebus geſtis ciuium reipublicæ Auguſtiburgenſis, Hanouiæ 1593. f.* Ad hiſtoriam Zuickauienſem facit LAURENTII WILHELMI *Deſcriptio vrbis Cygneæ*, germanice facta & edita *Zwickauiæ 1633. 4.* Sed præſtant TOBIÆ SCHMIDTENS *Chronica Cygnea, Zvvickauiæ 1656, 4.* Sic etiam BENEDICTI EDELBECKS habemus *Beſchreibung des Zvvickauiſchen Armbruſt Schieſſens anno 1573. Dresden 1574. 8.*

§. XIX.

In Thuringenſi hiſtoria plura occurrunt Chronica, quæ vel Geographiam vel Hiſto-

Hiſtoriam continent. Utrumque continetur *in denen merckwürdigen und auserleſenen Geſchichten von der berühmten Landgrafſchafft Thüringen, 1685. 4.* Auctor eſt PFEFFERKORNIUS, Superintendens Tonnenſis, atque magna cura non antiquitates ſolum, ſed etiam recentiora, & quæ maxime notabilia Landgrauiatus Thuringiaci deſcribit. Reperimus autem in hoc ſcripto ſitum & naturalia, mores incolarum, politiam, commercia, Dominos, horum geſta, Comites, nobiles atque alia ſingulari induſtria deſcripta, *quæ tamen non ab omnibus adprobantur.* Haut ita pridem prodiit IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *Rerum Thuringicarum ſyntagma, Francofurti 1704. 4.* Continentur in eodem deſcriptiones plerarumque vrbium Thuringicarum, quas pro ordine alphabetico digeſſit, inter quas vtramque paginam faciunt illæ, quas antea ſeparatim ediderat ANDREAS TOPPIUS, ad quas hinc inde varias adnotationes adiecit rerum patriarum ſtudioſis, quod etiam pluribus tomis continuare promiſit Olearius. IOANNES BINHARTUS, quoque *Chronicon* ſuum a nato Chriſto vsque ad annum 1613 deductum & *Lipſiæ 1619. 4.* editum deſcriptione vrbium incipit. In hiſtoria tamen

tamen & chronologia, vbi Riuandrum potiſſimum ſequitur, ſæpius errat.

§. XX.

Speciatim vrbes quasdam Thuringiæ alii deſcripſerunt. Hiſtoriam Erffurtenſem quidem deſcripſit *IOANNES HUNDORPIUS* in *encomio Erffurtino, d. i. Beſchreibung aller denckwürdigen Stücke der Stadt Erffurt, mit einem Catalogo Conſulum von 1500 bis 1650, item Rectorum & Profeſſorum Gymnaſii, Erffurti 1651. 4.* Sic etiam extant *IOANNIS REHEFELDII dubia de primis Erffordienſis Academiæ Natalibus, indubia vero de iisdem documenta cum nonnullis Rectorum, tum Doctorum ibidem creatorum indiculis, Erffurti 1634. IOANNIS HARPRECHTI Halcyonium Euangelico-Erphordiacum, ſ. Euangeliſche veſte Burg und beſchütztes Wæchterhaus, ſo nechſt Göttlicher Hülffe von Kayſern, Churfürſten und E. Hochw. Rath in Erfurt bis 1662. in ſaluo erhalten, von der Reformation an des ſel. Herrn Lutheri cum ſyllabo Imperatorum, Electorum Moguntinorum, Saxonicorum, Conſulum Quatuoruirorum, Paſtorum &c. bis 1692. Erffurti 1662. 4.* Præſtat vero *IOANNIS MAURITII GUDENI hiſtoria Erfurtenſis ab V. C. vsque ad ſua tempora libris IV deſcripta, Duderſtadti 1675. 8,* licet in rebus antiquioribus non ſemper fidem mereatur, ideoque notata a Sagittario. De

Vina-

Vinaria, dulci mihi patria, egit CASPAR BONIFACIUS, *Ienæ 1598. 4.* Chronicon Iſenacenſe Chriſtiani Franciſci Paullini ſupra iamdum laudauimus. De Iena optime promeritus fuit ADRIANUS BEIERUS, cuius primum prodiit *Syllabus Rectorum & Profeſſorum Ienæ in ſtudio Generali. Iudicum in Iudicio Prouinciali. Ordinariorum in Facultate Iuridica. Paſtorum & Diaconorum in templo, Ienæ 1659. 12.* Germanice poſtea prodiit Eiusdem *Geographus Ienenſis Ienæ 1672. 8*, quo ſitum vrbis, originem, pagos, vicos & arces circumiacentes, fluuios, fontes, montes, valles, agros, hortos & vineta deſcribit. Secutus eſt Eiusdem *architectus Ienenſis, Ienæ 1675. 8*, ex quo notitiam omnium ædificiorum publicorum, murorum, fororum, templorum, aliorumque cum induſtria haurimus. Promiſit quoque *Magiſtratum Ienenſem, Eccleſiaſten Ienenſem, Plantatorem vniuerſitatis Ienenſis Rectorem vniuerſitatis Ienenſis, Profeſſorem vniuerſitatis Ienenſis, Promotorem vniuerſitatis Ienenſis, Chronicon Ienenſe. Calendarium ſeu Diarium Ienenſe*, atque *Athenas Salanas* VI Tomis diſtinctas, quæ elaborata potiſſimam partem reperiuntur adhuc in Bibliotheca filii primogeniti, Adriani Beyeri, antecesſoris in hac academia meritisſimi. Go

than

thana vrbs cum arce deſcribitur a IEREMIA WITTICHIO *in Geographia metrica Gothæ*, Grimmenſteinæ, hodie Friedenſteinæ, vrbis & arcis Thuringiæ illuſtris, *Erfurti 1661. f.* HUBERTI LANGUETI *hiſtoria captæ vrbis Gothæ*, prodiit *Gothæ 1568. 4.* atque in Schardii tomo quarto extat. Laudanda præ cæteris eſt induſtria CASPARIS SAGITTARII, cuius *Hiſtoria Gothana plenior*, cum ſupplementis WILHELMI ERNESTI TENTZELII prodiit, *Ienæ 1700. 4.* Ediderat quidem Sagittarius *memorabilia hiſtoriæ Gothanæ*, *Ienæ 1688. 8.* quæ plenius poſtea illuſtrare adgreſſus fuit, initium imprimendi propriis ſumtibus faciens, ſed fato præuentus non abſoluit. Academia noſtra ex aſſe hæres, rem commiſit Tentzelio, vt opus suppleret, & pro lubitu continuaret. Hic etiam ex ſchedis Sagittarianis non ſolum cœptum opus abſoluit, ſed etiam bina addidit ſupplementa. Primum continet CONRADI MUTIANI Rufi, Canonici quondam Gothani, ac inter primos litterarum reſtauratores celeberrimi, *epiſtolas* plerumque ineditas, *carmina & elogia*, *Ienæ 1701. 4.* Secundum *de vario arcis vrbisque ſtatu ab origine vsque ad noſtra tempora*, multis diplomatibus figurisque æneis diſtinctum, nec pau-

ca conferens ad totius Germaniæ, Thuringiæ præſertim, Miſniæque omnigenam Hiſtoriam illuſtrandam, *Ienæ 1701. 4.* Plura adhuc ſupplementa promiſit, in quibus complecti voluit hiſtoriam obſidionis anno 1567 peractæ, & ab Huberto Langueto deſcriptæ, cum figuris æneis. Ioannis Dinckelii orationem in laudem Cyriaci Lindemanni, Rectoris ſcholæ Gothanæ, cum præfatione & mantiſſa de claris Gothanis. Vitam Gothardi, vrbis in papatu Patroni ex Actis Sanctorum cum animaduerſionibus neceſſariis, quæ tamen adhuc expectamus.

§. XXI.

De origine Thuringorum prodiit IOANNIS IUSTI WINCKELMANNI *gründlicher Bericht und Bevveis von Vrſprung und Anfang der Thüringer, Bremen 1694. 8.* Hos autem a Doriis, Græciæ populis deducit atque varias migrationes explicat. In ipſa hiſtoria, præter Spangenbergium atque alios, qui ſimul eandem Saxonicæ iunxerunt, habemus MARCI WAGNERI *Thüringer Königreichs, das vor und nach Chriſti Geburt in pagos eingetheilet gevveſen, gegründeten Auszug, Ienæ 1593. 4.* Laudanda eſt auctoris induſtria, qui perquiſitis bibliothecis, ad hoc ſcriptum variis monumentis

vſus

vſus fuit, neque tamen in antiquitatibus vbique certum adhibuit iudicium. Alias proſtat *ZACHARIÆ RIVANDRI Thuringiſche Chronic von Vrſprung und Herkommen der Thüringer, auch aller vornehmſten Geſchichten und Thaten, ſo ſich bis auf unſre Zeit begeben ad annum 1567, 1596. 8. IOANN BANGENS Thüringiſche Chronic, Mühlhauſen 1699. 4. IOANN BECHERERS Thüringiſche Chronic, Francofurti 1621. 4. FRIDERICI SCHMIDTS Thüringiſche Chronica von der Welt Anfang bis auf dieſe Zeit, Mühlhauſen 1599. 4.* Sed iſta omnia plena ſunt errorum, nec in hiſtoria nec in chronologia accurata. *IOANNES IXENSCHMIDIUS Hiſtoricam Thuringiæ* dedit deſcriptionem, in qua de gentis origine, regno, comitibus & Landgrauiis, vsque ad Henricum VI, quo ad Vlmam ſagitta traiecto Thuringia ab Haſſià auulſa ad Marchiones Miſniæ eſt deuoluta, deque inclytæ vrbis Erfordienſis exordio & incremento breuiter tractatur, *Erfurti 1597. 4.* Præcipue vero æſtimandi hac in parte veniunt labores *CASPARIS SAGITTARII*, verſatisſimi & maxime induſtrii antiquitatum patriarum indagatoris. Primum prodiit eiusdem *epiſtola de antiquo ſtatu Thuringiæ ſub indigenis, Francorum, Germaniaque Regi-*

bus, vt & Ducibus, Comitibus, Marchionibus vsque ad ortum Landgrauiorum, ad Ioannem Schilterum, Inæ 1675. 4. qua etiam in multis Gudeni hiſtoriæ Erffurtenſi contradicit. Sed cum hæc erudita quidem eſſet, ſed breuis, plenius hæc deduxit *in antiquitatibus Regni Thuringici, Inæ 1685. 4.* germanicè editis, quibus omnem Thuringorum hiſtoriam, ſtatumque qui fuit ſub Regibus, eruditisſime explicat. Acceſſit PETRI ALBINI, *Hiſtoriæ Thuringorum nouæ ſpecimen*, quod ille primus ex Msto protulit. Secutæ ſunt eiusdem *antiquitates Gentiliſmi & Chriſtaniſmi Thuringici, Ienæ 1685. 4.* quibus potisſimum de Bonifacio, primus epiſcopatibus & conuerſione Thuringorum agit, quam longe ante Bonifacium factam demonſtrat. Sequuntur *antiquitates Ducatu Thuringici, Ienæ 1688. 4.* Quibus ex hiſtoriis probat, poſt interitum regni Thuringici exortos fuiſſe Duces, ſtatum regiminis ſub Imperatoribus Francicis, diuiſionem in pagos & centenas exponit, & quæ ſunt ſimilia alia. Hæc igitur Scripta in antiquiori Thuringiæ hiſtoria maximum momentum præbent, cum non ex editi ſolum ſua congeſſerit, ſed ex authentici monumentis & variis chronicis Mstis, qu ſtupenda fere induſtria hinc inde conqu

ſiui

ſuit. Plura viri celeberrimi ad eandem Hiſtoriam adhuc extant Manuſcripta. *Antiquitates Landgrauiatus Thuringici* ab anno 1130 vsque ad 1247. *Antiquitates Marchionatus Thuringici* ab anno 912 vsque ad 1125, & ſimul de fundatione monaſterii S. Pauli Cellenſis huiusque Abbatibus. *Antiquitates Comitatus Thuringici* ab anno 1023, vbi vita Ludouici Barbati vsque ad 1055. *Vita Ludouici filii*, vsque ad 1114. *Hiſtoria cœnobii Reinhardsbornenſis* ab anno 1080 vsque ad 1521. *Hiſtoria cœnobii Oldislebenſis*, ab anno 1089 vsque ad 1519. *Abſonderliche Abhandlung der Thüringiſchen Graven und Herrſchafften*, quæ ex teſtamento b. viri cum aliis eiusdem manuſcriptis adſeruantur in bibliotheca Venerabilis Abbatis, Ioannis Andreæ Schmidtii, digna omnino quæ lucem adſpiciant publicam.

§. XXII.

Ad hiſtoriam Landgrauiorum editi ſunt *Hiſtoria Erphesfordienſis* anonymi ſcriptoris *de Landgrauiis Thuringiæ* apud Piſtorium. *Breuior notatio de vita, nuptiis, liberis & obitu veterum Landgrauiorum Thuringiæ*, ex vetuſtisſimo libro deſcripta. *Genealogia omnium, qui vnquam fuerunt Thuringiæ & Haſſiæ Landgrauiorum.* Sic etiam prodierunt *Bildnüſſe und Grabſchrifften der Grafen und*

Landgrafen, auch Gräfin und Landgräfin von Thüringen, ſo viel derſelben auf Grabſteinen im Cloſter Reinhardsbronn zu ſehen, Weimar 1624. Vitam Eliſabethæ, Andreæ, Vngariæ Regis filiæ, ſed Ludouico Pio, Landgrauio nuptæ deſcripſit THEODORICUS de THURINGIA, quæ in Tomo quinto Caniſii extat. Eandem ſimul latino idiomate, quo ſcripta eſt, & germanico in quod translata, adſeruat Bibliotheca noſtra in Manuſcripto. Huius *Eliſabethæ miracula* gallico idiomate explicauit ARCHANGE, *Pariſiis 1692. 8. Chronica Friderici*, Landgrauii deſcripſit IOANNES GERSON, *Noribergæ 1646. 4* quo bellum illud quod cum Adolpho Naſſouico geſſit, deſcribitur. *De cataclyſmo Thuringico* ANDREAS PULEIUS, *Ienæ 1603. 4.* & GEORGIUS GÖTZIUS, *Ienæ 1670. 4.*

§. XXIII.

Principatum & Hiſtoriam Hennebergicam deſcripſit CYRIACUS SPANGENBERG *in Chronico Hennebergico*, quod germanice proſtat *Argentorati 1599. f.* WOLFGANGI MOLLERI habemus *orationem de vita & rebus geſtis Bertoldi*, cognomento ſapientis, primo in Principis locum ab Henrico Lüceburgico euecti, *Smalcaldiæ 1584. 8.* Edidit haut ita pridem CHRISTIA-

STIANUS IUNCKERUS *Proiect von Einrichtung der Hennebergiſchen Hiſtorie*, 1702. f. In hiſce pagellis de propoſito ſuo teſtatur, quod cœpit, plenam Principatus Hennebergici hiſtoriam abſoluendi. In eo iam totus eſt Clariſſimus Auctor, vt conquiſitis vndique monumentis authenticis, eandem omnibus numeris perfectam reddat, dipplomatibus & nummis illuſtret, vt certe multa de hoc opere nobis poſſimus promittere. G. P. H, edidit *Sachſen-Coburgiſche hiſtoriam in 2. Büchern*, *Coburg.* 1700. 4. *Poligraphiam* ſiue deſcriptionem vrbis *Meinungenſis* dedit IOANNES SEBASTIANUS GUTHE, *Gothæ* 1676. 4.

§. XXIV.

De Voigtlandia habemus CHRISTOPHORI PHILIPPI a WALDENFELS monumentum hiſtoricum *de maioribus noſtris & Voigtlandis Mariſcis*, 1662. 2. *De terra Aduocatorum* EHRENFRIED DüRR, *Ienæ* 1675. 4. Sed præcipuus eſt IOANNES GEORGIUS PERTSCHIUS *de origine Voigtlandiæ, Bonſidelenſium, Wonſidelæ* 1668. 8.

§. XXV.

Luſatiæ prouincia hodie Albertinæ lineæ propria eſt. CASPAR PEVCERUS ſcripſit *Idyllium patriæ ſuæ*, quo deſcribit

 hiſto-

hiſtoriam Hexapoleos Luſatiæ Superioris, *Budisſinæ 1603. 4.* CASPARIS SAGITTARII *hiſtoria Luſatica, Ienæ 1675. 4.* & CONRADI SAMVELIS SCHURTZFLEISCHII *diſſertatio de Luſatia, Wittebergæ 1676. 4.* In eadem commendat etiam Chriſtophori Manlii rerum Luſaticarum libros ſeptem, quos dignos iudicat expoliri cum cura, & perfici plane atque abſolui, ſed ob varia auctoris fata ſuppreſſos eſſe addit. Prodierunt aliquot ante annos IOANNIS HüBNERI *Geographiſche Fragen*, contra has MARTINUS GRüNWALDUS, tecto tamen nomine ſcripſit *Richtige Beſchreibung der beyden Marggrafthümer Ober- und Nieder-Lauſitz, von denen häuffigen Irrthümern, welche der Auctor Anonymus in ſeinen Geographiſchen Fragen begangen hat, geſaubert, Görlitz 1698. 8.* Contra hoc ſcriptum Hübnerus dedit *Gründliche Vertheidigung der Geographiſchen Fragen, Leipzig 1698. 8. Beſchreibung der Stadt Görlitz*, prodiit *Dresdæ 1641. 4.* poſtea inſerta Topographiæ Zeileri. Posſidet bibliotheca publica inſignem codicem diplomaticum monaſterii Dobrilucenſis qui comprehendit varias donationes, immunitates & priuilegia, quæ monaſterio fuere conceſſa ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus atque nobilibus, quibus multa

noti-

notitia rerum Saxonicarum & Thuringicarum, quantum ad geographiam, genealogiam, titulos & inſignia hauritur.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ BRUNSVICENSIS ET LUNEBURGENSIS.

§. I. Scriptores qui ad geographiam & genealogiam domus Brunſuicenſis & Lüneburgenſis faciunt. §. II. Scriptores qui ad antiquam hiſtoriam faciunt. §. III. Scriptores hiſtoriæ Henrici Leonis & Ducum aliorum. §. IV. Scriptores Hiſtoriæ electoratus Hanouerani. §. V. Scriptores hiſtoriæ Lüneburgicæ. §. VI. Scriptores hiſtoriæ vrbis Brunſuicenſis, eiusdemque ditionis.

§. I.

IN Topographia Brunſuicenſi primum occurrit MARTINI ZEILERI *topographia Brunſuicenſis & Lüneburgenſis*, cum figuris Meriani, *Francofurti 1653. f.* In hiſtoria primo loco memorari meretur HENRICI MEIBOMII *introductio ad Saxoniæ, inferioris inprimis, hiſtoriam* ab vltimis temporibus vsque ad 1700. Occupatus potiſſimum eſt, in rebus medii æui Karolingicis & Henrici Leonis, & communes chronicorum fabulas confutat. Ad origines faciunt IOANNIS BAPTISTÆ PIGNÆ *de Principibus Ateſtinis libri VIII, Ferrariæ 1585. 4. & 1596. f.* quos in germanicum ſermonem tranſtulit *Tiburtius Dreyfelder, Moguntiæ 1580. f.* Rarus eſt liber, in quo origo domus Lüneburgicæ ex principibus Ateſtinis deducitur, ſed in Italorum rebus accuratior eſt auctor, quam Germanorum. ADRIANUS GEBULA *in vvunderbarlichen Vrſprung der Guelphen, 1550. 12.* nil niſi fabulas habet de XII gemellis Comitis Aldorfini. CASPAR SAGITTARIUS *origines Ducum Brunſuicenſium & hiſtoriam* vsque ad annum 1235. *Ienæ 1684. 4.* multa cura deſcripſit. IOANNIS

NIS IUSTI WINCKELMANNI *Stamm- und Regenten-Baum der Hertzoge von Braunſchvveig 1675. f.* prodiit, ſed labore non adeo accurato. SIGISMUNDI *von* BIRCKEN *Guelfis oder Niederſächſiſcher Lorber-Hayn* prodiit *Noribergæ 1669. 12.* Sed potius monumentum eſt honori domus Guelficæ dicatum, quam vt Principum genealogia accuratius explicetur. GOTTFRIED SIEGFRIED MEGANDER edidit *Hoch-Fürſtlichen gedoppelten Luſt-Spiegel, in vvelchen vorgeſtellet vvird die Hoch-Fürſtliche Ankunfft, die Hoch-Fürſtliche Blut-Freundſchafft, Gotha 1656. 4.* Alias *kurtze Erklährung des Hiſtoriſchen der alten Teutſchen Sächſiſchen Könige und Fürſten, und daraus entſproſſenen Fürſtlichen Braunſchvveig-Lüneburgiſchen Stamm-Baums, Oſnabrug 1674. f.* Sic etiam GVILIELMVS MECHOVIVS ſcripſit *Laurum Guelphicam, Lüneburgi 1675. f.* MICHAEL GERINGERVS *genealogiam Ducum Brunſuicenſium & Lüneburgenſium, lineæ Cellenſis, Cellæ 1630. f.* Ex ingenio genealogiam fingit IACOBUS BLATGERSTEN *im Stamm-Baum der Hertzoge von Braunſchvveig.*

§. II.

Ad antiquam Ducatus Brunſuicenſis hiſtoriam in multis faciunt ſcripta Meibomiana, quæ inter opera eiusdem prodierunt

runt. IOACHIMUS IOANNES MADERUS *antiquitates Brunſuicenſes* ſcripſit *Helmſtadii 1661. 4.* Plures in hiſce continentur tractatus. *Chronicon* quidem *auctoris anonymi*, ſed vetuſti. THEODORI ENGELHUSII *genealogia Ducum Brunſuicenſium, illorum, qui Einbeck, Oſteroda, Duderſtadt, Hameln cum attinentiis poſſederunt* atque varia diplomata & monachorum quorundam narrationes domus Lüneburgicæ & Saxoniæ atque eccleſiæ antiquitates continentes. Non minime æſtimanda ſunt HENRICI BüNTINGII *Braunſchvveigiſche und Lüneburgiſche Chronica*, ab origine vsque ad annum 1586 deducta, & per Henricum Meibomium continuata vsque ad 1620, *Magdeburgi 1620. f.* Præcipue vero magno labore in ſcribenda Brunſuicenſi atque Lüneburgenſi hiſtoria ab aliquot retro annis occupatus fuit IOANNES IACOBUS LEIBNüTZIUS, de quo opere ob prudentiam illuſtris viri, rerum patriarum exactam notitiam, inſpectionem archiuorum, atque reliqua quæ ipſi ſunt adminicula, omnia nobis promittimus.

§. III.

De Henrici Leonis poſtremis rebus geſtis, beatoque diſceſſu commentatus fuit GERARDVS STEDERBURGENSIS, ad quem notas ſcri-

ſcripſit *Henricus Meibomius, Helmſtadti 1669. 4.* atque inter opera Meibomiana. De eodem extat diſſertatio CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCHII, *Witteb. 1675. 4.* Ad hiſtoriam Henrici Iunioris facit ANDRONICI *aurea Bulla, data Henrici Mirabilis filio, Alberti M. nepoti* regiones Orientis perluſtranti annos CCC cum notis *Henrici Meibomii.* In hiſtoria Henrici Iunioris, qui ex hiſtoria reformationis notus eſt, plura occurrunt ſcripta apud Hortlederum. In Schardii Tomo ſecundo extat *Commemoratio ſuccincta cauſſarum belli a Smalcaldicis contra Henricum Brunſuicenſem anno 1542. ſuſcepti,* cum hiſtoriola, quomodo Ducatu exutus, & tandem a Smalcaldici fœderis ſociis captus ſit. Sapientiſſimus Princeps erat Auguſtus, de quo habemus IOACHIMI HILDEBRANDI *Auguſta Cæſaris Octauiani Auguſti & Ducis Auguſti Brunſucenſis & Lüneburgenſis, Helmſtadti 1662. 4.* quibus ex vtraque hiſtoria parallela ducit. HERMANNVS CONRINGIVS non ſolum in tractatu erudito *de bibliotheca Auguſta, Helmſtadti 1661. 4.* edita, ſed etiam in *epiſtola gratulatoria ad Auguſtum, Lüneburgi 1661. 4.* Auguſti laudes prædicat. MARTINVS GOSKIVS *in arboreto Auguſti Principis, Guelferbyti 1658. f.* vitam eiusdem per figuras & emblemata explicat.

§. IV.

§. IV.

Ad hiſtoriam electoratus Hanouerani illuſtrandam facit controuerſia, quæ de officio archiuexilliferi cum domo Würtenbergica fuit agitata. Potiora hanc ad rem momenta congesſit *CASSANDER THVCELIVS in electis Iuris publici curioſis*, *Francofurti 1694. 4.* Hanoueranæ ditionis eſt Hamelenſis vrbs. *SAMVEL ERICHIVS in exodo Hamelenſi* eundem adſeruerat *Hanouiæ 1661. 8* Contradicit tamen illi *MARTINUS SCHOOCKIUS de fabula Hamelenſi, Gröningæ 1660. 8.* & *THEODORVS KIRCHMAIERVS de inauſpicato egreſſu Hamelenſium, Witteberga 1671. 4.* *IOANNES LETZNERVS* ſcripſit *Einbeckiſche und Dasſeliſche Chronica, d. i. hiſtoriſche Beſchreibung der uhralten Grafen und Herrn zu Daſſel, derſelben Graf- und Herrſchafften betreffend, Erfurt 1596. f.*

§. V.

In Lüneburgenſi hiſtoria occupatus potisſimum fuit Lüneburgenſis ciuis, ſed profeſſor huius academiæ meritisſimus, *CASPAR SAGITTARIVS*, cuius primum *memorabilia hiſtoriæ Lüneburgicæ* prodierunt, quæ poſtea adauxit magis atque ad annum 1598 vsque deduxit, ſed latet adhuc in manuſcripto. *CONRAD von HOEVELEN*

LEN edidit *der Stadt Lüneburg Vortrefflichkeit, Lubecæ 1668. 8.* Eidem Sagittario debemus quoque *origines & incrementa Sultziæ Lüneburgenſis, Ienæ 1675. 4.*

§. VI.

Brunſuicenſis vrbis hiſtoria atque iuriſdictio patet ex ſcriptis variis quæ vel a parte Ducum vel a parte vrbis fuerunt publicata, cum vrbs olim ſubiectionem Ducibus denegaret. *ANDREAS KNICHEN* quidem *in encyclopædia, Brunouici Imperii & iurisdictionis, nec non ingenitæ hæreditariæ atque omnigenæ ſubiectionis Ciuitatis Brunouigæ, Hanouiæ 1608. 4.* vrbem eſſe municipalem contendit. Eadem demonſtrare voluit *FRANCISCVS ALGERUS im kurtzen extract von Erbauung der Stadt Braunſchvveig, und daß dieſelbe der Hertzogen zu Lüneburg Erb- und Land- Stadt gevveſen, 1605. 4.* Knichenio vero reſpondit in nomine Reipublicæ Brunouicenſis IOANNES DAVTH *in der kurtzen Abfertigung, Brunſuici 1698. 4.* Reſpondit Knichenius *in epopſi Dauthinæ hypotheſeos & velitatione apologetica contra iura territorialia liberarum Imperii ciuitatum, Helmſtadti 1607. 4.* Præcipue vero iura Ducum in vrbem probantur *im ausführlichen hiſtoriſchen Bericht Braunſchvveigiſcher Händel, tribus tomis 1607. f.* quibus omnia

ſcri-

ſcripta hinc inde agitata congeſta, documenta adducta atque ſimilia. De obſidione prima vrbis Brunſuicenſis agitur *im Bericht von Braunſchweig, wie der Hertzog die Belagerung angefangen, auch was ſich darbey denckwürdig zugetragen, Hamburg 1615. 4. & Braunſchweigiſche Kriegshandlung, Francfurt 1616. 4.* Inde quoque prodiit *kurtze, iedoch gründliche Beſchreibung der Stadt Braunſchweig, deren Erbauung, Gelegenheit, denckwürdigſten Sachen, ſo darinnen zu ſehen, ſamt unterſchiedlich ausgeſtandenen Belagerungen, inſonderheit aber des eigentlichen Verlauffs der in Monath Iunio geſchehenen Vbergab an das Hochfürſtliche Haus Braunſchvveig, Francfurt 1671. 4.* Brunſuicenſis ditionis eſt Helmſtadtum, vrbs academia nobilis. Eruditæ ſunt HERMANNI CONRINGII *coniecturæ de antiquisſimo ſtatu Helmſtadti, Helmſtadti 1665. 4.* HENRICI MEIBOMII binæ orationes, altera *de origine Helmſtadti*, altera *de academia Iuliæ primordiis* & incrementis extant inter Opera eius. Sic etiam prodiit *Hiſtorica narratio de introductione vniuerſitatis Iuliæ, & promulgatione priuilegiorum Maximiliani II, Helmſtadti 1579. 4.* & *Iubileum, ſ. Hiſtoria Feſti ſecularis anno 1676. celebrati, Helmſtadti 1678. f. Walckenriedenſe Chronicon* deſcripſit HENRICUS ECKSTORMIUS, cum catalogo abbatum, qui ab anno

no Chriſti MCXVII continua ſerie Monaſterio Walckenriedæ hucusque præfuerunt, *Helmſtadti 1617. 4.* Hoc chronicon ob inſerta varia diplomata & documenta publica vtilitatem habet maximam.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIÆ PRINCIPUM GERMANIÆ.

§. 9. Scriptores hiſtoriæ Ducum Megapolitanorum. §. II. Scriptores hiſtoriæ vrbis Roſtochienſis §. III. Scriptores de Ducatu Würtenbergico. §. IV. Scriptores hiſtoriæ Würtenbergicæ. §. V. Scriptores de Landgrauiatu Haſſiaco. §. VI. Scriptores hiſtoriæ Haſſiacæ. §. VII. Scriptores hiſtoriæ Badenſis. §. VIII. Scriptores de Holſatia. §. IX. Scriptores de antiquitatibus Cimbricis. §. X Scriptores hiſtoriæ Holſaticæ. §. XI. Scriptores de ducatu Sleſuicenſi & vrbium §. XII. Scriptores hiſtoriæ Saxo-Lauenburgicæ. §. XIII. Scriptores hiſtoriæ Prin-

cipum Anhaltinorum. §. *XIV. Scriptores hiſtoriæ Principum Hohenzolleranorum.* §. *XV. Scriptores Genealogiæ Naſſouicæ.* §. *XVI. Scriptores hiſtoriæ Arauſionenſis.* §. *XVII. Scriptores hiſtoriæ Principum Fürſtenbergiorum & Lichtenſteinianorum.* §. *XVIII. Scriptores hiſtoriæ Lotharingicæ.*

§. I.

IN Ducum Germaniæ Hiſtoria Domum Saxonicam, Palatinam, Brandenburgicam atque Lüneburgenſem ſuperius iam recenſuimus. Præter hoſce Megapolitani Duces occurrunt. Ad ſtatum antiquiorem non parum confert *ALBERTI KRANTZII Vandalia, Francofurti 1613. f.* Ad eandem, vrbium præcipue Mecklenburgicarum hiſtoriam egregie facit *CONRADUS SAMUEL SCHURTZFLEISCHIUS* in diſſertatione *de rebus Mecklenburgicis*, quæ *Wittebergæ* prodiit *1677. 4.* atque alias inter eius opera extat. *CASPAR CALOVIUS Chronica* ſcripſit *von erſter Ankunfft und Herkommen der Hertzoge von Mecklenburg, Leipzig 1599. 4. IOANNES BOCERUS Duces Mecklenburgicos* deſcripſit, *Lipſiæ 1566. 8. PETRUS LAURENBERGIUS caſtrum Doloris* ſcripſit, ſeu

ſeu *exequialia V Ducum Megapolenſium*, *Roſtochii 1638. 8.* Hiſtoria Mecklenburgica circa tempora belli Germanici patet *aus Fürſtlicher Mecklenburgiſcher apologia wegen der Entſetzung*, *Lübeck 1630. 4*, cui multa quoque inſerta ſunt diplomata. In Londorpii parte quarta extat *Käyſerliches Manifeſt, warum beyde Hertzoge von Mecklenburg ihres Fürſtenthums entſetzet.* In cauſſa ſucceſsionis vltimo controuerſæ prodiit *Species facti von Schweriniſcher Seyte, worinnen das im Fürſtlichen Hauße Mecklenburg introducirte ius primogenituræ und daran hangende linealis ſucceßio kürtzlich und gründlich deduciret und vorgeſtellet wird, nebſt vielen anderen darauf gefolgten Schrifften, f. Facti ſpecies von Strelitziſcher Seyten, worinnen das im Fürſtlichen Hauße Mecklenburg ius primogenituræ und daran dependirende linealis ſucceſsio niemahlen introduciret und obſerviret worden, noch daraus die ſucceſsio in dem Hertzogthum Guſtrau behauptet werden könne, nebſt unterſchiedlichen darauf gefolgten Schrifften f.*

§. II.

Megapolitana vrbs eſt Roſtochium, de qua *PETRUS LINDEBERGIUS topographiam Roſtochi, vrbis Vandalicæ, Anſeaticæ, Maritimæ & Megapolitanæ* ſcripſit, *Roſtochi 1596. 4.* ac-

ceſſit eiusdem *chronicon Roſtochienſe*. *FRIDERICUS LINDENBROGIUS* quoque *Chronicon Roſtochienſe* ſcripſit *Lubecæ 1611. f.* *IOANNIS POSSELII* extat oratio *de Roſtochio* inter orationes eius. *BODOCKI roſa Varnia, ſ. academia Roſtochienſis, Roſtochi 1619. 4.* *Iubilaeum academiæ Roſtochienſis, Roſtochi 1619. 4.*

§. III.

Ducatum Würtenbergicum decripſit *GEORGIUS GARDNERUS*, in quo omnia eius oppida, monaſteria, pagi, nemora, flumina & riuuli diligenter exprimuntur, atque apud Ortelium extat. *MARTINUS CRUSIUS* orationem ſcripſit *de vetuſtisſimo Ducatu Würtenbergici Ducatus, Calua, Tubingæ 1595. 4.* *IOANNES THEODORUS SCHNEPFIUS orationem in celebrationem academiæ Tübingenſis* ſcripſit *Tubingæ 1610. 4.* *ERHARDUS CELLIUS* dedit *deſcriptiones imagines Profeſſorum Tubingenſium ab anno 1577. ad 1596. Tubingæ 1598. 4.* *Documenta rediuiua monaſteriorum præcipuorum in Ducatu Würtenbergico ſitorum, Tubingæ 1536. 4.*

§. IV.

IOANNES GEORGIUS WALZ ſcripſit *Würtenbergiſche Stamm- und Nahmens-Quelle, oder kurtze Entwerffung der Herkunfft, Standes Vrſprungs beyder Durchl. Häuſer Würtenberg*

berg und Heßen, Stutgard 1657. 4. quem librum occaſione nuptiarum Sereniſſimi Ducis Wilhelmi Ludouici & Magdalenæ Sibyllæ Haſſiacæ ſcripſit, ſed non vbique eſt accuratus. *MARCUS SCHWELING* ſcripſit *Würtenbergiſche kleine Chronica von 1377. bis 1660, Stutgard 1660. 8.* In Schardii tomo ſecundo extant *IOANNIS TETHINGERI Würtenbergiæ* libri duo de Hulderici Wüttenbergenſis rebus geſtis in eo potiſſimum bello, quod ei a fœderatis Sueuis illatum fuit. *HELII EOBANI HESSI de victoria Würtenbergica* ad illuſtrem Heroa, Philippum Haſſorum Principem, adclamatio gratulatoria. *NICOLAI ASCLEPII BARBATI de expulſo & reſtituto Duce Vlrico Würtenbergico* oratio habita Marpurgi. *MICHAELIS AUGUSTI* gratulatio ad patriam *de reditu Principis Vlrici. De inauguratione Friderici Würtenbergici in equitem ordinis Garterii* extant *IOANNIS AUGUSTINI ASSI* panegyrici III Anglo-Würtenbergici, decantantes Ordinem Regium Anglicæ Societatis, quem ſuſcepit anno 1603 Stutgardiæ Fridericus, Dux Würtenbergicus, *Tübingæ 1604. 4.* & *ERHARDI CELLII eques auratus Anglo-Würtenbergicus, Stutgardiæ 1605. 4. GEORGII CHRISTOPHORI a GÖLNITZ panegyricus Eberhardo & Friderico, Principibus Würtenbergicis di-*

ctus, Tubingæ 1650. 4. MAGNI HESENTHALERI panegyricus nuptialis Eberhardo Würtenbergiæ Duci dictus, Tubingæ 1657. f.

§. V.

Haſſiæ deſcriptio *IOANNIS DRYANDRI* extat apud Ortelium. Sed prolixior longe eſt *MARTINI ZEILERI topographia Haſſiæ*, quæ cum figuris *MATTHÆI MERIANI* prodiit *Francofurti 1646.* f. Accuratior tamen eſt *IOANNIS IUSTI WINCKELMANNI Beſchreibung der Fürſtenthümer Heſſen und Hirſchfeld, Bremen 1697. f. Marpurgi* encomium ſcripſit *HIERONYMUS SIVERTUS, Marpurgi 1645. 4. Elenchum Profeſſorum academiæ Marpurgenſis* vita defunctorum dedit *PETRUS NIGIDIUS Marpurpi 1591. 8. IOANNES IUSTUS PASTORIUS* edidit *propylæum Athenæi Haſſiaci*, breuiter & ſuccincte exhibens elenchum Clariſſimorum Profeſſorum in academiis Marpurgenſi & Gieſſenſi, cum aditu, abitu & obitu, *Gieſſæ 1665. 4. PHILIPPUS LUDOVICUS HANNEKENIUS Haſſiam exultantem* propoſuit in proſperitate academiæ Gieſſenſis, *Gieſſæ 1670.* 4. Franckenbergæ, Haſſiæ vrbis hiſtoria deſcribitur in *WEIGANDI GERTENBERGERS Franckenbergiſcher Chronica, Heidelbergæ 1619. f. IOANNI LETZNERO* debemus *Hiſtoriſche Beſchrei-*

bung des Kloſters und Hoſpitals zu Haina in Heſſen, Mühlhuſen. 4. *Encomium Buchouiæ* ſcripſit *WOLFGANGUS ADAMUS IUNGCURTIUS, Gieſſæ* 1664. 4.

§. VI.

In hiſtoria Haſſiaca occurrit *ANDREAS GOLDMAYER von Vrſprung der Heſſen, Marpurg* 1645. 4. *ABRAHAMI SAURII Heſſiſche und Thuringiſche Chronica, Francofurti* 1589. f, & præcipue *WILHELM SCHÄFFERS genandt DILLICHS Heßiſche Chronica, Francfurt* 1606. 4. *IOANNES IUSTUS WINCKELMANNUS de Principibus Haßiæ & eorum genealogiæ, Gieſſæ* 1636. 8. *De vita & morte Guilielmi, Haßiæ Landgrauii* habemus orationem *HIERONYMI TREUTLERI, Marpurgi* 1592. 4. & *IOANNIS FERINARII, Marpurgi* 1593. 4. *HERMANNI VULTEII orationem de vita & obitu Ludouici Senioris, Haßiæ Landgrauii, Marpurgi* 1605. 4. *IOANNIS BALTHASARIS SCHUPPII Herculem Togatum, ſ. de Georgio II. Cattorum Landgrauio, Marpurgi* 1640. 4. *WILHELMI DILLICHII* habemus *Fürſtliche Kindtauff Fr. Eliſabeth zu Heſſen, zu Caſſel gehalten, nebſt Abriß der Ritterſpiele, Caſſel* 1598. f. In cauſſa religionis prodiit *HELVICI GARTHII gründlicher Bericht von den Religionswesen in Heſſen, Wittenberg* 1606. 4. & *HENRICI LEUCHTERI Euangeliſches*

 Chro-

Chronicon, daß im Heßiſchen die Zwingliſchen niemahls geduldet worden. *Darmſtadt* 1620. 4. *Acta in Sachen die Fürſtliche Marpurgiſche Succeſſion belangend, zwiſchen Landgraff Ludwigen und Philipſen gegen Landgraff Moritzen, Gieſſen* 1614. *f.*

§. VII.

Ad Badenſem hiſtoriam facit eruditisſima *CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCHII* diſſertatio *de rebus Badenſibus, Wittebergæ* 1677. 4, qua de origine, antiquitate, genealogia, incrementis & hiſtoria Serenisſimorum Marchionum egregie agitur. *HENRICI PANTALEONIS Beſchreibung der Stadt und Graffſchafft Baden*, 1578. 4. *MATTHÆI MERIANI Genealogiſche Herführung der Hochfürſtlichen Häußer Baden, und Holſtein Francfurt* 1672. *f.* Sed ex Speneri ſylloge genealogica verſa eſt, in nuptiis Friderici Magni & Auguſtæ Holſaticæ exhibita. *THOMÆ WEGELINI* habemus *veram & authenticam relationem de diſcurſu Theologico inter Georgium Fridericum, Marchionem Badenſem & Franciſcum, Ducem Lotharingiæ inſtituto*, deque eiusdem conuentus ſucceſſu & exitu, oppoſitum falſis & fictitiis relationibus, *Tübingæ* 1613. 4.

§. VIII.

§. VIII.

Ad hiſtoriam Holſaticam primo loco facit *IOANNES MOLLERI iſagoge ad hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ*, *Hamburgi* 1691. 8. Hoc *ἀποσπασμάτιον* eſt Cimbriæ litteratæ, qua potiſſimum recenſet ſcripta, quibus Ducatuum Sleſuicenſis & Holſatici topographia, hiſtoria atque reliqua continentur, de iisdemque haut male iudicatur, ita vt iuſta ad omnem Holſatiæ hiſtoriam intoductio exinde petatur. Eiusdem ductum potiſſimum ſequemur. Antiquiſſimus chorographiæ Holſaticæ ſcriptor eſt *ADAMVS BREMENSIS de ſitu Daniæ & reliquarum, quæ trans Daniam ſunt, regionum* atque cum eiusdem hiſtoria eccleſiaſtica prodiit cura *Ioachimi Ioannis Maderi, Helmſtadti* 1670. 4. Poſt hunc prodierunt *tres de Holſatia, eiusque ſtatu atque ordinibus claſſes Hamburgi* 1592. 4, quarum prima de prouinciis, altera de familiis, regia, ducali & equeſtribus, tertia de vrbibus vtriusque Ducatus epigrammata *IONÆ ELVERFELDII* complectitur: accesſit prolixior *HENRICI RANZOVII narratio proſaica*. Hiſce multum ſe debere profitetur *ANDREAS ANGELUS in Chronco Holſatico*, quod vernaculo ſermone proſtat *Witteberga* 1597. *f.* In cuius priori parte quidem alphabetico

ordine familiæ equeſtres percenſentur: poſteriori autem de ſingularum ciuitatum nomine, ſitu, conditoribus, calamitatibus publicis & inſignibus agitur. Omnes vero induſtria vincit CASPAR DANCKWERTHIUS. Huius enim *chorographia Ducatuum Sleſuicenſis & Holſatici*, prodiit *1652, f.* Tribus partibus abſoluitur, quarum prima notitiam Cimbriæ & Germaniæ veteris generalem, altera & tertia ſpecialem ſingulorum Ducatuum faciem exhibent. Certe, accuratisſima eſt topographia, qua etiam ſingulæ vrbes, pagi, arces, prædia, præfecturæ, incolarum numerus, ſtatus & ciuilia tanta cura deſcribuntur, vt plenior exinde hauriatur notitia. Acceſſerunt quadraginta mappæ geographicæ a IOANNE MEIERO elaboratæ. Accuratisſimus autem licet ſit in geographicis, in originibus autem & etymis nominum propriorum quandoque ludit, nec in hiſtoriis vbique eſt accuratus. Magnam quoque inuidiam ſibi hoc ſcripto conciliauit, dum maxime illi obiiciatur, quod belli tempore per accuratiorem hanc deſcriptionem hoſtibus via aperiatur qua vlterius in prouincias irrumpant. Duces vero Lineæ Holſato-Sunderburgicæ, qui de ſua dignitate hoc ſcripto quidpiam eſſe deroga-

tum

um, perſuaſum ſibi habebant, ipſi oppoſuerunt *apologiam* anno *1654*; quam cum ipſo opere Amſtelodamenſes aliquando recudere voluerunt. Epitome laboris Danckwerthiani in *noua deſcriptione Holſatiæ*, quam Daniæ regno iunxit, dedit *MARTINUS ZEILERUS*, *Amſtelodami 1655. 12.* Eidem debemus vernaculo ſermone *topographiam Holſatiæ*, *Francofurti 1650. f.* Ex hiſce ſuam *deſcriptionem Holſatiæ bipartitam*, *Hiſtorico - Chorographicam* ſumſit *RUTGERUS HERMANNIDES*, *Amſtelodami 1669. 12.* Nouam *topographiam chorographicam* promiſit *IOANNES DANIEL MAIOR*, in quam congerere voluit, quicquid ad notitiam Holſatiæ vel geographicam, vrbium deſcriptiones naturalem vel polymathicam facit. Idem quoque promiſit *Floram Cimbricam*, ſiue catalogum plantarum circa Kiionium, & in locis Holſatiæ vicinis naſcentium, quam tamen cum priori adhuc expectamus. Aquatilium Holſatiæ hiſtoriam exhibuit *STEPHANVS a SCHONEVEDE in ichtyologia & nomenclatura animalium vtriusque Ducatus Marinorum, Fluuiatilium & Lacuſtrium, Hamburgi 1624. 4.* *Pinacothecam Gottorpienſem*, & quæ in eadem repetiuntur curioſa, vernaculo ſermone publicauit *ADAMVS OLEARIUS, Sleſuici 1666. 4.*

§. IX.

§. IX.

Ad antiquitates Cimbricas & præcipue cultum gentilem faciunt præſertim *TROGILLI ARNKIELII Alte Cimbriſche Heydenthümer*, *Hamburgi 1704. 4.* quæ multa cura ſunt elaboratæ. Multas quoque antiquitates atque epitaphia inſerta videmus in *PETRI LINDENBERGII, poëmatis iuuenilibus & hypotypoſi arcium, palatiorum, librorum, pyramidum, obeliſcorum, cipporum, molarum, monumentorum & epitaphiorum ab Henrico Rantzouio conditorum, Roſtochi 1590. 4*, & auctius *Francofurti 1592. 4.*

§. X.

Ad hiſtoriam facit primum *NICOLAUS PETREIVS*, qui *de Cimbrorum & Gothorum originibus, migratiouibus, bellis atque coloniis* libros duos conſcripſit *Lipſiæ 1695. 8.* editos, vbi eosdem eſſe cum Cimmeriis, horumque migrationes antiquas exponit. In ipſa hiſtoria qui ſolum Holſatiæ hiſtoriam ſcripſerit, eſt *IOANNES PETRÆVS*, cuius *Chronicon Holſatiæ, Stormariæ, Wagriæ, Dithmarſiæ ac Ducatus Sleſuicenſis, Ciuitatum item atque epiſcopatuum, Hamburgenſis & Lubecenſis quadripartitum a temporibus antiquiſſimis & æræ chriſtianæ initium antegresſis, ad annum vsque 1531. deductum.* Translatum hoc chronicon ex dialecto Saxonica in Miſnicam

a *Do-*

a *Dominico Dreuero*, atque editum *Francofurti 1557. f.* recuſum *Lubecæ 1599. f. & 1614. 4.* Sed ſcriptum eſt ſine iudicio, multis etiam fabulis refertum. Poſt hoc prodierunt *Cherſoneſi Cimbricæ*, quæ hodie Holſatia vocatur, *annales* ab vltima eius antiquitate, ex hiſtoriis fide dignis, a viro quodam magni nominis collecti, variis familiarum inſignibus exornati, & nunc a quodam antiquitatis ſtudioſo auctiores in lucem editi per K. P. F. *Hamburgi 1606. 4.* Poſt hunc CYRIACI SPANGENBERGS habemus *Chronicon Comitum Schauenburgicorum* vernaculo ſermone, *Stadthagæ 1614. 4.* In hoc chronico autem originem, genealogiam & geſta Comitum multa induſtria, prout rerum Germanicarum erat peritisſimus, expoſuit. CHRISTIANUS SOLINUS Chronologiam edidit Saxonico idiomate ſcriptam atque deductam vsque ad 1614, *Hamburgi 1615. 8.* Hac tamen præter res Cimbricas, etiam alia, quæ ad vniuerſalem hiſtoriam faciunt, continentur. NICOLAVS HELVADERVS germanice ſcripſit *ſyluam circuli Balthici Chronologicam, Hamburgi 1624. 4.* qua non ſolum Cimbriæ ſed reliquarum etiam prouinciarum ſimul Codano conterminarum deſcriptionem breuem & memorabilia exhibet. Ad induſtria

ſtria & fide maxime commendantur PAULI & IOANNIS ADOLPHI CYPRÆORUM *annales epiſcoporum Sleſuicenſium*, vnius, veræ, ſanctæ, catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ ſtatum, quoad eius originem, propagationem ac mutationem in regno Daniæ & finitimis Sleſuici ac Holſatiæ Ducatibus, aliasque res, quouis ſeculo in eccleſia ac politia admirandas, vereque memorabiles, illic geſtas & perpetratas, vna cum inſerta breui ac rotunda regum Daniæ & Ducum Sleſuici ac Holſatiæ genealogia, *Coloniæ 1634. 8.* In hoc autem omnem hiſtoriam ciuilem & eccleſiaſticam iuſte videmus explicatam, atque ex monumentis authenticis illuſtratam, ita vt plures rerum Holſaticarum Scriptores ex hiſce fontibus agros ſuos irrigauerint. ADAMUS OLEARIUS edidit *kurtzen Begriff der Holſteiniſchen Chronica, oder ſummariſche Beſchreibung der denckwürdigſten Geſchichte, ſo von anno 1448. bis 1663. in den Nordiſchen Ländern, ſonderlich in Holſtein ſich zugetragen, Sleſuici 1663. 8*, vt taceam alios ſcriptores adhuc ineditos, de quibus pleniorem notitiam dedit Mollerus in iſagoge ſua p. 129. & ſqq.

§. XI.

§. XI.

Ad hiſtoriam particularem & primo quidem Sleſuicenſem facit MARTINI CHEMNITII *Bericht von der Gelegenheit und Unterſcheid der beyden Hertzogthümer, Schleswig und Holſtein, worinn erwieſen wird, daß Schleswig eine pertinentz und Lehn der Krohne Dennemarck ſey, das Römiſche Reich aber kein Recht darauf zu prætendiren, 1629. 4*, quo ſcripto potisſimum hiſtoria antiquior Sleſuicenſis explicatur. NICOLAI HELDVADERI *kurtze Beſchreibung der alten Stadt Schleswig, Sleſuici 1603. 4.* Prolixiorem autem hiſtoriam debemus CYPRÆI *Annalibus epiſcoporum Sleſuicenſium, Coloniæ 1634. 8.* & qui hos exſcripſit ANTONIUS HEIMRICHIUS *in hiſtoria eccleſiaſtica Sleſuicenſi.* HIERONYMVS CYPRÆUS ſcripſit *epigrammata, ſiue tetraſticha de XXXVI epiſcopis Sleſuicenſibus, qui ab Erico vsque ad Adolphum, Ducem Holſatiæ eccleſiæ*, quæ Cypræi annalibus acceſſerunt. *Epiſcopatus Ripenſis præſules* deſcripſit IOANNES LAURENTIUS, *Hafniæ 1591. 4.* In hiſtoria Friſiæ Borealis, vulgo ſic dictæ Nordſtrandiæ occurrit ANTONII HEIMREICHII *Nordfreſiſche Chronica, darinn die Beſchreibung derer dem Schleswigiſchen Hertzogthum incorporirten Freſiſchen Landſchafften, Heiligland, Eiterſtedte, Nordſtrand,*

ſtrand, Suder und Norgosharde Karr und Böckingharde, Fohre, Sylt und Amrum und deren Städte, Flecken und Schlößer vorgeſtellet werden, Sleſuici 1666. 12. Sed vel quadruplo, & multis tabulis chronologicis atque genealogicis auctor prodiit *Sleſuici 1668. 4.* *MATTHIAS BOETHIVS* libros III commentariorum ſcripſit *de cataclyſmo Nordſtrandico, Sleſuigæ 1623. 8.* *CASPARIS HOYEPI deſcriptionem Eiterſtadtiæ* latinam germanice vertit *Iacobus Sachſius, Hamburgi 1610. 8.* *BENIAMIN CNOBLOCHIUS* dedit *chorographiſche Beſchreibung, der Inſul und Feſtung Heiligeland, Hamburgi 1643. 4.* *CHRISTIANUS KORTHOLDUS* edidit *Femariam deſolatam, ſ. hiſtoriſche Beſchreibung, was geſtalt vor drittehalb hundert Iahren anno 1420 die Inſul Femern von König Erich in Dennemarck iämmerlich ſey verwüſtet worden, Kiloni 1673. 8.* De *Flensburgo* vrbe poema elegiacum extat *ZACHARIÆ WIDINGII, Sleſuigæ 1592. 4.* ſed præferenda eſt *OTTONIS BEYERI* diſſertio *de originibus atque incrementis Flensburgi*, in hac academia habita *1684.* Accuratior longe eſt *IOANNIS MOLLERI digresſio de eadem vrbe*, quam inſeruit capiti tertio partis tertiæ Iſagoges ſuæ, qua non ſolum origo vrbis, ſed etiam annales ad noſtra vsque tempora,

ra, & viri in eadem celebriores recenſentur accuratiſſime. Inclytæ *ciuitatis Rensburgenſis hiſtoriam* ſub præſidio CASPARIS SAGITTARII in hac academia propoſuit GEORGIVS FRIDERICVS EGGERS, *Ienæ 1684. 4.* Kiloni deſcriptionem ſub titulo: *Kiloni noui noui Holſatiæ Parnaſſi* edidit CÆSO GRAMMIVS, *Kiloni 1665. 4. Hiſtoriam fundationis academiæ* exhibuit ALEXANDER IVLIVS TORQVATVS *in panegyrica deſcriptione academiæ in Cimbrica Cherſoneſo a Friderico, duce Holſatiæ meditatæ, & a Chriſtiano Alberto, filio eius, Kiloni fundatæ, Slesuici 1666. f.* Continentur in eadem icones fundatorum atque inaugurationis pompa, cum variis panegyricis in academiæ inauguratione habitis. Plura qui de Scriptoribus Holſatiæ deſiderat, adeat Molleri iſagogen, ex qua pleniorem adquiret notitiam.

§. XII.

Ad hiſtoriam Saxo-Lauenburgicam præter KRANTZII VANDALIAM & CHYTRÆI SAXONIAM facit DANIELIS MITHOVII *Hiſtoriſcher Bericht, wie die Hertzogen von Lauenburg umb Chur-Sachſen kommen* & LEVINI von AMBEER *Sachſen-Lauenburgiſcher Stammfall, und ſtreitiger Landesanfall, worinnen aller Durchlauchtigen*

Rr Com-

Competenten ihre fundamenta erzehlet werden, Hamburgi 1690. 4.

§. XIII.

Ad hiſtoriam Principum Anhaltinorum faciunt *Vindiciæ Anhaltinæ, ſeu jura Principum Anhaltinorum in Comitum Aſcaniæ, 1648. 4.* ERNESTI BROTUFFII *genealogia & Chronica der Fürſten von Anhalt bis auf 1055. Lipſiæ 1556. f.* & BARTHOLOMÆI CLAMORINI *hiſtoriſche Beſchreibung des Fürſtlichen Anhaltiſchen Stamms, Dresden 1687. f.* Inſignis eſt CASPARIS SAGITTARII *hiſtoria Principum Anhaltinorum, Ienæ 1686. 4,* quam ab origine vsque ad ſua tempora eleganter deduxit, inſignia quoque atque regiminis formam explicans. *Vitam Georgii Anhaltini* deſcripſit IOACHIMUS CAMERARIVS, quæ cum Melanchthonis vita prodiit *Lipſiæ 1696. 8.*

§. XIV.

Principum qui nunc ſunt Zolleranorum hiſtoriam deſcriptam videmus in CASPARIS HELMERICI *libris III de inſigni antiqua familia Comitum Zollerenſium & Burggrauiorum Noribergenſium, Magdeburgi 1636. 4.* BALTHASARIS NIMITSCHII *oratio in funera Sidoniæ Mariæ de Eggenberg* prodiit *Gracii 1615. f.* NICOLAVS REUSNERUS

edidit

edidit anathemata, f. *aras ſepulcrales familiæ Salmenſis*, *Argentorati 1586. f.*

§. XV.

Ad genealogiam domus Naſſouicæ plures faciunt. Habemus quidem IOANNIS ORLERI *genealogiam Comitum Naſſouiæ, Lugduni Batauorum 1660. Genealogie & Lauriers des Comtes de Naſſau, à Leiden 1615. f.* TOBIAS WEBERVS *de origine & incrementis illuſtris proſapiæ Comitum Naſſouicorum*, ſcripſit heroico carmine. Item deſcriptio *pugnæ Wormatienſis inter Adolphum, Comitum Naſſouienſem & Albertum Ducem Auſtriæ commiſſæ, Vrſellis 1561.* Præcipue vero æſtimanda eſt IOANNIS TEXTORIS *arbor genealogica familiæ Naſſouicæ Francofurti 1625. f* atque Eiusdem *Naſſauiſche Chronica, in welcher des Hauſſes Naſſau Geburt, Leben, Heyrath, Kinder und Thaten beſchrieben werden, Herborn 1619. 4.* ANDREÆ CHRISTIANI extat *oratio de vita & obitu Ioannis Senioris, Comitis in Naſſau, Marpurgi 1608. 4* germanicè verſa per *Ioannem Gratium, Marpurgi 1612. 4.* VBBO EMMIUS *vitam & res geſtas Guilielmi Ludouici, Comitis Naſſouiæ* ſcripſit *Grönigæ 1621.*

Louis Henry de Naſſau, Panegyrique, à Herborn 1667. 4.

§. XVI.

Ad antiquiſſimam hanc Naſſouiorum familiam faciunt etiam Principes Arauſionenſes. De his prodiit *Malus Aurantia Naſſouica*, continens ſimulacra Heroum ex ſtirpe Naſſouica oriundorum. *Arnhemi 1615.* 4. ARNOLDI MONTANI *Auriaco-Naſſouica domus*, ſ. vita Guilielmi I, Friderici Henrici &c. *Amſtelodami 1677. 12.* In compendio *origines & ſucceſſionem Principum Arauſionenſium* vsque ad Wilhelmum III explicauit CASPAR SAGITTARIVS, *Ienæ 1691. 4.* Elegaus eſt *hiſtoire des Princes d' Orange de la Maiſon de Naſſau, a Amſterdam 1692. 12* qua tamen illornm ſaltim Principum, qui in Belgio inclaruerunt, hiſtoria deſcribitur, vt Wilhelmi I, Philippi Wilhelmi, Mauritii, Friderici Henrici, Wilhelmi II & Wilhelmi III vsque ad aunum 1691 Multæ quoque continentnr circumſtantiæ ſpeciales, quæ hiſtoriam illuſtrant plurimum. *Fata nouisſima principatas Arauſionenſis* ſingulari diſſertatione expoſuit IOANNES PETRVS LVDOVICI, *Hagæ 1694. 4.* Eidem quoque debemus *Arauſionem ſupremo Imperio vindicatum von der ſouverainität des Fürſtenthums Orange, wieder die Anmaſſung des Königs in Franckreich über dieſes Fürſtenthum 1702. 4.* Alias prodiit *hiſtoire de Guillaum*

l' Pri

I Prince de Orange, deſcendu des premiers fondateurs de l' ancienne Maiſon de Naſſau, avec les actions les plus remarquables de Guillaume III 1689. 12. Ad hiſtoriam Mauritii Arauſionenſis facit *Naſſauiſcher Loberkranz, oder warhaffte Beſchreibung und eigentliche Abbildung aller Züge und Victorien zu Waſſer und zu Lande, die Gott der vereinigten Niederlanden Provinzien durch Rath uud That Herrn Mauritii von Naſſau verliehen, Leiden* 1617. *f.* GERHARDVS GELDENHAURIUS *expeditionem Mauritianam Flandricam* ſcripſit, *Coloniæ* 1617. 4. CASPARIS BARLÆI extat *hiſtoria rerum per octennium & alibi geſtarum ſub præfectura Ioannis Mauritii, Naſſoviæ Comitis, Cliviæ* 1660. 8. *Friderici Henrici, Arauſionenſis Principis hiſtoriam* deſcripſit IOANNES COMMELINUS, gallico ſermone *Amſtelodami* 1656. *f. Iuſta Fœderati Belgii, ſ. exequias Friderici Henrici Auriaci Principis* deſcripſit CASPAR BARLÆUS, *Amſtelodami* 1647. *f.* DAUBERUS orationem *in obitum Friderici Henrici, Bredæ* 1647. *f.* IOANNES SKYTTE *panegyricum in laudem Friderici Henrici, Amſtelodami* 1631. *f.* FRIDERICVS SPANHEMIVS *laudationem funebrem Friderici Henrici, Principis Arauſionenſium, Leidæ* 1647. 4. Vitæ Guilielmi III Scriptores ſuperius inter rerum Anglicarum ſcriptores

recenſuimus. Poſt mortem regis controverſiæ de ſucceſſione in bona ipſius ortæ fuerunt. Iura Boruſſorum Regis defenduntur *im Summariſchen Beweis des unwiederſprechlichen Rects Sr. Königl. Maieſtät in Preusſen auf die ſucceſſion ſeines Herrn Grosvaters des Prinzen Friederich Heinrich von Oranien, 1702. 4.*

§. XVII.

Ad hiſtoriam Principum Fürſtenbergenſium facit CHRISTOPHORI WOLFGANGI tractatus *de Principis Fürſtenbergii detentione, 1674 4. Lettres & autres pieces concernantes l' enlevement du Prince Guillaume de Fürſtenberg, à Brüxelles 1674. 12.* Ad *Lichtenſteiniam familiam* facit *Iſagoge chronologica Lichtenſteiniæ Geneſis ex Cuſpiniani Auſtria a* WERNERO Comite TILLIO collecta & edita *Ingolſtadti 1631. f.*

§. XVIII.

Vltimo ſaltim loco addimus Scriptores hiſtoriæ Lotharingicæ, cum Lotharingiæ Duces ratione Marchionatus Pontimuſſitani atque diuerſorum Comitatuum ſint ſtatus atque vaſalli Imperii. In chorographia occurrit *ausführliche Beſchreibung der Hertzogthümer Lotharingen und Savoyen, des Ober- und Vnter-Elſas, der Franche-Comté und Schweitzerlandes, Franckfurt 1690. 12.*

LO.

LOUIS CHANTEREAU le FEVRE edidit *queſtion Hiſtorique, ſi les Provinces de l'ancien Royaume de Lorraine doivent eſtre appellées terres de l'empire, à Paris 1644. 8.* IOANNES IACOBUS SCHIFFLETIUS in *Commentario Lotharienſi*, Ducatum Barrenſem imperio adſeruit, atque iura eius regalia Carolo III, Lotharingiæ Duci vindicauit, *Antwerpiæ 1649. f.* Huic tamen reſpondit DAVID BLONDELLUS in *Barro Campano Francico, Amſtelodami 1652. f.* THEODORETUS GODOFREDUS *de vera origine Ducum Lotharingiæ* ſcripſit gallice *Pariſiis 1624. 4.* FRANCISCUS de ROSIERES *ſtemmata Lotharingiæ ac Barri Ducum* congeſſit *Pariſiis 1580. f* quæ ad Troiana tempora vsque deduxit, atque operoſus quidem eſt, licet non vbique fide dignus; æſtimandus tamen ob varia regum Francorum diplomata, quæ præmiſit. NICOLAUS CLEMENS TRELÆUS *Reges Auſtraſiæ* & Duces Lotharingiæ natiuis iconibus & hiſtoricis epigrammatibus expreſſit, *Coloniæ 1619. 4.* HUBERTI LOYENS habemus *ſynopſin rerum geſtarum a Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Ducibus, Bruxellis 1672. 4.* NICOLAI BIRE *alliances genealogiques de la maiſon de Lorraine, 1593 f.* In particulari hiſtoria habemus NICOLAI

REMY *diſcours des choſes aaenués en Lorraine, depuis le deces du Duc Niclas, iusques à celuy du Duc René, Pont a Mouſſon 1605. 4. L' Hiſtoire de Philipp Emanuel de Lorraine Duc de Mercoeur, à Cologne 1689. 8. Hiſtoriam captiuitatis Caroli, Lotharingiæ Ducis* deſcripſerunt du BOIS & Marchio de CHATELET gallice, *Coloniæ 1688. 12.* licet hoc ſcripto non omnis hiſtoria contineatur, ſed vnius tantum anni geſta, & potius Ducis Franciſci cauſſa agatur.

CAPUT VIGESIMUM QVINTVM.

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIÆ COMITVM, CIVITATVM IMPERIALIVM, CIRCVLORVM ET PROVINCIARVM IMPERII ROMANO-GERMANICI.

§. I. Scriptores de Comitibus Imperii in genere. § II. Scriptores hiſtoriæ Comitum Hanouienſium, Hatzfeldiorum, Glichenſium & Leiningenſium. § III. Scriptores hiſtoriæ Comitum Mansfeldicorum, dyna-

dynaſtiæ Querfurtenſis, comitum Ortenburgicorum & Ruthenorum. §. *IV. Scriptores hiſtoriæ Comitum Schwarzburgicorum & Solmenſium.* §. *V. Scriptores hiſtoriæ Comitum ſcamni Sueuici.* §. *VI. Scriptores hiſtoriæ Comitum circuli Franconici & Weſtphalici,* §. *VII. Scriptores hiſtoriæ Comitum Oldenburgicorum.* §. *VIII. Scriptores hiſtoriæ ciuitatum Imperialium.* §. *IX. Scriptores hiſtoriæ Noribergenſis.* §. *X. Scriptores hiſtoriæ Francofurtenſis.* §. *XI. Scriptores hiſtoriæ Aquisgranenſis.* §. *XII. Scriptores hiſtoriæ Sueuicæ.* §. *XIII. Scriptores hiſtoriæ Alſaticæ.* §. *XIV. Scriptores hiſtoriæ Weſtphalicæ.*

§. I.

Comitum Imperii noſtri ſtatum generalem explicauit beatus parens, GEORGIVS ADAMVS STRUVIUS in diſſertatione ſua, *de Ducibus & Comitibus S. Rom. Imperii*, quam ſub præſidio Hermanni Conringii defendit *Helmſtadti 1643. 4.* In volumine tertio diſcurſuum Iuris Publici Arumæi extat CHRISTOPHORI BEINDORFII *diſcurſus de Romani Imperii Comitibus &*

Baronibus, atque alius CHRISTOPHORI BESOLDI *diſcurſus* in opere eius politico. IOANNES SCHILTERVS ſingulari atque erudito ſcripto *de Sacri Romano-Germanici Imperii Comitum prærogatiua ac iure inter ipſos & ordinem equeſtrem Imperii immediatum controuerſo* ſcripſit *Argentorati* 1702. 4. quo Comitum prærogatiuam præ ordine equeſtri clare deducit. Commendanda eſt induſtria FRIDERICI LUCÆ, qui nobis dedit *des heil. Römiſchen Reichs uhralten Graffenſaal, Francofurti ad Mœnum* 1702. 4. Liber eſt elegans & multa cum induſtria conſcriptus. In præfatione quidem de originibus, fatis & differentia Comitum antiquorum quæ fuit a Carolingorum temporibus, agit. Deinde illos Imperii Comites perſequitur, quorum ſtirpes atque illuſtres familiæ defierunt. Hos autem, eorundemque familias ad litterarum ordinem ſeriemque enumerat, deque originibus, operibus, iuribus, dignitatibus, rebus geſtis aliisque erudite agit. Speciatim *de Burggrauiis Imperii* egit HENRICUS GüNTHERUS THULEMARUS, *Francofurti* 1691. 4 eandemqne materiam docte fuit perſecutus.

§. II.

Diuiduntur Comites S. R. in quatuor ſcamna Wetteranicum, Sueuicum, Franconi-

:onicum & Weſtphalicum. In ſcamno Wetterauico occurruut Comites Hanouienſes. IOANNES APPELIVS quidem *de morte Philippi Ludouici, Comitis Hanouienſis* ſcripſit, *Londini 1612.* 4. PHILIPPI PARÆI xtat *oratio pro Muſis Hanouicis inſtaurandis, Hanouiæ 1640.* 4. In hiſtoria Comitum Hatzfeldicorum occurrit PHILIPPI FEHN-ΓΞ *calathiſcus roſarum gentilitius Franciſco, Hatzfeldiæ Comiti, epiſcopo Bambergenſi & Würtzburgenſi oblatus 1638.* Poſſident Hatzfeldiæ Comites potiorem partem Comitatus Glichenſis, cuius Domini licet dudum cum omni familia fuerint extincti, habemus tamen qui eorundem hiſtoriam ſuſceperint. In parte prima Theatri Saxonici LAVRENTII PECKENSTEINII continetur *Gleichiſche Chronica, worinnen der wohlgebohrnen und edlen Graffen von Gleichen, Spiegelberg und Pyrmont, Herrn zu Tonna uhralte Ankunfft &c. von anno Chriſti 450 angezogen, nud in ein Chronicon verfaſſet iſt, Iena 1607. f.* Multum in conſcribenda hiſtoria Glichenſi induſtriam adhibuit CASPAR SAGITTARIVS, quam etiam penitus abſoluit, multas in eadem antiquitates illuſtrauit, diplomata inſeruit atque alia, vt magna inde hauriatur rerum Germanicarum notitia, atque optandum, vt lucem

cem aliquando adſpiciat publicam. *Genealogiam Comitum Leiningenſium* deſcripſit CHRISTIANUS WEISSE, *Weiſſenfelſæ 1677. 4. & Coburgi 1696. 8.*

§. III.

In hiſtoria Mansfeldicorum Comitum primo occurrit CYRIACI SPANGENBERGS *Mansfeldiſche Chronica, inſonderheit von der Grafſchafft Mansfeld. Eisleben 1571. f.* in quo tamen potiores Germaniæ hiſtorias atque antiquitates deſcriptas videmus. Eiusdem eſt *hiſtoria von Ankunfft, Stifftung und andern Sachen des Cloſters Mansfeld, Eisleben 1575. 8.* Haut ita pridem IOANNES GOTFRIEDUS ZEIDLERVS edidit *achthundertiährigen aneinander hangenden Stamm-Baum der Graffen und Herrn zu Mansfeld von 800 bis auf 1703, Halle 1703. 8.* vbi errores Genealogorum in genealogia Mansfeldica emendantur. De *vita & geſtis Principis Caroli Mansfeldenſis* ſcripſit NICOLAVS GABITMANNVS *Francofurti 1601. 4.* GEORGII SCHERERI habemus *orationem de virtutibus Heroicis, factisque Caroli, Principis & Comitis Mansfeldenſis, Viennæ 1596. 4. Eques aurei velleris ad vitam & res geſtas Ernesti, Principis & Comitis Mansfeldiæ, Luxenburgi 1605. 4. Acta Mansfeldica, oder Ritterliche Thaten Graff Ernſten von Mansfeld*, prodierunt

1624

1624. 4. Eorundem olim fuit Dynaſtia Querfurtenſis, de qua extat CYRIACI SPANGENBERGS *Querfurtiſche Chronica*, *Erfurti 1590. 4* & CASPAR SCHNEIDERS *kurtze Beſchreibung der löblichen alten Herrſchafft und Stadt Querfurt, Halle 1654. 4.*

§. IV.

De Comitibus Ortenbergicis egit WIGVLÆVS HVND *im Bayeriſchen Stammbuch, Ingolſtadti 1598. f.* Alias extant *epitaphia quorundam Comitum ex antiquiſſima Ortenburgenſium familia oriundorum, eorundemque Coniugum, quorum quædam Pataui ad Danubium, quædam Mattioſii, quædam Ortenburgi, vnicum vero Veronæ extant, Noribergæ 1589. 4* & MICHAELIS REDERI *oratio funebris in obitum Leonhardi, Comitis in Ortenburg, Hamburgi 1589. 8.* Ad hiſtoriam Ruthenicorum facit PETRI KESLERS *illuſtre Stemma Ruthenicum, oder Gräfliche Reus-Plauiſche Stamm-Tafel, Schleiz 1684. f.* quo genealogiam & ſtemma accurate deducit. Præterea IOANN CASPAR ZOPPENS *Reußiſche Berauiſche Stadt-und Land Chronica, Leipzig 1672. 8.*

§. V.

In hiſtoria Comitum Schvvartzburgicorum occurrit primum LAVRENTII

PE-

PECKENSTEINI *Gräffliche Schwarzburgiſche Chronica*, quæ in parte tertia Theatri Saxonici continetur, qua de Comitum origine & incrementis agit. AHASVERUS FRITSCHIUS *de antiqua origine, dignitate & praeminentia, iuribus ac priuilegiis Comitum Schwartzburgenſium* egit, *Rudolphſtadtii 1667. 4.* Acceſſit *gaudium Decumanum terræ Schwarzburgicæ lineæ Rudolphipolitanæ* IOANNIS MICHAELIS SCHWIMMERI. Eidem quoque Fritſchio habemus *hiſtoriam Güntheri Schwarzburgici* eleganter deductam, *Lipſiæ 1677. 4.* Alias prodiit *kurtze, iedoch beſtändige Deduction der Herren Graffen zu Schwartzburg und Stollberg, wegen der Hohnſteiniſchen Herrſchafften Lohra und Klettenberg 1691. 4.* Ad hiſtoriam Arnſtadtienſis vrbis facit IEREMIÆ WITTICHII *geographia metrica Arnſtadti, Erfurti 1660. f* ſed breuis eſt. ANDREAS TOPPIUS germanico ſermone hanc vrbem deſcripſit, quæ alias *Erfurti* prodiit *1658* ſed præſtat ſingulis IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *hiſtoria Arnſtadtienſis*, quæ germanico idiomate prodiit *Arnſtadti 1701. 8*, in qua iuſto ordine atque debita fide omnem ſtatum atque hiſtoriam vrbis, Comites, magiſtratus, ſacerdotes aliosque viros claros deſcribit. ALBERTI OTTONIS BILGENI *genealogia Comi-*

tum

rum Solmenſium prodiit *Gieſſæ 1621. 4 & Francofurti 1622. 4.* MATTHÆI GOTHI *inclytæ familiæ Stolbergicæ fragmentum* editum eſt *Lipſiæ 1620. 8.*

§. VI.

Inter Comites circuli Sueuici occurrunt comites Cronbergenſes, de quibus prodiit *GEORGII HELWICHII Genealogie des uhralten Adel-Ritterlichen Geſchlechts derer von Cronberg von 1620 biß 1625, Maynz 1625. f.* Ad hiſtoriam Comitum Fuggerorum facit *wohlgegründete Information, Ausführung und Bericht, wie es mit denen zwiſchen den Wohlgebohrnen Herrn, Herrn Chriſtoph Fuggern, Freyherren von Kirchberg und Weiſſenhorn Herrn zu Mindelheim: ſo denn auch dem Wohlgebohrnen Herrn, Herrn Wolf Veit von Mindelheim, Freyherrn zu Waldeck andern Theils, der Mindelheimiſchen Reichsleben und Regalien, auch anderer Fronsbergiſcher eigenthümlichen Verlaſſenſchafft halber ſchwebender Rechtfertigung in Grund der Wahrheit eigentlich beſchaffen, Augſpurg 1612. f.* ANDREÆ ARTZELTI habemus *genealogiam Comitum Montfortiorum* tabulis æneis inciſam. *Anonymi geſta Simonis, Comitis Montfortii* peculiari Chronica deſcripta, MATTHIÆ *a* PAPPENHEIM habemus tractatum *de origine & familia illuſtrium Dominorum de Kalatin, qui hodie ſunt Domini a Pappenheim,*

Augu-

Auguſtæ Vindelicorum 1553. *GALEATIVS GVALDVS de origine gentis Zintzendorf* ſcripſit.

§. VII.

In ſcamno Franconico Comites ſunt Leoſtenii, quorum *ſtemma Leoſtenianum* deſcripſit *HVPERTVS THOMAS LEODIVS, Francofurti 1634. 4.* In ſcamno Weſtphalico ſunt comites Benthemenſes. In horum hiſtoria occurrit. *Ordentliches Manifeſt und Rechtliche deduction, betreffend die Uneinigkeit in dem Gräfflichen Hauße Bentheim von der Gräffin zu Bentheim an den Kayſer, Chur- und Fürſten und Stände des Reichs zu Beſchützung ihr und ihrer, Gräfflicher Kinder, &c. ausgeſchrieben, Amſtelodami 1679. 4.* Iu qua deductio cauſſa Comitiſſæ de Benthem contra maritum ipſius, ratione filiorum ſuorum ex hoc legitimo matrimonio natorum, quibus abiudicare volueruut Comitatum Benthemenſem, agitur. Gallico etiam ſermone prodiit *abbregé du Manifeſt de Madame la Comteſſe de Bentheim contenant l' hiſtoire des differens de cette famille la: iuſtifiant l' innocent procedé de la dite Dame & ſon legitime mariage, & maintenant l' droit d' avoir a heritage Paternel la Comtè de Bentheim &c. pour Meſſieurs les ieunes Comtes ſes fils, à la Haye 1679. 12.* Sic etiam extat *IOANNIS PAGENSTECHERI oratio de vita & morte Arnoldi, Comitis*

mitis in Bentheim, Steinfurti 1606. 4. Comitum Benthemenſium eſt Comitatus Tecklenburgicus. Singnlare de eodem habemus ſcriptum *GERHARDI ARNOLDI RUMPII, Bremæ 1672. 4* quo præter ſtatum geographicum, ſucceſſionem etiam Comitum & præcipuos miniſtros deſcribit. Lippienſis hiſtoria deſcribitur in *IUSTINI LIPPIENSIS Lippiflorio, ſ. poëmate de primordiis Comitatus Lippienſis, & rebus geſtis aliquot Comitum Lippienſium. HERMANNUS de LERBECKE Chronicon Schauenburgenſe* edidit, *Mindenſe, Lippienſe.* Vtraque ſcripta in opere Meibomiano extant. *IOANNES PIDERITIUS* edidit *Chronica Comitatus Lippiæ*, in quibus etiam agit *von Aſcenas Geſchlechte, Quintilii Vari Niederlage, Witikindi und Caroli M Kriegen, Rinteln 1627. f.* Ad hiſtoriam Rantzouianam facit *PETRI ALBINI Wipertus, ſ. Origines Rantzouianæ, Wittebergæ 1588. 4. HENRICI ERNSTII genealogia Rantzouiana, Soræ 1646. 8. ALBERTI LOMBIERI deſcriptio hæreditarii Rantzouiorum prædii ab Henrico Rantzouio inſtaurati & in arcis ſublimitatem eductі, Islebiæ 1593. 4* & *PETRI LINDENBERGII hypotypoſis arcium, palatinorum &c. Henrici Rantzouii, 1591. 4. NICOLAI REUSNERI* prodierunt *anathemata, ſeu aræ ſepulcrales familiæ Salmenſis, Argentorati 1586. 8.*

§. VII.

Weſtphalici ſcamni eſt Comitatus Oldenburgicus, ad cuius hiſtoriam præ cæteris facit HERMANNI HAMMELMANNI *Oldenburgiſches Chronicon, d. i. Beſchreibung der uhralten Graffen qon Oldenburg und Delmenhorſt, von welchen die iezigen Könige von Dennemarck herſtammen, 1599. f,* quod multa fide atque induſtria ſcriptum eſt. Hunc autem cum in multis refutaret VBBO EMMIUS, ad mandatum Ioannis, Comitis Oldenburgici *apologiam pro Hammelmanno* ſcripſit GEBHARDUS GISEKENUS, *Lemgouiæ 1600. 4.* Commendat quoque Hammelmannus varia Chronica quibus vſus fuerit: HENRICI WOLERI, IOANNIS SCHIFHOVWERI, IOANNIS von HARNE & LAURENTII MICHAELIS, ſed in manuſcripto adhuc latent ſingula. IOANNES IVSTVS WINCKELMANNUS *arboretum Genealogicum* ſcripſit *Heroum Europæorum ex vnica Oldenburgica familia, & quidem a Dieterico Fortunato defluentium, Oldenburg 1664. f.* IOANNES PAVELSEN *de familia regali & ducali domus Oldenburgicæ* ſcripſit, *Lubecæ 1657. 12.* Ad hiſtoriam Delmenhorſtenſem facit *Nachricht was wegen des Hauſſes Herr-und Grafſchafft Delmenhorſt zwiſchen*

denen

ſlenen erſten Erbauern und uhralten Beſitzern den Grafen von Oldenburg und Delmenhorſt, und dem Ertz-Stifft Bremen und deſſen Ertz-Biſchoffen, wie auch dem Stifft Münſter und deſſen Biſchoffen vorgangen, ſamt ietziger Beſchaffenheit: Neben angehängten catalogis aller Erz-Biſchoffen zu Bremen, wie auch aller Biſchoffen zu Münſter von 300 Jahren her, und einer Stamm-Taffel der Graffen von Oldenburg und Delmenhorſt, 1665. 8.

§. VIII.

Ad hiſtoriam Ciuitatum Imperii im-nediatarum facit primum *kurtzer doch ründlicher diſcurs über die emporgehende Fra-e, ob die alten Reichsvogteyen dieſer Zeit bey 'en Reichs-Städten mit berechtigten Fug, und es heil. Römiſchen Reichs verhoffender Wohl-ihrt wieder an und zu Werck gerichtet werden llen und können oder nicht.* In hoc tracta-ı auctor, quisquis ſit, non ſolum offi-ium præfectorum imperii, quod olim fuit, x hiſtoriis erudite declarat, ſed etiam pro-at, quod ciuitates imperiales eodem ac rincipes modo autonomiam adeptæ fue-nt, cum antea æque ac Principes Impe-ıtoribus addictæ. Contra hunc tracta-ım alius edidit: *Beſtändige und wohlgegrün-:te Wiederlegung eines über die in den Reichs-'ädten von Alters herkommende Reichs Vo-*

Ss 2 gteyen

gteyen in Druck ausgeſprengten diſcurſus, ſo viel darinnen die Vogtey der Stadt Augſpurg zum vermeynten exempel in unterſchiedlichen Stellen angezogen wird, 1643. 4, in quo iura epiſcoporum in ciuitates ſuas metropoles, licet liberæ extendit, & iura ciuitatum maxime ſupprimit. Contra hunc prodiit *gründlicher hiſtoriſcher Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen, bey denen Erb-Frey-und Reichs-Städten, wie auch bey denen hohen und andern Stifften und Clöſtern, Stutgard* 1655. 4, cuius auctorem communiter faciunt DANIELEM HEIDERUM. Hic non ſolum notabilem eſſe differentiam declarat inter præfectos & aduocatos, ſed etiam in iura ciuitatum imperialium inquirit. Egregius eſt tractatus PHILIPPI KNIPSCHILDII *de Ciuitatum Imperialium iuribus ac priuilegiis* qui *Vlmæ* 1687. *f* editus, pleniſſime rem Ciuitatum tractauit, ad ſingulas etiam ciuitates deſcendit, quas ordine alphabetico perſequitur, harumque originem, hiſtoriam, iura, immunitates, priuilegia & ſtatum reliquum recenſet. Reliquos, qui iura ciuitatum Imperialium pertractarunt, perceniſuimus in Bibliotheca Iuris capite vndecimo §. XIX.

§. IX.

Quod ſi de ſpecialibus vrbibus Ger-man-

maniæ ſcriptores conſideramus, ſuperius iamdum inter Scriptores de epiſcopatibus plures recenſuimus, cum multæ epiſcopatibus ſint nexæ: reliquos hic loci conſiderabimus. In Circulo Franconico Norībergæ vrbs eſt, de qua habemus *ERASMI MICHAELIS LÆTI de Republica Noribergenſi* libros IV, ad ſenatum ſermone ligato conſcriptos, *Francofurti 1574. 4.* *CONRADI CELTIS de origine, ſitu, moribus & inſtitutis Noribergæ* libellum, qui cum operibus Bilibaldi Pirckheimeri extat. *HELII EOBANI HESSI Noribergam illuſtratam* carmine heroico, *Francofurti 1564. 8.* *MICHAEL ROTENBECK epitaphia Noribergenſia* collegit *Noribergæ 1622.* *SIGISMUNDUS BETULIUS* edidit *Friederfreuete Teutonie von den Friedens-Vergleich zu Nürnberg, 1652.* Sed ſingula hæc minoris ſunt momenti. Præſtat omnino *CASPARIS SAGITTARII hiſtoria antiqua Noribergæ, Ienæ 1679. 4*, qua non ſolum nomen & originem ſed etiam hiſtoriam vrbis vsque ad annum 1190 erudite deducit. Operoſus in huius vrbis hiſtoria eſt *IOANNES CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS* in Commentatione *de Sacri Romani Imperii libera ciuitate Noriberga, Altdorfii 1697. 4.* In huius priori parte nomen, ſitum, incrementa, immunitatem & prærogatiuas, in

altera vero controuerſiam, quæ a ducentis prope annis inter Marchiones Brandenburgicos, tanquam Burggrauios Noribergenſes, & ipſam Rempublicam fuit agitata, exponit, ſed defenſorem potiſſimum patriæ ſuæ agit. Subnexa eſt diſſertatio *de phonaſcis Germanorum, von Meiſterſängern.* Ad hiſtoriam academiæ Altorfinæ facit *Actus promulgationis priuilegiorum vniuerſitatis Altorfinæ Noricæ indulgentiſſime confirmatorum & amplificatorum feſto ſolenni Petro-Paulino 3 Kal. Iulii CIↃ IↃCXCVIII celebratus.* Acceſſit *renuntiatio Doctorum Theologiæ prima, cum programmatum & actionum gratiarum auctario, Altdorfi 1698. 4* quo hiſtoria & progreſſus academiæ Altdorfinæ deſcribitur.

§. X.

Francofurtenſis vrbs ad Mœnum deſcribitur a IOANNE FRIDERICO FAVSTO ab Aſchaffenburg *in der Stadt Francfurt Herkunfft und Aufnehmen, item Käyſerlichen Wahl und Crönungs-Chronica, Francfurt 1660. 12,* GEBHARD FLORIANS *Chronica der Stadt Francfurt, 1664. 12,* quo potisſimum comitia vel vniuerſalia vel particularia in hac vrbe celebrata deſcribuntur.

§. XI.

Aquisgranum, metropolis regia, Imperialis prodiit *Coloniæ 1614. 4.* Sed præſtat longe

ge *PETRI a BECK Aquisgranum, ſeu hiſtorica narratio de ciuitatis Aquisgranenſis origine & progreſſu, de rebus Caroli præclare geſtis, de ritu coronandi reges Romanorum, Aquisgrani 1622. 4.* Alias extat *IOANNIS NOPPII Acker-Chronica*, quæ Annales & memorabilia in hac vrbe geſta a prima fundatione, vsque ad annum 1630 deſcribunt, additis priuilegiis vrbis atque ſtatutis, *Coloniæ 1632. f.*

§. XII.

Generalem *Sueuiæ topographiam* dedit *MARTINUS ZEILERUS, Francofurti 1643. f* cum *MATTHÆI MERIANI iconibus.* Auctior illa atque emendatior poſtea acceſſit Eiusdem *Chronico paruo Sueuiæ, Vlmæ 1653. 4* quo annales continentur ab anno 503 vsque ad illa tempora, ſed illi leues admodum. In ipſa hiſtoria occurrunt *MELCHIORIS GOLDASTI Scriptores aliqnot veterum rerum Sueuicarum*, partim primum, partim emendatius & auctius editorum, in quibus Sueuorum origo, migratio, regna, Principes, bella, fœdera, religio, monaſteria, ciuitates, Comitatus, Duces, Imperatores, inde ab initio vsque ad Maximilianum I ſumma fide, pro æui illius hiſtoria, memoriæ mandantur, *Francofurti 1605. 4.* Continentur hac collectio-

ne *Anonymi Scriptoris de Sueuorum origine* libellus. *VELLEI GALLI fragmentum de victoria Sueuorum contra Romanos. ISIDORI* Hiſpalenſis *hiſtoria Saeuorum. IOANNIS BOEMI Sueuia HENRICI BEBELII Laudum Sueuorum epitoma. FELICIS FABRI hiſtoria Sueuorum.* Ex recentioribus habemus *ERNESTI GöCKELII* tractatum *de Sacri Romano-Germanici Imperii circulo Sueuiæ, Receſſibusque circularibus, Auguſtæ Vindelicorum 1672. 4.* quo potiſſimum ſtatum politicum, & quem habeat in Imperio, conſiderat. Maximum tamen in Sueuica hiſtoria momentum præbent *MARTINI CRUSII annales Sueuici, Francofurti 1595 f.* Acceſſit *liber paralipomenon, Francofurti 1596. f.* Diligentiſſimus Scriptor eſt, qui perquiſitis monaſteriorum monumentis ſua congeſſit, a Laurentio Friſæo quoque, conſiliario Herbipolitano multa ad ſcribendum ſubſidia accepit & non minima certe vrbium, arcium, monaſteriorum Ducum atque nobilium notitia ex eodem hauritur, licet non deſint nugæ, quas hinc inde immixtas videmus.

§. XIII.

Alſatiæ Topographiam cum aliis quoque nobis dedit *MARTINUS ZEILERUS* cum figuris æri inciſis *MATTHÆI MERIANI Francofurti 1654. f. HELISÆUS RöSLINUS*

edidi

edidit *des Elſas und gegen Lotharingen gräntzenden Wasgauiſchen Gebürgs Gelegenheit und Comitäten in Victualien und Mineralien, Straßburg 1593. 8.* Non ſolum naturam locorum, ſed etiam thermas Alſatiæ atque antiquitates perquirit, licet in illis potior ſit, quam in hiſce. *HERONYMI GEBUILERI* extat *panegyris Carolina* cum notis, in quibus Alſatia & Argentoratum deſcriptione illuſtrantur, *Argentorati 1641. 4.* In hiſtoria primum occurrunt *Dominicanorum Colmarienſium Faſti*, continentes Alſaticarum rerum Annales, & vberiorem enarrationem atque extant in tomo ſecundo rerum Germanicarum Vrſtiſii. In hiſtoria recentiori præcipuum eſt *BERNHARDI HERTZOGS Chronicon Alſatiæ, Straßburg 1592. f.* & *IOANNIS IACOBI CHIFFLETII Alſatia vindicata, Antvverpiæ 1650. f.* qua Alſatiam iure proprietatis & protectionis Regi Catholico vindicare voluit. Plures huc facientes Scriptores ſuperius de rebus Argentoratenſibus adduxi. De Wetterauia extat *WENRICHI WETTERMANNS hiſtoriſcher Bericht von der Wetterau, Rheingau, Lohngau, Heyrich und andern an das Fürſtenthum Heſſen angräntzenden Laendern, Franckfurt 1608. 4.*

§. XIV.

Weſtphaliæ deſcriptionem plures de-

derunt. *IOANNES GOES opuſcula varia de Weſtphalia*, eiusque doctis aliquot viris collegit atque edidit *Helmſtadti 1668. 4.* Continentur iisdem *DAVIDIS CHYTRÆI oratio de veteris Saxoniæ prouincia ampliſſima, quæ Weſtphalia nominatur.* Eiusdem *epiſtola ad Henricum Meibomium. HERMANNUS HAMMELMANNUS de vita Hermanni Buſchii. HENRICUS MEIBOMIUS de vita Hermanni Tulichii. IUSTI LIPSII quatuor de Weſtphalia epiſtolæ*, quibus multa inſunt in opprobrium gentis Weſtphalicæ. *IOANNIS DOMANNI ſcriptum pro Weſtphalia, contra Lipſium. IUSTI LIPSII quatuor de Weſtphalia epiſtolarum aliqualis excuſatio. NATHANAELIS CHYTRÆI oratio de vita & obitu Arnoldi Burenii. IOANNIS CASELII ad Ioannem Reccium epiſtola*, in qua laudat aliquot viros, non vulgari doctrina præditos, nationis Weſtphalicæ. *IOANNIS GOES ad Dauidis Chytræi de Weſtphalia orationem adnotata. REINERI REINECCII epiſtolæ duæ de Wittekindo M.* Eiusdem *appendix de Angriuaria, Angarii oppido, & ibidem Wittekindi M monumento*, cum animaduerſionibus Ioannis Goes. Eiusdem *de patria ſua, oppido Steinhemo, ditionis Paderbornenſis commentariolus*, Eiusdem *de vita ſua ad Henricum Meibomium narratio.* Præter hos *WERNERUS ROLEWINCK*

LEWINCK de Weſtphalorum, ſeu antiquorum Saxonum ſitu, moribus, virtutibus & laudibus ſcripſit, *Coloniæ 1639. 12.* *IOANNES NEOWALDUS* commentarium *de antiquis Weſtphaliæ colonis, Osnabrugæ 1664, 4.* *IOANNES IUSTUS WINCKELMANNUS notitiam hiſtorico-politicam veteris Saxo-Weſtphaliæ IV libris abſolutam, Oldenburgi 1667. 4.* *HERMANNUS STANGEFOL annales circuli Weſtphalici* edidit *Coloniæ 1656. 4.* *NICOLAUS SCHATENIUS hiſtoriam Weſtphaliæ* edidit *Neubuſii 1690. 4.* In hac non ſolum de origine gentis agit, ſed etiam tribus partibus totum opus diſtinxit, quarum priori Weſtphaliam Romanam, altera Francicam & Saxonicam, tertia Weſtphaliam chriſtianam perſequitur, atque in hac parte præcipua eſt, licet non in omnibus perfecta.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

DE

SCRIPTORIBUS HISTORIÆ HELVETICÆ.

§. I. *Scriptores qui ad chorographiam Helvetiæ faciunt.*

faciunt. §. *II. Scriptores generalis hi-ſtoriæ Heluetica.* §. *III. Scriptores qui ad ſtatum politicum Heluetorum faciunt.* §. *IV. Scriptores hiſtoriæ Baſileenſis.* §. *V. Scriptores hiſtoriæ Rhætica, monaſterii S. Galli & Geneuenſis.*

§. I.

INter Scriptores rerum Helueticarum primo loco veniunt memorandi, qui topographiam deſcripſerunt. MARTINI ZEILERI *topographia Heluetiæ, Rhætiæ & Valeſiæ*, cum appendice & figuris MATTHÆI MERIANI prodiit *Francofurti 1672. f.* Breuis tantum eſt IOANNIS CASPARIS STEINERI *kurtz deutliche Grundzeichnung des alt teutſchen Spartierlandes, das iſt Schweitzerland, Rothweil 1680. 12.* qua non ſolum ſtatus antiquus & initia fœderis, ſed etiam ſingulorum pagorum confœderatorum deſcriptio chorographica continetur. Gallico ſermone extat *deſcription des Cantons, villes, Bourgs &c. du pais de Suiſſes avec les figures & cartes, à Paris 1635. 4.* In Schardii tomo primo reperitur HENRICI LORITI GLAREANI *Heluetiæ deſcriptio*, cum quatuor Heluetorum pagis & commenta-

io *Osdwaldi Molitoris*. CONRADI TVRTII librum *de ſitu confœderatorum*, *ſeu deſcriptionem Heluetiæ* cum adiuncta tabula topographica inter Msta Bibliothecæ Ambroſianæ indicat Lambecius. GILBERTVS BVRNETVS *itinerarium* ſuum per Heluetiam & Italiam atque aliquot loca Galliæ & Germaniæ gallice primum edidit *1687. 12.* ſed germanice verſum prodiit *Lipſiæ 1687. 12.* Diutius hæret in rebus Helueticis, ex quibus ea maxime, quæ præ aliis ſunt memorabilia, narrat. IOANNIS IACOBI GRASSERI *Itinerarium hiſtorico-politicum* ex Francofurtia vrbe, per celebriores Heluetiæ & regni Arelatenſis vrbes in vniuerſam extenditur Italiam, *Baſileæ 1624. 8.* in quo Heluetorum vrbes breuiter deſcribuntur.

§. II.

Alii vero hiſtoriam Heluetorum deſcribere ſibi propoſuerunt. IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS quidem *methodum legendi hiſtorias Helueticas* inter alia opuſcula propoſuit *Tiguri 1654 8.* Introductionis loco in Heluetorum Hiſtoria eſſe poſſunt IOSIÆ SIMLERI libri duo *de Heluetorum republica, pagis, fœderatis, ſtipendiariis oppidis, præfecturis, fœderibus tum domeſticis, eorumque origine ac legibus, tam externis*

ternis, pagorumque ſingulorum priuata reipublicæ ratione, Pariſiis 1577. 8. Origo non ſolum cuiuslibet pagi, ſed etiam potiora Heluetorum bella atque hiſtoriæ vsque ad Caroli V imperium exponuntur, idque iuſta ratione ac debita fide. Germanice etiam prodiit *Tiguri 1645. 8.* Recentior eſt IOANNIS BAPTISTÆ PLANTINI *Heluetia antiqua & noua, Bernæ 1656. 8,* qua Heluetorum antiquitates, origines, nomina, mores, lingua antiqua, religio, politia, virtus bellica, antiquiora Heluetiæ loca, & populi Heluetiæ finitimi deſcribuntur. Inſtitutum plane diuerſum habet a Simlero, cum generalem Heluetiæ hiſtoriam potius deſcribat, ad vrbium deſcriptionem faciat. Gallice hæc verſa prodiit *Geneuæ 1666. 8.* Eximii ſunt FRANCISCI GVILLIMANNI *de rebus Heluetiorum ſ. antiquitatum libri V, Friburgi 1598. 4.* Inter Chronica Heluetica germanico idiomate exarata habemus PETERMANN ELTERLEINS *Chronica der löblichen Eydgenoſſenſchafft, Baſel 1507. f.* MICHAELIS STETTLERI *annales oder Beſchreibung der vornehmſten Geſchichte, ſo ſich in Heluetia nach Erbauung der Stadt Bern in Nichtland zugetragen bis anno 1626, Bern 1627. f.* Sed præſtat ſingulis IOANNIS STVMPFII *Hiſtoria Heluetorum*, quæ germanice ſcripta pro-

rodiit *Tiguri 1548. f.* Inſignis eſt & rara, cet in rebus antiquioribus communes hronicorum errores erret. IOANNIS IENRICI SVICERI *chronologia Heluetica* rodiit *Hanouiæ 1602, 4.* BILIBALDI IRCKHEIMERI *hiſtoria belli Heluetici* ſub Maximiliano I geſti a prima ſua origine ſque ad annum 1498 deſcripta extat in omo tertio Frehero.

§. III.

Ad ſtatum politicum Heluetorum fa- it *Heluetiorum Reſpublica* variorum aucto- um, *Lugduni Batauorum 1628. 12* inter Elze- irianas. Germanicum ſcriptum extat ub titulo: *der groſſe Heluetiſche Bund, Nori- bergæ 12.* *Le Mercure Suiſſe*, qui prodiit *1634.* 8. Explicatur in eodem ſtatus antiquior, demqne cum eo qui illis temporibus fuit, confertur. Præcipue vero recenſentur omnia iſta, quæ occaſione belli Sueco Ger- manici apud Helueticos fueruut geſta, & certe multa continet quæ memoratu digna. Aliquot ante annos prodiit *das entlarvete Schweitzerland, 1680. 12.* Continetur hoc ſcripto quid Heluetis interſit cum Gallo, atqne proponitur fore, ipſos plane a Gal- lis circumcludi. Hinc etiam extat *ordent- liche Beſcreibung, wie die nachtbarliche Bünd- nüs und Vereinigung der Städte Zürich, Ba- ſel,*

ſel, Strasburg anno 1588 iſt erneuert, Strasburg 1588. 4.

§. IV.

Præcipuus Heluetorum pagus eſt Baſileenſis, qui etiam epiſcopatu clarus eſt. Habemus autem præcipuum ſcriptorem CHRISTIANUM VRSTISIUM, cuius *epitome hiſtoriæ Baſileenſis* vna cum epiſcoporum catalogo prodiit *Baſileæ* 1577. 8. Cum eodem edita eſt ÆNEÆ SYLVII *epiſtola*, Baſileæ deſcriptionem continens. Eidem quoque *chronicon Baſileenſe* debemus germanice ſcriptum atque editum. Præterea habemus PETRI RAMI orationem *de vrbe Baſilea*. IOANNIS GEORGII GROSSII habemus *Basler Chronica, oder Summariſchen Begriff aller denckwürdigen Sachen, ſo ſich von anno 1400 bis 1624 in una beyder Stadt Baſel zugetragen.* Præter hæc ſcripta IOANNIS RUDOLPHI GLAUBERI *Nachtigal, ſ. Hiſtoriſche Beſchreibung der Straffen, mit welchen Gott der Herr die Stadt Baſel heimgeſucht, Baſel* 1618. 8. Collegium Bruntrutanum ſcripſit *Baſileam ſacram, ſ. epiſcopatum & epiſcoporum Baſileenſium ſeriem, Bruntruti* 1658. 4. IOANNIS GEORGII GROSSII habemus *vrbis Baſileæ epitaphia & inſcriptiones, Baſileæ* 1622. 8 continuata a *Ioanne Tonjola, Baſileæ* 1561. 8. SIMON GRYNÆUS edidit

didit *Baſileenſium monumentorum antigrapha*, *ignitii 1602. 8.* Ad Tigurinorum hiſtoriam acit IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *ſpeculum Helvetico-Tigurinum*, *Tiguri 1665. 12*, iusdemque *ſchola Tigurinorum Carolina*, *f.* *demonſtratio*, *ſcholam Tigurinam a Carolo M. deducendam*, *Tiguri 1664. 4*, LUDOVICUS AVATERUS *de ritibus & inſtitutis eccleſiæ Tigurinæ* ſcripſit *Tiguri 1586. 8.* IOANNES IACOBUS HULDRICUS *de religione antiqua & catholica S. Felicis, & S. Regulæ protomartyrum Tigurinorum*, *Tiguri 1628. 4.*

§. V.

Inter Heluetorum confœderatos eſt quoque Rhætorum Reſpublica. In Schardii tomo primo extat ÆGIDII TSCHEUDI *de priſca ac vera Alpina Rhætia*, *cum cætero Alpinarum gentium tractu deſcriptio.* FRANCISCUS NIGER quoque *Rhætiam* ſcripſit. HULDERICUS CAMPELLUS *de Rhætia antiqua & Alpina* ſcripſit, *d. i. ausführliche Beſchreibung der löblichen Graubünder und anderer Rhätiſchen Völcker*, *ſamt etlichen neuen Landtaffeln*, *Wapen und Bildnüſſen an Tag gegeben durch Iohann Gulern von Windeck*, *Zürich 1617. f.* FORTUNATUS SPRECHERUS ſcripſit *Rhætiſche Chronica*, *oder kurtze und wahrhaffte Beſchreibung Rhætiſcher Kriege*

 und

und Regiments-Sachen; *Baſel 1676. 4.* CAROLI PASCHALII *legatio Rhætica* prodiit *Pariſiis 1620. 8*, quod ſcriptum eſt prudentiſſimum. Præcipue vero huc facit GABRIELIS BUCELINI *Rhætia ethnica, Romana, Gallica, Germanica, ſacra & profana, Auguſta Vindelicorum 1666. 4.* Ad fani S. Galli hiſtoriam plures continentur Scriptores in Goldaſti ſcriptoribus rerum Alemannicarum, RATBERTI liber *de diuerſis caſibus monaſterii S. Galli in Alemannia.* EKKEHARTI Iunioris & BURCKHARDI monachi liber *de iisdem caſibus.* CONRADI FABARIA *catalogus Abbatum, qui præfuerunt monaſterio S. Galli, cum adnotationibus Bertholdi monachi.* IOACHIMI VADIANI *chronologia abbatum monaſterii S. Galli, cum notationibus ex vetuſtis membranis.* WALAFRIDI STRABI *de vita B. Galli, confeſſoris libri II.* Eiusdem *liber de vita S. Othmari, abbatis.* ISONIS Magiſtri liber *de miraculis S. Othmari Abbatis.* S. THEODORI Eremitæ *de vita S. Magni libri II, ab Ermenrico Elwangenſi monacho emendati & diſtincti cum eiusdem ſupplemento.* Anonymi ſcriptoris *hiſtoria de vita S. Findani Confeſſoris.* HEPIDANI *de vita S. Wiboradæ virginis & martyris Chriſti libri II.* EKKEHARDI Minimi liber *de vita B. Notkeri Balbuli.* *Anonymi hiſtoria S. Fridolini Confeſſoris,*

feſſoris. Ad Geneuenſem hiſtoriam facit *SALOMONIS CERTONIS Geneua reſtituta*, 1655, 4 quæ oratio eſt ſecularis in iubilæum Geneuenſis reformationis in qua hiſtoria ab initio deſcribitur. In idem iubilæum theologice fuit commentatus in tractatu, quem inſcripſit *La Genevois iubilant, a Geneve* 1635. 4. In Freheri tomo tertio Scriptorum rerum Germanicarum extat CAMILLI GILINI *Commentarius de expeditione Maximiliani* Italica, & deſcriptione Teliniæ vallis & lacus Larii.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMVM.

DE SCRIPTORIBVS RERUM ITALICARUM.

§. I. *Scriptores qui antiquum Italiæ ſtatum deſcribunt.* §. II. *Scriptores qui ad geographiam recentiorem Italiæ faciunt.* §. III. *Scriptores de origine Italorum & primis colonis.* §. IV. *Scriptores rerum Italicarum coniunctim editi a Schotto & Grauio.* §. V. *Scriptores reliqui hiſtoriæ*

Italicæ ſeparatim editi. §. VI. Scriptores qui ad ſtatum Italiæ politicum faciunt. §. VII. Scriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ Italicæ. §. VIII. Scriptores de illuſtribus Italorum familiis. §. IV. Scriptores de vrbe Roma. §. X. Scriptores hiſtoriæ Pontificum Romanorum. §. XI. Scriptores hiſtoriæ Rauennatenſis, Bononienſis, Spoletanæ & Anconitanæ, territorii papalis. §. XII. Scriptores hiſtoriæ Mediolanenſis. §. XIII. Scriptores de ſtatu geographico Neapolitano. §. XIV. Scriptores hiſtoriæ Neapolitanæ. §. XV. Scriptores hiſtoriæ regni Siciliæ & adiacentium Inſularum. §. XVI. Scriptores qui ad geographiam Sabaudiæ & Ducatus Pedemontani faciunt. §. XVII. Scriptores hiſtoriæ Sabaudicæ. §. XVIII. Scriptores de rebus Etruſcis. §. XIX. Scriptores hiſtoriæ Florentinæ & Senenſis. §. XX. Scriptores hiſtoriæ Mantuanæ. X. XXI. Scriptores hiſtoriæ Parmenſis, §. XXII. Scriptores hiſtoriæ Principum Ateſtinorum & Mutinenſium. §. XXIII. Scriptores hiſtoriæ Principum Mirandolæ & Concordiæ. §. XXIV. Scriptores de vrbe Venetiarum. §. XXV. Scriptores hiſtoriæ Venetæ. §. XXVI. Scriptores qui ad hiſtoriam & ſucceſſionem Ducum Venetorum faci-

faciunt. §. *XXVII. Scriptores qui ad particularem Venetorum hiſtoriam faciunt.* §. *XXVIII. Scriptores qui ad ſtatum politicum Venetorum faciunt.* §. *XXIX. de auctore libri : Scrutinium libertatis Venetæ, eiusdemque refutatoribus,* §. *XXX. Scriptores qui ad ſtatum eccleſiaſticum & controuerſiam Venetorum cum Paulo V faciunt.* §. *XXXI. Scriptores hiſtoriæ Patauinæ & Veronenſis.* §. *XXXII. Scriptores hiſtoriæ Geneuenſis.* §. *XXXIII. Scriptores de republica Raguſa, S. Marino & Lucca.*

§. I.

EX Germania per Holuetos pergimus in Italiam, ad cuius deſcriptionem Geographicam plures faciunt. *Italiam antiquam* deſcripſit PHILIPPVS CLVVERVS, *Lugduni Batauorum 1616. f*, qua non ſolum ſtatum generalem, ſed etiam ſingularem prouinciarum, qualis ſub Romanis fuit, deſcribit. ATHANASII KIRCHERI *Latium* prodiit *Amſtelodami 1671. f.* in qua etiam ſtatum & politiam veteris Latii declarat. Alias extat ABRAHAMI ORTELII *Italia*

antiqua, Antwerpiæ 1595. f qui ſolum ad vrbium deſcriptionem facit.

§. II.

In recentiori Geographia occurrit IO. ANTONIUS MAGINUS, qua *nouam totius Italiæ deſcriptionem* dedit, *Arnhemi 1617. 4.* NICOLAVS REVSNERVS libros duos *de Italia, Argentorati 1588. 8.* PHILIPPI BRIETII habemus *parallela Geographica Italiæ, Pariſiis 1649. 4.* LVDOVICI GVICCIARDINI *deſcriptionem Italiæ, Amſtelodami 1616. 12* qui ad vrbes potiſſimum facit. Sed præcipue æſtimari debet LEANDRI ALBERTI *deſcriptio totius Italiæ*, quæ primum italicæ prodiit *Bononiæ 1550. 4*, poſt latine verſa per *Guilielmum Kyriandrum, Coloniæ 1567. f* in qua continetur ſitus Italiæ, origo & ciuitatum caſtellorumque dominationes, cum priſcis & recentibus nominibus, conſuetudinibus populorum, regionum conditionibus, & hominum in ea illuſtrium. Montes, lacus, flumina, fontes, balnea, mineræ cum mirabilibus ſingulorum operibus. Cum tamen hodie multa fuerint immutata, non amplius ſufficit. IODOCI HONDII *Italia, Amſtelodami* prodiit *1678. 4* nec tamen ſine næuis eſt. Sed præſtat hiſce MARTINI ZEILERI *Itinerarium Italiæ nou-antiquæ, oder Reiſe-Beſchrei-*

ſchreibung durch Italien, *cum figuris ære inciſis Matthæi Meriani*, *Francofurti 1640. f.* Hoc opus ob vrbium deſcriptiones, quas prolixas habet, atque figuras elegantes eſt æſtimandum. Sed accuratiſſimum eſt ſcriptum, quod occaſione præſentis belli in Italia editum eſt ſub titulo: *Schauplaz des Krieges in Italien, oder accurate Beſchreibung der Lombardey, worinnen der Hertzogthümer Meyland, Savoyen, Piemont, Montferrat, Parma, Modena und Mantua, auch derer Republiquen, Venedig, Genua, und Lucca, auch anderer kleiner Fürſtenthümer alte und neue Hiſtorie, Geographie und Staatsverfaſſung aufs genaueſte entworffen wird, nebſt denen Grundriſſen der Städte, Leipzig 1702. 8.* Prolixius tamen & maxime eſt æſtimandum in geographicis. Alii vero fuerunt qui Italiæ itineraria dederunt. IOANNIS HENRICI a PLAUMERN *Mercurius Italicus hoſpiti fidus per Italiæ præcipuas regiones & vrbes dux*, *Auguſtæ Vindelicorum 1600. 8.*, atque explicat quæ in quamuis vrbe viſa ſunt digna. *Italiæ breuis & accurata deſcriptio*, *Vltraiecti 1650. 12*, deſcribit etiam vrbes præcipuas, & quid in quauis viſu dignum. ANDREÆ SCHOTTI *itinerarium* italice prodiit, *Vicentiæ 1638. 4.*, in quo ſecundum diuerſa itineraria procedit, palatia publica, & quod potiſſimum

eſt ritus, qui hinc inde obſeruantur, deſcribit. Sic etiam prodierunt *deliciæ Italicæ*, in quibus etiam memorabilia Italiæ deſcribuntur, *Francofurti 1609. 12.* AUDEBERTI *voyage d' Italiæ, Pariſiis 1656. 8.* HIERONYMI CAPUGNANI *itinerarium Italiæ, Vincentiæ 1601. 8.* IOSEPHI FüRTENBACHII *itinerarium Italiæ, Vlmæ 1637. 4.* In hiſtoria Heluetica iamdum commendauimus IOANNIS IACOBI GRASSERI & GILBERTI BURNETI *itineraria.* Aeſtimari præ cæteris debet FRANCISCI de SEINE *noueau Voyage d' Italie, à Lyon 1699. 12,* quo non ſolum continetur omnium italiæ prouinciarum, vrbiumque deſcriptio accurata, viarum publicarum deſignatio & memorabilia, quæ viſu in eadem ſunt digna, vt indicis loco eſſe poſſit illis, qui ob Iubilæum Romæ celebrandum Italiam tum temporis adibant. IACOBUS TOLLIVS *in inſignibus itinerarii Italici, Traiecti ad Rhenum* edidis *1696. 4* varia quæ antea inedita ex bibliothecis Italiæ depromta, imprimi curauit.

§. III.

In generali Italiæ hiſtoria primum occurrunt Scriptores, qui de origine atque antiquitatibus Italorum ſcripſernnt. EDMVNDVS DICKINSONVS diatriben edidit

dit *de Noa aduentu in Italiam, Oxonii 1655. 8 & Lipſiæ 1670. 8.* PETRUS LEO CASELLA *de primis Italiæ colonis* fuit commentatus & Tuſcorum origine, ac Republica Florentina, *Lugduni 1606. 8.* Vt taceam Scriptores illos, qui de origine Romanorum & primis Italiæ colonis fuerunt commentati, de quibus iamdum capite quarto §. II diximus. Nec repetemus ſcriptores illos, qui ſtatuas, inſcriptiones, aliaque antiquitatis monumenta, quæ apud Italos reperiuntur, deſcripſerunt atque explicarunt, quos iamdum in ſyntagmate antiquitatum Romanarum in parte generali §. XIV recenſuimus.

§ IV.

In hiſtoria primum occurrunt *Scriptores rerum Italicarum* iunctim editi cura ANDREÆ SCHOTTI, *Francofurti 1605. f* apud Wæchelios. Sed, cum non omnes, nec præcipuos in hoc opere abſoluerit Schottus, nec præſtantiores ſemper editiones fuit ſecutus, præſtat omnino *Theſaurus Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ, mari Liguſtico & Alpibus vicinæ: quo continentur optimi quique Scriptores, qui Ligurum & Inſubrium, ſeu Genuenſium & Mediolanenſium confiniumque populorum ac ciuitatum res antiquas, aliasque vario tempore geſtas memoriæ*

prodiderunt: collectus cura & ſtudio IOANNIS GEORGII GRÆVII. Acceſſerunt variæ & accuratæ tabulæ Geographicæ, aliæque, vt & Indices ad ſingulos Tomos locupletiſſimi, Lugduni Batauorum 1704. f tribus Tomis. Initium fit a *GVILIELMO BARRIO de laudibus Italiæ*, qui ſtatim præfationi eſt ſubiunctus. Primi autem Tomi pars prior, continet *PETRI LEONIS CASSELLÆ de primis Italiæ colonis librum. GAUDENTII MERULÆ de Gallorum Ciſalpinorum antiquitate ac origine libros tres, nouis adnotationibus expoſitos & auctos BONAVENTURÆ CASTILLIONÆI de Gollorum Inſubrum antiquis ſedibus librum. VBERTI FOLIETÆ Hiſtoriæ Geneuenſis libros XII* auctiores & emendatiores. Poſterior pars comprehendit *VBERTI FOLIETÆ Clarorum Ligurum elogia, iuxta poſtremam editionem Romæ 1577*, cæteris auctiorem & emendatiorem. Eiusdem *coniurationem Ioannis Ludouici Fliſci, Tumultus Neapolitanos, Cædem Ludouici Franeſii, Placentiæ Ducis, ex vniuerſa hiſtoria rerum Europæ ſuorum temporum: de ſacro fœdere in Selimum libros IV.* Eiusdem *varias expeditiones in Africam, cum obſidione Melitæ.* Eiusdem *opuſcula nonnulla varii argumenti: nempe de ratione ſcribendæ hiſtoriæ, Tiburtinum Hippolyti Cardinalis Ferrarienſis, BRUMANIUM*

ſiue

ſiue de laudibus vrbis Neapolis, & alia. IACOBI BRACELLI *de bello, quod inter Hiſpanos & Geneuenſes ſeculo ſuo geſtum libros V*, cum diplomate miræ antiquitatis tabellæ in agro Geneuenſi repertæ. IACOBI BONFADII *annalium Geneuenſium ab anno MDXXVIII vsque ad MDI, libros V*, in lucem editos *Bartholomæo Paſchetto*. HIERONYMI de MARINIS *Geneuam, ſiue dominii, gubernationis, potentiæ, dignitatis, Sereniſſimæ Reip. Geneuenſis compendiariam deſcriptionem*. PETRI BIZARI *perbreuem diſſertationem de vniuerſo Reip. Geneuenſis ſtatu & adminiſtratione*. Denique *Reipublicæ Genuenſis leges nouas* a Legatis Summi Pontificis, Cæſaris & Regis Catholici, in quos per Rempublicam collata fuerat auctoritas, conditas & Genuæ d. XVII Martii 1567 publicatas a *Petro Bizaro*. Acceſſerunt tabula ænea Galliæ Ciſalpinæ & maxime Ligurum, Liguriæ ſiue ſtatus Reip. Genuenſis, vrbis Genuæ, ciuitatis Tiburis, proſpectus portus Ericis, vna cum adiacentium monumentis, Vberti Folietæ effigies. Index coloniarum virorum domi militiæque illuſtrium, vt & rerum terra marique geſtarum maxime memorabilium. Alter Tomus continet ANDREÆ ALCIATI *rerum Patriæ, ſeu hiſtoriæ Mediolanenſis libros*

IV.

IV. TRISTANI CALCHI *Mediolanenſis hiſtoriæ patriæ libros XX*, cum notis *Ioannis Guilielmi Calaueroni.* Eiusdem Triſtani *reſidua, h. e. Hiſtoriæ Patriæ librum XXI & XXII aliaque opuſcula de nuptiis Principum Mediolanenſium*, e bibliothaca Lucii Hudriani Cottæ eruta, ſtudio & opera *Ioannis Petri Puricelli*, qui ſuum etiam illis indicem familiarum & epitomas adiecit. IOSEPHI RIPAMONTII *Hiſtoriæ Patriæ libros XXIII* ab anno MCCCXIII, cum libris octo continuationum, in quibus res quas geſſit Philippus II tam Mediolani, cum in eius ditionem redigeretur, quam alibi exponuntur. GALEATII CAPELLÆ *de bello Mediolanenſi* librum, ſeu de rebus in Italia geſtis pro reſtitutione Franciſci Sfortiæ II, Mediolanenſium Ducis, ab anno MDXXI vsque ad MDXXX, cum variis figuris æniis. Tertius Tomus continet GEORGII MERULÆ *antiquitates Vicecomitum.* PAULI IOVII *vitas duodecim Vicecomitum, Mediolani Principum*, ſingulorum veris imaginibus illuſtratas. IOANNIS ANTONII CASTELLIONÆI Mediolanenſes *antiquitates* ex vrbis parœciis collectas, ichnographicis ipſarum tabulis, recentibus rerum memoriis, variis eccleſiaſticis ritibus auctas & illuſtratas. BERNARDI SACCI *hiſto-*

hiſtoriæ Ticinenſis libros X, IOANNIS CHRYSOSTOMI ZANCHI *de Orobiorum, ſiue Cenomanorum origine, ſitu, ac Bergomi rebus antiquis* libros tres. IOANNIS BAPTISTÆ VILLANOVÆ *Laudis Pompeiæ, ſiue Laudæ vrbis hiſtoriam*, quam ex Italico in latinum ſermonem tranſtulit *Alexander Duckerus* : OTTONIS MORENÆ *hiſtoriam rerum Laudenſium*, cum notis & emendationibus *Felicis Oſii*. ERYCI PUTEANI *Hiſtoriæ Ciſalpinæ* libros duos, quibus continentur res, potisſimum circa Lacum Larium a Io. Iacobo Medicæo geſtæ. ALEXANDRI DUKERI *Comi vrbis hiſtoriam & deſcriptionem*. CAMILLI GHILINI, *deſcriptionem Lacus Larii & vallis Tellinæ*. PAULI IOVII *deſcriptionem Lacus Larii, ſiue Comenſis*. GALEATII CAPELLÆ *de bello Muſſiano librum adoptiuum*. LUDOVICI CAVIATELLI *Cremonenſes annales* auctiores & emendatiores. VMBERTI LOCATI *de Placentinæ vrbis origine, ſucceſſu & laudibus* ſerioſam narrationem, cum multis vrbium & virorum clarorum figuris æneis. Collectio eſt ſumtuoſi oris; præſtantisſimorum atque rariorum Scriptorum, maxime talium, qui ad Liguriæ hiſtoriam faciunt, in quorum tamen collectione non vbique certum ordinem eſſe obſeruatum videmus,

mus; alias Bibliothecæ Italicæ nomen mereretur. Plures adhuc tomos addere promiſit Bibliopola. Optima ſunt inter hæc ſcripta VBERTI FOLIETÆ, quæ hiſtorice vere ſtylo & iudicio ſunt elaborata, cuius hiſtoriam poſtea haut minori elegantia continuauit Bonfadius. Triſtenus, Ripamontius & Merula in rebus Mediolanenſibus minimi non ſunt, aſt ſine adlegata auctoritate ſcribunt. Caſtellionæi antiquitates Mediolanenſes magis ad chriſtianas quam Romanas antiquitates faciunt. Reliqui in particulari hiſtoria varia narrant memorabilia, niſi quod in antiquioribus nonnunquam cum Annio & eiusdem farinæ hominibus nugentur.

§. V.

Præter hoſce reperiuntur alii, qui ad vniuerſalem Italiæ hiſtoriam faciunt. HIERONYMVS BRIANVS *hiſtoriam Italiæ* ſcripſit italice, *Venetiis 1624. 4.* ERYCIVS PVTEANVS *hiſtoriam Inſubricam*, quibus irruptiones Barbarorum in Italiam continentur, *Louanii 1630. f* recuſam. FLAVIVS BLONDVS præter alia ſcripta quæ in antiqua Romanorum hiſtoria edidit, ſcripſit quoque *Hiſtoriarum ab Imperii Romani inclinatione, libros XXXI*, quos in tres decades diuiſit, qui cum reliquis eiusdem

dem operibus prodierunt, *Baſileæ 1559. f.* Deſcribit in eadem Italorum, Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, Saracenorum, Germanorum, Gallorum, Hiſpanorum, aliorumque populorum geſta. Eiusdem eſt *Italia illuſtrata*, in qua non modo regiones & vrbes, ſed alias etiam res, inprimis quæ ſequiori tempore in Italia notabiles deſcribit. Hanc cum egregiis *CAROLI SIGONII libris XX de Occidentali Imperio*, aliisque *de regno Italiæ*, quibus hiſtoriam Imperatorum atque Italiæ vsque ad Rudolphi Habsburgici tempora deſcripſit, capite nono §. I iamdum recenſuimus. *IOSEPHI RICCII* habemus *rerum Italicarum ſui temporis narrationes*, quibus omnia bella, euenta, notabiles caſus continentia, quæ ab anno 1613 vsque ad 1653 in Italia fuerunt geſta deſcribuntur. *Venetiis 1655. 4* aſt ſine fide. Neque meliores ſunt *HIERONYMI BRUSONIS hiſtoriæ memorabiles*, quibus continentur bella in Italia geſta ab anno 1635 ad 1655, italice *Venetiis 1656. 4* Præſtant omnino *FRANCISCI GVICCIARDINI Hiſtoriarum ſui temporis* libri XX, quos ex Italico in latinum ſermonem tranſtulit *Cœlius Secundus Curio*, *Baſileæ 1566. f.* Grauis eſt Scriptor atque prudens, qui bella apud Italos ab anno 1490 vsque ad 1532 geſta,

geſta, multa fide deſcribit. Ad hiſtoriam totius Europæ, Italiæ vero potiſſimum faciunt Memoriæ recondite VICTORII SIRI. Huius *Mercurio* primum editus tredecim voluminibus, hiſtoriam ab anno 1641 ad 1649 deſcribit. Cuius primus & ſecundus tomus *Geneuæ 1649. 4*, tertius *Lugduni 1652. 4*, quartus & quintus *Caſalis 1655. 4* & ſic porro prodierunt. Hiſce poſtea addidit *Memoire recondite dall anno 1601, ſino al 1640, 1677. 4* quatuor voluminibus, quibus omnis hiſtoria egregie euoluitur. Magnam prudentiam præ ſe ferunt hæc ſcripta, atque egregiam rerum Italicarum notitiam, atque ideo inter pragmaticos laudem habet præcipuam. MICHAEL COCCINIUS *de rebus geſtis in Italia, Tubingæ 1512. 4* bella ſub Carolo V geſta deſcribit. *Memoires divers concernant les derniers guerres d'Italie*, prodierunt *Pariſiis 1669. 12*.

§. IV.

Ad ſtatum politicum totius Italiæ faciunt præcipue tractatus varii *de principatibus Italiæ, Lugduni Batauorum 1631. 24*, à THOMA SEGETHO collecti, quibus præcipue regimen atque adminiſtratio deſcribitur. GREGORIUS LETI italico ſermone ſcripſit *de Italia regnante, Geneuæ 1676.*

12, in

12, in qua non ſolum generalem Italiæ hiſtoriam deſcribit, de populis & Principibus agens, ſed etiam de incolarum ratione atque numero, academiis & viris præcipuis, qui in iisdem clarent. De *Italiæ ſtatu antiquo & nouo contra Machiauellum* egit THOMAS BOZIVS, *Coloniæ 1595.* IOANNES GAILLARDVS anglice ſcripſit *de præſenti ſtatu prouinciarum & Rerum publicarum Italiæ*, *Londini 1669. 12.* LVDOVICI RVDOLPHINI de SABLONETA tractatus *de origine, dignitate ac poteſtate Ducum Italiæ*, prodiit *Argentorati 1624. 4. Hetruſcæ Pietatis Origines* FRANCISCI MARIÆ FLORENTINI poſthumum Opus eſt a *Mario Florentinio* filio editum, *Lucæ 1701. 4*; in quo tractatu primam Hetruſcorum conuerſionem, Petri & ſociorum peregrinationes, Paulini aduentum in Hetruriam, Neronis perſecutionem & ſimilia hiſtoriæ eccleſiaſticæ antiquioris perſequitur. FERDINANDVS VGHELLVS *Italiam Sacram* ſcripſit, ſiue de epiſcopis Italiæ & inſularum adiacentium, rebusque ab iis præclare geſtis ad noſtram vsque ætatem, in XX prouincias diuiſam. Nouem tomis conſtat hoc opus, quorum Tomus primus *Romæ 1642*, Tomus ſecundus, Tertius, Quartus, & Quintus prodierunt *Romæ. 1645. f.*

Reliqui Tomi *1648. f.* Hoc opere omnia epiſcoporum Italiæ geſta prolixe ſatis exponit, ſed ſæpius nimium papizat,

§. VII.

Ad eccleſiaſticam quoqne Italiæ hiſtoriam ſpectat domus Lauretana fabulis fictisque miraculis celebratisſima. Ex pontificiis quidem *HIERONYMUS ANGELITA* edidit *hiſtoriam translationis ædiculæ S. B. Mariæ*, quæ Loreti ſeruatur, italice *Macerata 1579.* quem continuauit *VICTORIUS BRIGANTIUS 1602. 8. MARCI LIMÆ narratio translationis ſacræ domus Lauretanæ in Picenum*, ſ. hiſtoriæ Lauretanæ compendium græca vulgari lingua prodiit *Romæ 1648. 12. De domo Lauretana* italice ſcripſit *ANTONIUS SALTUS, Macerata 1654. 8 & SILVIUS SERAGLIUS, Macerata 1655. 8. Lauretanam hiſtoriam* libris quinque expoſuit *HORATIUS TURSELLINUS, Moguntiæ 1597. 8* quos Hiſpanice vertit *Ioannes Roxas, Madriti 1609. 4* & anglice *Thomas Pricius, Audomari 1608. 8. IOANNES de BURGOS diſcurſus panegyricos* edidit *de domo Lauretana*, cum auctario ad Turſellinum, vsque ad annum 1659. hiſpanice, *Madriti 1671. f. FELICIS MARIANELLI perſtricta relatio arcana domus Lauretanæ* prodiit *Firmii 1650. 4.* Ex Turſellino atque

atque aliis *Hiſtoriæ Lauretanæ* libros duos conſcripſit *BARTHOLOMÆVS CASSIVS, Romæ 1617. 8. NICOLAVS BRALION* gallico ſermone *hiſtoriam domus Lauretanæ* ſcripſit, *Pariſiis 1665. 8*, quo non ſolum ipſam domum prolixe deſcribit, ſed etiam translationis hiſtoriam narrat. De *miraculis Mariæ Lauretanæ* egit *RAPHAEL RIERA, Maceratæ 1573. 8.* Cum autem ex Proteſtantibus eſſent, qui omnia falſa eſſe probarent, erant, qui ipſis ſe opponerent. *PETRUS PAULUS VERGERIUS* primus erat, qui de Idolo Lauretano ageret quod ſcriptum eſt italice, ſed latine verſum prodiit *1554. 4*: ſed *FRANCISCUS TURRIANUS* contra eiusdem capita argumentorum *reſponſionem* dedit, *Ingolſtadii 1584. 4.* Idea *Idolum Lauretanum MATTHIAS BERNEGGERUS* cum exponeret *Argentorati 1619. 4*, reſpondet eidem *PETRVS RUESTIUS in apologia pro Deiparæ virginis Mariæ Cameræ & Hiſtoria, Coloniæ 1625.*

Quidquid tamen ſit, valent adhuc argumenta Vergerii atque Berneggeri. Secutus hoſce fuit *CHRISTIANVS KORTHOLTVS de domo Natzarena Lauretana* in diſquiſitionibus Anti-Baronianis, *Coloniæ 1677. 4.* Haud ita pridem apud nos prodiit *IOANNES GERHARDI MEVSCHENS Madonna & Santa Caſa di Loretto, oder die liebe Frau und*

 das

das heilige Hauß zu Loretto, *Francofurti 1703. 8*, vbi non ſolum ipſam domum Lauretanam, ſed etiam eiusdem theſauros, miracula atque peregrinationes deſcribit.

§. VIII.

Ad illuſtres Italorum familias facit primum *IACOBI WILHELMI IMHOFII Hiſtoria Italiæ & Hiſpaniæ genealogica*, *Norbergæ 1701. f.* Deſcribitur in eadem Stemma Deſiderianum ab ima radice cum ſuis ſtirpibus ac ramis vnde Italiæ & Hiſpaniæ Reges Proceresque exegeſi hiſtorica perpetua illuſtratur, inſigniumque iconibus exornatur. *Hiſtoriam familiæ Spinolæ* ab origine ſua, vsque ad ſeculum XVI italice ſcripſit *MAXIMILIANVS DEZA*, *Placentiæ 1694. f.* *Columnenſium Proceres*, *Imagines & Memorias nonnullas* hactenus in vnum redactas expoſuit Abbas *DOMINICVS de SANTIS*, *Romæ 1675. 4.* *ANTONIVS de GRASSIS* edidit *Maurocena Megaloprepeia ſeu Mauroceniadum Faſtorum libros decem*, in quibus gentile Sereniſſimæ domus Maurocenæ Hypomnema continetur, *Venetiis 1682. 8.* Egregii vero Venetorum Herois *Franciſci Mauroceni geſta* expoſuit *IOANNES GRATIANVS*, Bergomenſis, *Patavii 1688. 4.*

§. IX

§. IX.

A Generali hac Italiæ hiſtoria progredimur ad Specialem, in qua Romana hiſtoria primum occurrit. In hac Scriptores de vrbe Roma veniunt conſiderandi. Tacemus iam illos, qui antiquitates atque opera magnifica dictæ vrbis deſcripſerunt, de quibus alio forſan loco, in antiquitatum Romanarum continuatione pergendum erit. Ad ſtatum antiquum æque ac recentiorem facit *ALEXANDRI DONATI Roma vetus & noua* quæ prodiit *Romæ 1639. 4*, dein *Amſtelodami 1694. 4.* qui vrbis partes, opera & ornamenta, monumentaque potiora, non ſolum figuris nitidis expreſſit, ſed etiam eruditis commentariis illuſtrauit. Abſolutior tamen æque ac ordinatior in ſtatu antiquo eſt *FAMIANI NARDINI Roma vetus* octo libris conſtans, italice primum edita, poſt auctoris mortem cura *Octauii Falconerii*, poſt a *Iacobo Tollio* latine verſa, & theſauro Græuiano inſerta. Scriptum quod hac in parte reliquis omnibus præſtat, & commentarii loco eſt in Publii Victoris & Sexti Ruffi libros de regionibus vrbis Romæ. Licet in eodem emendat nliquas *FRANCISCVS DESFYNE.* Hic enim edidit *deſcription de la ville de Rome a Lyon 1690. 12.* Hoc ppus tripartitum eſt, cuius

prior pars Romam antiquam, altera Romam nouam, tertia ipſum regimen papale conſiderat, atque omnem aulæ Romanæ hierarchiam. Proficuum maxime erit iis, qui Romam peregrinantur, quo accuratam habeant Romæ antiquæ atque hodiernæ deſcriptionem. Elegans quoque & commendanda eſt ex Danis *OLAI BORRICHII de antiqua vrbis Romæ facie* diſſertatio compendiaria, qua breuiter quidem, aſt accurate vrbem Romam ſecundum quatuordecem regiones diuiſam, compendii inſtar, cognoſcendam præbet, vt iis qui Romam viſendi cauſa adeunt, non poſſit non eſſe magno adiumento: Prodiit *Hafniæ 1687. 4. IOANNIS THEODORI SPRENGERI Roma noua* prodiit *Francofurti 1667. 12.* In qua non ſolum agit de ſtatu & potentia Pontificis, Cardinalibus & variis Romanorum ritibus, ſed etiam de ſitu, palatiis, foris, aliisque memorabilibus vrbis Romæ, leuidenſi tamen labore. *CAROLVS FONTANA templum Vanticanum & ipſius originem* deſcripſit *cum ædificiis maxime conſpicuis antiquitus & recens ibidem conſtitutis Romæ 994. f. Hiſtoriam direptæ & expugnatæ vrbis Romæ per exercitium Caroli V Clemente VII Pontifice* deſcripſit *CÆSAR GROLIERIVS, Pariſiis 1637. 4.* ſed nimium fauet parti-

fauet partibus pontificiis. *ANTONIVS BOSIVS Romam ſubterraneam* ſcripſit, quod opus poſthumum italice prodiit diſpoſitum a *Ioanne Seuerano de S. Seuerino*, recognitum ab *Octauio Pico*, *Romæ 1560. 4. & 1632. f.* tractat in eadem potiſſimum de antiquis Chriſtianorum martyrum inprimis, cœmeteriis, & cenotaphiis, quæ in cryptis ſubterraneis Romæ adhuc videntur, eaque figuris expreſſit, varias inſcriptiones, aliaque autiquitatis monumenta addidit, & egregie illuſtrauit. Hunc ſecutus eſt *PAULUS ARINGHIVS*, qui eadem latine verſam edidit *Romæ 1651. f.* Germanice eandem vertit *Chriſtianus Baumannus*, *Arnhemi 1671. 12.*

§. X.

In hiſtoria Pontificum Romanorum, eiusdemque Scriptoribus primum occurrit *LUDOVICI IACOBI a S. Carolo Bibliotheca Pontificia* duobus libris diſtincta: quorum primo agitur ex profeſſo de omnibus Romanis Pontificibus a S. Petro vsque ad Vrbanum VIII, ac de Pſeudo-Pontificibus, qui ſcriptis claruerunt: in ſecundo vero omnibus auctoribus, qui cum in generali, tum in particulari eorum vitas & laudes, nec non præcellentiam, auctoritatemue poſteritati conſecrarunt, *Lugduni 1643. 4.*

Ordinem hic alphabeticum ſeruat in recenſendis Scriptoribus. Secutus eundem fuit *CASPAR SAGITTARIVS*, in introductione ſua ad hiſtoriam eccleſiaſticam capite XXV, qui de hiſtoria Pontificum Scriptores ordine chronologico recenſet; multa ex Ludouico Iacobi ſumſit; ſed varios etiam in eodem errores adnotauit. Antiquiſſimum eſt *DAMASI* pontificale, ſiue de geſtis ſummorum Pontificum liber, licet ex variis Pontificum Romanorum catalogis conflatum potius fuiſſe plerique velint. Seculi noni eſt *ANASTASII hiſtoria de vitis Romanorum Pontificum*, quarum vltima eſt Nicolai I. cum Hadriani II. & Stephani VI. vitas *GVILIELMO* Bibliothecario vtplurimum tribuant. Variæ Anaſtaſii ſunt editiones, e quibus præſtat illa, quæ *Moguntiæ 1602, 4.* facta, adhibitis codicibus Bibliothecæ Heidelbergenſis; cura *Ioannis Buſæi*; *Pariſiis 1620. 4.* ſtudio *Iacobi Sirmondi*, & cum notis *Antonii Dadini Alteferræ*, *Pariſiis 1680. 4.* Plenius de hac Anaſtaſiii Hiſtoria egit *IOANNES CIAMPINIUS in examine libri Pontificialis, ſeu vitarum Romanorum Pontificum, quæ ſub nomine Anaſtaſii Bibliothecarii circumferuntur, Romæ 1688.4.* in quo variis inquirit in verum auctorem libri, maxime dum prior pars hiſtoriæ Anaſtaſio

ſtaſio abiudicetur. Hic autem Anaſtaſius rudi licet ſtylo agat, multa tamen vera ſcripſit & teſtimonia veritatis. Adiectus eſt Moguntinenſi editioni *LIUTHPRANDI* liber *de Pontificum Romanorum geſtis a S. Petro usque ad tempora Formoſi*, Papæ, cuius ſcripti tamen alium auctorem vel monachum Corbeienſem, vel Hirſchfeldenſem faciunt. Simul prodiit *ABBONIS epitome de vitis Pontificum ex Anaſtaſio excerpta*, vtraque ſunt excerpta ex Anaſtaſii vitis. *MARTINI POLONI Chronicon Impp. & Pontificum*, *Coloniæ* prodiit *1616. f.* Breuiarium eſt a variis interpolatum, ſed parui momenti. *PANDULPHUS MASCA*, *Romanorum Pontificum vitas* ſcripſit a S. Petro vsque ad Innocentium III, *Venetiis 1600. 8. BAPTISTA SACCUS*, a loco natali *PLATINA dictus*, *Hiſtoriam de vitis Pontificum Romanorum*, a Chriſto nato ad Pauli II obitum, ſeu ad annum 1481 ſcripſit, quæ variis locis & temporibus edita eſt. Præcipne vero illæ editiones æſtimantur, quæ ſeculo decimo quinto factæ, cum nondum caſtratæ. Hic autem auctor, licet nec vitia Pontificum reticuerit, ſubleſtæ tamen ſæpius eſt fidei. Continuauit Plantinam *ONUPHRIUS PANVINIUS. IOANNES ANTONIUS PETRAMELLARIUS, & ANTONIUS CICARELLUS*,

Vv 5 quo-

quorum continuationes ſimul cum Platina prodierunt *Coloniæ 1626*, 4. Compendium tantum eſt *ROBERTI BARNS de vitis Romanorum Pontificum* a S. Petro, vsque ad Alexandrum III, quod *Wittebergæ* cum Lutheri præfatione prodiit 1536. 8. Continuare illud promiſit, ſi Rex mandauerit, ſed cum ipſe poſtea ob religionem viuus fuerit exuſtus, opns ceſſauit. *IOANNES BALÆVS Romanorum Pontificum acta* vsque ad Paulum IV libris ſeptem complexus, nec tamen ſemper accuratus eſt. Vtrosque, & Barneſium & Balæum recenſuit atque additionibus locupletauit *Ioannes Martinus Lydius*, *Lugduni Batauorum 1615*. 8. Seculo decimo ſexto plures ſunt, qui Pontificum hiſtoriam ſcripſerunt, quos tamen cum non adeo magni ſint momenti, hic prætermittimus. Vnicum adducimus *IOANNEM STELLAM*, qui *de vita & moribus Pontificum*, vsque ad annum 1503 ſcripſit *Venenetiis 1503*. 12. qui ob veritatem æſtimatur. Ex ſuperiori ſeculo *ABRAHAMVS BZOVIVS*, *Pontificem Romanum* in tres domos diſtinctum edidit *Coloniæ 1619*. f. in quo tractatu de præſtantia, officio, auctoritate, virtutibus, felicitate rebusque præclare geſtis ſummorum Pontificum a S. Petro vsque ad Paulum V agit. Breuiarium pontificum

Roma

Romanorum breuiter exhibuit *IOANNES CONRADVS DIETERICVS*, *Gieſsa* 1663. 8. quod breue quidem eſt, ſed ob frequentes, quas facit remiſſiones, locorum communium inſtar, in Papali hiſtoria eſſe poterit. *ANDREAS DUCHESNIVS Romanorum Pontificum vitas* a S. Petro vsque ad Paulum V duobus tomis gallice expoſuit, *Pariſiis* 1616. 12. *ALPHONSVS CIACCONIVS vitas ac res geſtas Pontificum Romanorum & Romanæ eccleſiæ Cardinalium* cum eorundem inſignibus edidit *Romæ* 1601. 4. Continuauit eundem *FRANCISCVS CABRERA*, *ANDREAS VICTORELLVS*, *HIERONYMVS ALEANDER*, *FERDINANDVS VGHELIVS*, *Romæ* 1630. *f.* typis Vaticanis. Tandem *AVGVSTINVS OLDOINVS vitas & res geſtas Pontificum Romanorum & Cardinalium* ab initio ſeculi, vsque ad Clementem IX a Ciacconio deſcriptas recognouit & multa acceſſione adauxit, *Romæ* 1677. *f.* quatuor tomis: Poſt hoſce *IOANNES PALATIVS geſta Pontificum Romanorum* compoſuit, quæ quinque voluminibus conſtant, quorum primum *Venetiis* 1687. quintum 1690 prodiit. Hic autem auctor non tam ad hiſtoriam facit, in qua nihil habet ſingulare, quam ad elogia Pontificum, dum cuiuslibet Pontificis, prioribus ſeculis exceptis imaginem, ſingu-

ſingulari inſcriptione, monogrammate, ſigillis, ſiue inſignibus gentilitiis decorauit, adiectis etiam nummorum atque epitaphiorum figuris; hæc autem adnotationibus illuſtrauit. Numiſmaticam vero Pontificum hiſtoriam explicauit *CLAVDIVS MOLINETVS*, *qui hiſtoriam ſummorum Pontificum* a Martino V ad Innocentium X per eorum Numiſmata explicauit ab anno 1317 ad 1678; *Pariſiis 1679 f.* Cum vero Molinetus non omnia Numiſmata abſoluerit, maiori adparatu illud adhuc egit *PHILIPPUS BONANI*, qui non ſolum multo plura adiecit numiſmata, ſed etiam in variorum rituum explicatione longe maiora præſtitit. Facile foret, vitas particulares diuerſorum Pontificum hic addere, cum tamen iſtæ potius ad hiſtoriam eccleſiaſticam ſpectent, ſolum hic remittere liceat ad B. Sagittarii introductionem capite XXVI quo multa cura vitas haſce particulares deſcribere adgreſſus eſt. Vnicum hic addere liceat *IOANNES FRIDERICI MAYERI de Romani Pontificis electione* commentarium, vna cum acceſſionibus, *Hamburgi 1700. 4.* curioſum eundem atque eruditum. Quantum vero ad Cardinalium Hiſtoriam variosque ritus Pontificales, conſiſtoria, canonizationes atque ſimilia deſcribuntur iſta in libro Italico

lico, qui prodiit ſub hoc titulo: *Il Cardinaliſmo della Santa Chieſa, 1668. 12.* qui poſtea in gallicum ſermonem atque Germanicum, ſub titulo *Cardinals-Hut*, fuit translatus. Nec male adduntur Conclauia pontificum variorum, quæ plerumque hiſtoriam electionis & varias artes in eadem adhibitas exponunt.

§. XI.

Papalis territoiii eſt vrbs Rauennatenſis. Ejusdem hiſtoriam ſcripſit THOMAS THOMÆVS italice, *Rauennæ 1580, 4.* Sed præſtat longe HIERONYMI RVBEI *hiſtoria Rauennatenſis* quæ libris XII conſtat & prodiit *Venetiis 1603. 4.* qua etiam res vniuerſæ Italiæ & præcipue hiſtoria exarchatus optime exponitur. Ad eandem *exarchatus Rauennatenſis* hiſtoriam facit ÆGIDII STRAVGII diſſertatio, *Witteberga 1661, 4.* De *bello Rauennæ* egit HVMBERTVS MONTIS-MOZELANVS, *Pariſis 1573, 8.* De *clade Raunnatenſi a Gallis accepta anno 1512.* MARCELLVS PALONIVS, *Romæ 1513, 8.* Hiſtoriam *ciuitatis Bononienſis* ſcripſit italice CASPAR BOMBACI, *Bononiæ 1668, 4.* Sed præ cæteris æſtimandi veniunt CAROLI SIGONII *de rebus Bononienſibus libri VIII. Francofurti 1605. f.* Eiusdemque *de epiſcopis Bononienſibus* liber, *Bononiæ 1586, 4.* *Ducatus Spoletani*

letani hiſtoriam deſcripſit BERNHARDINVS COMES CAMPELLVS, *Spoleti 1672, 4.* GVILIELMVS SARACIMI *notitiam Ciuitatis Anconæ* dedit *Romæ 1675. f.*

§. XII.

Hiſpania Regem in Italia diuerſas poſſidere prouincias in vulgus notum eſt. In ſuperiori quidem Italiæ parte ſitus eſt *Ducatus Mediolanenſis.* Eiusdem ſtatum geographicum, naruralem & politicum cum ipſa Hiſpaniæ notitia deſcripſit IOANNES ANDREAS BOSIVS, *Helmſtadii 1702. 4.* In Collectione Scriptorum Italicorum, quos ſupra recenſuimus & quidem Tomo ſecundo continentur ANDREÆ ALCCATI *hiſtoriæ Mediolanenſis* libri quatuor. TRISTANI CALCHI *Hiſtoria patriæ libri XX.* IOSEPHI RIPAMONTII *hiſtoriæ patriæ XXIII* cum continuatione. GALEATI CAPELLÆ *de bello Mediolanenſi* liber. Tertius vero Tomus continet GEORGII MERVLÆ *antiquitates Vice-Comitum* PAVLI IOVII *vitas duodecim Vice-Comitum Mediolani Principum* IOANNIS ANTONII CASTELLIONÆI *antiquitates Mediolanenſes*, de quibus iam §. IV. dictum fuit. LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS inter alia anecdota quæ ex Ambroſianæ bibliothecæ Codicibus primus edidit *Mediolani 1698. 4.* tomo ſecundo quoque inſe-

inſeruit IOANNIS de CERMENATE *de ſitu, origine & cultoribus Ambroſianæ vrbis ac de Mediolanenſium geſtis ſub Imperio Henrici VII ab anno 1307. ad 1313.* ex qua inter alia cum Mediolanenſis populi, Vice-Comitum familiæ primordia hauriri poſſunt. Separatim prodiis SALVATORIS VITALIS *Theatrum Triumphale Magnalium Mediolani.* Hoc licet rariſſimum ſit, nullius tamen iudicii eſt ſcriptum. Nec magis æſtimandum eſt ANDREÆ ASSARACI *Chronicon*, a nouiſſimis Sfortiæ temporibus vſque ad Franciſcum, Regem Francorum, *Mediolani 1616. f.* SCIPIONIS BARBVO SONCINO *ſummarium vitæ Ducum Mediolanenſium*, italice, *Venetiis 1574. f.* BERNHARDINI CORICI hiſtoria Ducum Mediolanenſium italice prodiit *Venetiis 1646. 4.* Hoc chronicon eleganti ſermone & debito ſiue iuſto ordine eſt perſcriptum. IOANNES SIMONETA *de rebus geſtis Franciſci Sfortiæ* ſcripſit, *Mediolani 1486, f.* CAROLVS a BASILICA PETRI libros VII. *de vita & rebus geſtis Caroli, Archiepiſcopi Mediolanenſis, Ingolſtadti 1592. 4.* DONATVS BOSSIVS *de epiſcopis & archiepiſcopis Mediolanenſibus, Mediolani 1493. f.*

§. XIII.

Alterum regnum eſt Neapolitanum, de quo gemanico idiomate *delitias Neapolitanas*

tanas dedit HIERONYMVS MEGISERVS, *Lipſiæ 1609. 8.* quibus chorographiam, vrbes, montes, lacus, naturalia & regimen deſcribit. *Neapolis* vrbis ampliſſimæ *deſcriptio noua* prodiit *Amſtelodami 1618. f.* HIERONYMVS TVTLERVS *de peregrinatione & agro Neapolitano* libros duos ſcripſit *Noribergæ 1581. 8.* Noua *deſcriptio regni Neapolitani* italica in lucem edita eſt per EVGENIVM CAROCCIOLVM OCTAVIVM BELTRONVM aliosque auctores recentiores, *Neapoli 1673. 4.* Præ cæteris vero æſtimanda eſt SCIPIONIS MAZZELLIÆ *deſcriptio regni Neapolitani* italice ſcripta & edita *Neapoli 1585, 4.* Scriptum hoc & rarum eſt & egregium, quod ſingularum regni prouinciarum deſcriptionem chorographicam & geographicam exhibet. Præterea coronæ originem, regum ſucceſſionem pontifices & Cardinales & quod maxime æſtimandum eſt Principum quoque, Ducum, Marchionum, Comitum & nobilium familias illuſtrat, horumque inſignia excipiat. VBERTI FOLIETÆ *laudes vrbis Neapoli* prodierunt *Neapoli 1571,* MARCI ANTONII SVRGENTIS *Neapolis illuſtrata, Neapoli 1602. f.* FRANCISCVS de MAGISTRIS ſcripſit *de ſtatu rerum memorabilium tam eccleſiaſticarum quam politicarum, ac ædificiorum ciuitati*

uitatis Neapolitanæ, cum notis Ioſephi de Magiſtris, Neapoli 1681. f. quo non ſolum origo, ſed etiam viſu memorabilia Neapolitanæ vrbis multa cura deſcribuntur. Aprutii veteres incolæ Marſi erant, quorum Hiſtoriam libris tribus expoſuit MVTIVS PHOEBENIVS, *Neapoli 1678, 4.* qua non ſolum Hiſtoriam antiquiorem ſed etiam recentiorem; vrbes, decantatum illum apud veteres lacum Fucinum; familias inſigniores & epiſcopos deſcribit. Pars regni Neapolitani eſt Campania, quam deſcribit ANTONIUS SANFELICIUS, *Amſtelodami 1656. 12.* AMBROSIUS LEO, Nolanus, *de Nola patria & monte Veſuuio* libros tres exarauit, *Venetiis 1514. f.* De eodem monte Veſuuio, eiusdemque incendiis plures egerunt. ANDREAS RIVINUS *tripum Delphicum* ſcripſit *de monte Campaniæ ſummo, eiusque fatidico incendio, Lipſiæ 1631. 4.* Plerique magnum illud incendium anni 1631 deſcripſerunt. Fecit illud VINCENTIUS ALSARIUS CRUCIUS *in Veſuuio ardente* anno 1631 libros duobus; *Romæ 1632. 4.* IOANNES BAPTISTA MASCULUS *de incendio Veſuuiano* anni 1631 libris X, *Neapoli 1632. 4.* BERNHARDINUS GINNARUS *in Hiſtorica narratione incendii Veſuuiani* anni 1631, *Neapoli 1632. 8.* IULIUS CÆSAR RECUPITUS *in nuncio de*

incendio Veſuuiano anni 1631, italice, *Neapoli 1632. 4.* SALVATOR VARO *in hiſtoria incendii Veſuuiani* libris tribus, *Neapoli 1634. 4.* Eiusdem prouinciæ Campaniæ ſunt Puteoli. Præcipua eſt IULII CÆSARIS CAPACII *hiſtoria Puteolana*, *Neapoli 1604. 4* qui etiam *antiquitates Puteolorum* deſcripſit, italice, *Romæ 1652. 8.* De iisdem *antiquitatibus Puteolanis* egit CYRIACUS HERDESIANUS, *Francofurti ad Viadrum 1619. 12* SCIPIO MAZZELLA *de ſitu & antiquitatibus ciuitatis Puteolorum, Baiarum & Pithecuſarum*, italice, *Neapoli 1606. 8.*

§. XIV.

In hiſtoria Neapolitana occurrit *IULI CÆSARIS CAPACII hiſtoria Neapolitana. Neapoli 1807. 4. FALCONIS Chronicon Rerum Neapolitanarum, Neapoli 1626. 4,* GUILIELMU APULIENSIS *Rerum in Italia & Neapolitan regno geſtarum libros V* ſcripſit, *Rothomag 1583. 4.* Præſtant vero ſingulis *PANDULPHI COLLENUTII hiſtoriæ Neapolitanæ libr VI*, qui primum prodierunt italice, *Venetiis 1552. 4* dein in latinum ſermonem transla li per *Nicolaum Stupanum*, *Baſileæ 1572. 4* Neapolitani regni magnitudinem, illuſtre familias, incolas veteres ac nouos, & res in eodem geſtas præcipuas vsque ad Alphon tempora ad annum 1554 maiori induſtria ac fi de quan

de quam arte conſcripſit. Adnotationes & additamenta ad Collenutium ſcripſit italice *THOMAS COSTA*, *Venetiis* 1596. 4. Ad eiusdem continuationem inſeruire posſunt *IOANNIS IOVIANI PONTANI* libri VI *hiſtoriæ Neapolitanæ*, *Roterodami* 1617. 8 quæ vlterius longe progreditur. Poſt huncce *Hiſtoriam vrbis & regni Neapolitani* italice ſcripſit *IOANNES ANTONIUS SUMMONTE*, *Neapoli* 1601. 4 duobus tomis. Elegantiſſimus hic liber eſt, quo originem, ſitum, formam, religionem, gubernandi ſtatum tum priſcum, tum recentiorem, & quod præcipuum eſt, Regum ſucceſſionem, familias, & ſanctos Neapolitanos, res quoque geſtas per temporis ſeriem usque ad annum 1442 eleganter exponit, antiquitates præterea multas illuſtrat. Alias ad *ſucceſſionem Regum Neapolitanorum ab Aragonia* facit *IOANNES ALBINUS*, *Neapoli* 1579. 4. *NICOLAUS de BOTTIS gratias & priuilegia ab iisdem Regibus conceſſa* congesſit italice, *Venetiis* 1588, *CHRISTOPHORUS BESOLDUS ſeriem* ſcripſit *& narrationem rerum a regibus Hieroſolymorum*, *Neapoleos*, *Siciliaeque geſtarum*, *Argentorati* 1636. 12. quam ex potioribus ſcriptoribus congesſit, itque vsque ad Philippi III tempora & annum 1621 deduxit. MICHAEL

RITIUS *de regibus Neapolis & Siciliæ* ſcripſit, *Baſileæ 1517. f.* Ad particularem hiſtoriam facit GALEAZZI GUALDI *Hiſtoire de revolutions & monumens de Naples, à Paris 1654. 4.* Ex Italico eſt traducta, atque motus ſub Maſſianello Gallorum ope motns deſcribit: Gallis tamen nimium fauet. Motus vero qui anno 1647 acciderunt, deſcribuntur in *Memoires de Mr. le Duc de Guiſe, à Paris 1668. 12* quod ſcriptum in Germanicum idioma fuit translatum, ſub titulo: *Denckmahl des Herrn von Guiſe, Franckfurt 1670. 12. Hiſtoria Caroli VIII, ſiue inuaſio regni Neapolitani* ab eodem facta anglice deſcripta eſt *Londini 1672. 4.* Melius item bellum Neapolitanum a Carolo VIII geſtum deſcripſit PHILIPPUS COMINÆUS, quem in latinum ſermonem tranſtulit *Ioannes Sleidanus, Argentorati 1548. 8.* BARTHOLOMÆUS FACIUS *de rebus geſtis ab Alphonſo I, Rege Neapolitano* fuit commentatus, *Lugduni 1560. 4. Vitam Petri Gironis, Ducis de Oſſuna, Proregis regni Neapolitani & Siciliæ, regnante Philippo III*, GREGORIUS LETI deſcripſit italice, *Amſtelodami 1699. 12. De familiis nobilibus Neapolitanis* egit SCIPIO AMMIRATUS, *Florentiæ 1580. f.*

§. XV.

Ad Siciliæ antiquæ ſtatum facit PHILIPPUS CLUVERUS, qui in *Sicilia antiqua*, cum minoribus inſulis eidem adiacentibus, item Sardinia & Corſica præſtat, *Lugduni Batauorum 1619. f.* Hanc in epitomen contraxit *Ioannes Buno, Guelferbyti 1659. f.* Ad hiſtoriam faciunt maxime *Siculatum rerum Scriptores recentes in vnum corpus redacti, Francofurti 1579. f* ex Wæcheliana. Continentur in hoc corpore THOMÆ FAZELLI *Decades Hiſtoriæ Siculæ*, quæ ad Carolum V vsque deducta & hiſtoria præcipua eſt. MICHAEL RITIUS *de Regibus Siciliæ*; quod ſcriptum compendii inſtar eſſe poterit. HUGO FALCANDUS *de rebus geſtis in Siciliæ regno*, qui ad particulares tantum facit. CLAUDII MARII ARETII *Siciliæ deſcriptio chorographica*, & DOMINICI MARII NIGRI *Siciliæ deſcriptio*. In Tomo quarto Hiſpaniæ illuſtratæ extant GAUFREDI MONACHI *libri quatuor de adquiſitione regni Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ per Robertum Guiſcardum & fratres de Normannia, venientes per Dominicum de Portonariis producti*. Eandem Hiſtoriam, qua ratione a Normannis adquiſitum fuerit vtriusque Siciliæ regnum, deſcriptum videmus in libro recentiori cui titulus: *Hiſtoire de l' origine*

gine du Royaume de Sicile & de Naples, contenant les avantures & les conquetes des Princes Normands, qui l'ont etabli, à Paris 1701. 12 quod ſcriptum occaſione præſentis reuolutionis fuit publicatum. FELINI SANDÆI *de Regibus Siciliæ, & nominatim de Alphonſo, Arragonum rege epitome; cura Marquardi Freberi* prodiit, *Hanouiæ 1611.* 4 quæ varios caſus memorabiles breuiter narrat. ALEXANDER Abbas *de rebus geſtis à Rogerio, Siciliæ Rege* ſcripſit *Cæſar Auguſtæ 1578.* 8. IOSEPHI BVONFIGLII *Hiſtoriæ Siciliæ libri decem* prodierunt *Venetiis 1604.* 4 italicè. CONRADVS VECERIVS *de ſeditionibus Siciliæ & rebus geſtis Henrici VII* ſcripſit, *Baſileæ 1532. f.* *De vitis Sanctorum Siculorum* OCTAVIVS CAIETANUS, *Panormi 1657. f.* Hiſtoriam Siculorum numiſmaticam primum explicauit HUBERTVS GOLTZIVS *in Siciliæ & magnæ Græciæ numiſmatibus*, quæ cum commentariis *Ludouici Nonii* prodierunt *Antwerpiæ 1618. f* & *1672. f.* Habemus etiam commentarios PHILIPPI PARVTÆ, qui *Siciliæ numiſmata* publicauit *Panormi 1602 f*, ſed præmatura auctoris mors nobis hæc imperfecta reliquit. Tandem cum leui quodam augmento LEONARDI AVGUSTINI hoc titulo prodierunt: *La Sicilia di Filippo Paruta deſcritta*

con

on medaglie, in Roma 1649. f. *Marcus Maie-us*, Lugdunenſis bibliopola, apud Gal-os, latinam olim Parutæ editionem fuit meditatus, quod etiam aliquando ſuſce-erat *Grauerolus*. Cum vero Paruta varia uoque Panormitanorum numiſmata ſimul xhibuerit, collegit eadem & *annalibus* ſuis *Panormitanis* italice ſcriptis inſeruit, expli-auitque AUGUSTINUS IVVEGES, *Panor-ni 1649. f*, tribus voluminibus.

§. XVI.

Progredimur ad Sabaudicam hiſto-iam, ad cuius chorographiam facit *Ge-genheit und heutiger Zuſtand des Hertzog-hums Savoyen und Fürſtenthums Piemont durch G. D. T. Nürnberg 1690. 4.* Optimum ve-o eſt *Theatrum Sabaudiæ ac Pedemontii* cum guris vrbium, *Amſtelodami 1682. f.* EMA-NUELIS TESAURI *hiſtoria ciuitatis Au-uſtæ Taurinorum*, italice, *Taurini 1679. f.* *Sabaudiæ* vero *Respublica & hiſtoria* prodiit *Lugduni Batauorum 1634. 12* FRANCISCUS AUGUSTINUS ab ECCLESIA ſcripſit *Ca-talogum Scriptorum Pedemontanorum & Sabau-dienſium*, italice, *Taurini 1614. 4* in quo ſin-ulos, qui ſcriptis clari, expoſuit. Eius-em eſt *chronologia Cardinalium*, *Archiepi-*

ſcoporum &c. Pedemontanæ & Sabaudicæ regionis, Taurini 1645. 4. MOREAU edidit *Journal de la Campagne de Piemont ſous le Commandement de Mr. de Catinat, l'an 1690. 1691. à Paris 1691. 12.*

§. XVII.

In hiſtoria Ducum Sabaudiæ occurrunt PAPIRII MASSONI *elogia Ducum Sabaudiæ, Pariſiis 1612. 8.* SAMUELIS GVILIEMI BURGI *Hiſtoire Genealogique de la Royale Maiſon de Savoye, à Lyon 1660. f. Elenchus Comitum & Ducum Sabaudiæ, Amſtelodami 1601. f* & LAMBERTI VANDERBURCHII *Sabaudorum Ducum, Principumque Hiſtoriæ Gentilitiæ libri II, Antwerpiæ 1609. 4.* qui præcipui ſunt. Ad particularem Ducum hiſtoriam facit primum CAROLI IOSEPHI MOROZZI *vita Amadei Ducis Sabaudiæ, Taurini 1616. f. Vitam Emanuelis Philiberti* Ducis Sabaudiæ gallico ſermone ſcripſit DEMONPLEINCHAMP *Amſtelodami 1692. 8.* ALOYSII IUGLARIS habemus *notitiam regiæ celſitudinis Caroli Emanuelis II Sabaudiæ Ducis & inclyti generis, Monachii 1650. f. Arborem gentilitiam Sabaudiæ cum Saxoniæ Ducibus communem* explicauit PHILIBERTUS PINGONIUS, *Auguſtæ Taurinorum 1581. f.* PETRUS MONODUS *de titulo regio debito domui Sabaudiæ* ſcripſit ratione regni Cypri, *Tauri-*

Taurini 1633. f. Eiusdem eſt *diſquiſitio hiſtorica de Regiis coniunctionibus Sabaudiæ & Galliæ, Lugduni 1621. 4. ANTONII FABRI conſultatio de Montisferratenſi Ducatu pro Duce Sabaudiæ contra Ducem Mantuæ, Lugduni 1617. 4.*

§. XVIII.

In hiſtoria Florentina primum occurſunt, qui antiquum Hetruriæ ſtatum qualis olim fuit, deſcripſerunt. *GVILIELMUS POSTELLIUS* quidem *de Etruriæ Originibus, Inſtitutis, religione & moribus* egit *Florentiæ 1551. 4* qui in hac parte æſtimandus. *ATHANASIUS KIRCHERUS Iter Hetruſcum* ſcripſit, quo Hetruriæ cum priſcæ tum poſteræ origo, ſitus, natura deſcribuntur, *Amſtelodami 1675. f,* & quæ præcipua eſt *FRANCISCI CONTARENI Hiſtoria Hetruriæ, ſ. de rebus in Hetruria a Senenſibus geſtis, Venetiis 1623. 4. PETRUS LEO CASSELLA* quoque *de primis Italiæ colonis, ac Tuſcorum origine & de republica Florentina* ſcripſit *Lugduni 1600. 8.*

§. XIX.

In ipſa Hiſtoria Florentina originem ciuitatis Florentiæ italice ſcripſit *VINCENTIUS BORGHINI, Florentiæ 1585. 4. Hiſtoriam antiquam ædificiorum Florentinorum RICORDANUS MALEPSINI, Florentiæ 1568.*

4 & IACOBUS NARDUS *hiſtoriam vrbis Florentiæ* ab anno 1494 ad 1531, 1584. 4. BARTHOLOMÆUS BAPHIUS *de felicitate Florentiæ* ſcripſit *Bononiæ* 1565. 4 FRANCISCUS BOCHIUS *de elegantia ciuitatis Florentiæ*, *Florentiæ* 1591. 8. Eiusdem eſt *de illuſtribus Florentinis* tractatus, *Florentiæ* 1607. 4. Omnem vero *hiſtoriam Florentinam* ab anno 80 vsque 1402 libris XII italice ſcripſit LEONHARDUS ARETINUS, *Venetiis* 1560. *f.* Quod poſtea in latinum ſermonem tranſtulit SIXTUS BRUNO, *Argentorati* 1610. *f*, quo etiam res in Italia geſtæ tractantur. Neque tamen in omnibus officium boni hiſtorici adimplerunt; cum inteſtina odia & ciuiles diſcordias atque mala, quæ inde enata reticerent vel diſſimularent. Huic iungenda eſt POGGII Florentini *hiſtoria Florentina* quæ inter opera eius extat, *Baſileæ* 1538. *f.* SCIPIONIS AMIRATI *Hiſtoria Florentina* libris XX deſcripta extat italice, *Florentiæ* 1580. *f.* & 1647. *f.* IOANNIS MICHAELIS BRUTI *Florentinæ Hiſtoriæ* libri tres, *Lugduni* 1562. 4. PETRI BUONINSEGNI *Hiſtoria Florentina*, *Florentiæ* 1581. 8. Aeſtimanda præ cæteris eſt NICOLAI MACHIAVELLI *hiſtoria Florentina*, qua ſtatus liberæ Reipublicæ Florentinorum magna libertate deſcribitur, prodiit italice inter opera eius, *Franco-*

Francofurti 1550. 4 gallicè, *Amſtelodami 1696. 12.* Iſti vero omnes Florentinorum hiſtoriam, potisſimum, dum libera erat reſpublica, deſcribunt. Ad hiſtoriam Medicæam autem faciunt ERYCII PUTEANI *hiſtoriæ Medicææ libri duo*, *Antwerpiæ 1634. 12*, quibus potiſſimum ea, quæ a Ioanne Iacobo Medicæo ſtrenue geſta exponuntur, BARTHOLOMÆI SCALÆ ſcripta *de hiſtoria Florentinorum* ex Bibliotheca Medicæa edidit *Oligerus Iacobæus*, quibus acceſſit *vita Vitaliani Borrhomæi*, *Romæ 1677. Hiſtoire Secrete de Florence* ab VARILLASIO edita eſt *Pariſiis 1686. 12.* Florentinorum vrbs eſt *Sena*, de cuius antiquitate ſcripſit CÆSAR ORLANDIUS, *Francofurti 1600. 8.* ORLANDUS MELAVOLTI ſcripſit *Hiſtoriam Senarum* ab origine ciuitatis vsque ad annum 1555, *Venetiis 1599. 4.* AUGUSTINI DATHI tractatus *de rebus Senenſium* prodiit inter opera eius, *Francofurti 1503. 8.* EVGENIVS vero GAMMVRINI ſcripſit *Hiſtoriam Genealogicam familiarium nobilium in Hetruria & Vmbria*, *Florentiæ 1678. f* quæ ſingularis eſt.

§. XX.

In hiſtoria Mantúana habemus BA-

PTI-

PTISTÆ SACCI, vulgo dicti PLATINÆ *hiſtoriam* inclytæ *vrbis Mantuæ & familiæ Gontzagæ a Petro Lambecio* editam *Vindobonæ 1674. 4* quæ optima eſt. *Genealogiam Ducum Mantuenſium* italice deſcripſit CÆSAR CAMPANA, *Mantuæ 1590. 4.* Alias ANTONII POSSEVINI *Gontzagorum, Mantuæ & Montisferratenſis hiſtoria, Mantuæ 1670. f.* FRANCISCI NIGRI *diſquiſitio de ducatu Mantuæ pro Carolo Duce, Francofurti 1629. 4.*

§. XXI.

Hiſtoriam Ciuitatis Parmenſis & deſcriptionem fluminis Parmæ libris VIII dedit BONAVENTURA ANGELUS, italice, *Parmæ 1591. 8.* HUMBERTUS LOCATUS *de Placentiæ origine, ſucceſſu & laudibus* ſcripſit *Cremonæ 1564. 4.* PETRUS MARA CAMPUS *hiſtoriam eccleſiaſticam Placentiæ*, italice & WILHELMI DONDINI *hiſtoria de rebus geſtis Alexandri Farneſii in Belgio, Noribergæ 1677. 4. Familiam Roſſorum Parmenſium* deſcripſit VINCENTIUS CARRARIUS, *Rauennæ 1583. 4.*

§. XXII.

Ad hiſtoriam Ducum Mutinenſium facit IOANNIS BAPTISTÆ PIGNÆ *Hiſtoriæ Principum Ateſtinorum*, quæ libris VIII italice ſcriptis prodiit, *Venetiis 1577. f* atque ad an-

ad annum 1476 vſque eſt deducta; *Ferrariæ 1596. f.* Germanice poſtea prodiit interprete *Tiburtio Dreyfeldero, Moguntiæ 1580. f.* Hic liber licet in Italicis rebus egregius ſit, in Germanicis tamen rerum Brunſuicenſium originibus, de quibus agit, haut adeo eſt accuratus. IOANNES BAPTISTA GIRALDUS *hiſtoriam Principum Ateſtinorum* ſcripſit *Florentiæ 1556. 8* italice. FRANCISCI BERNI habemus *hiſtoriam Heroum domus Ateſtinæ. De laudibus Franciſci I Eſtenſis, Ducis Mutinæ* ſcripſit HERCULES MATTIOLIUS, *Mutinæ 1659. 4. Ideam Principis Chriſtiani in Franciſco I Eſtenſi, Duce Mutinenſi* propoſuit DOMINICUS GAMBERTVS, *Mutinæ 1659. f.* IOANNES BAPTISTA BONACOSSUS *de laudibus Herculis Eſtenſis II, Ferrariæ Ducis* egit, *Venetiis 1555. 4.*

§. XXIII.

Ad *hiſtoriam Principum Mirandolæ atque Concordiæ* facit IOANNES BAPTISTA GVARNOPIUS *de nobili Picorum familia, Venetiis 1574. 4.* *VRGALINUS VERINUS de Comitibus Concordiæ, Venetiis 1576. 8.*

§. XXIV.

A principibus Italiæ pergimus ad Reſpublicas, inter quas palmam merito ſua habent Veneti. Plures quidem ſunt, qui ſitum vrbis

vrbis atque territorium Venetorum deſcripſerunt. *FRANCISCI SANSOVINI* quidem habemus *Venetia Citta nobiliſſima & ſingulare deſcritta in XIIII libri, cum additamentis Ioannis Stringæ, Venetiis 1604. 4.* In quo ſcripto templa, palatia publica cum ſuis ornamentis, inſcriptionibus & figuris, conſuetudines, habitus, politia & hiſtoria Principum deſcribuntur. *MARCUS ANTONIUS SABELLICUS* quidem de *ſitu & apparatu vrbis Venetæ* egit *Francofurti 1600. f.* *LEONICI GOLDIONI Opus de mirabilibus & notabilibus vrbis Venetæ*, italice *Venetiis 1624.* Germanico idiomate prodierunt *Viridarii Adriatici Elyſia, oder Luſthaus der Republic Venedig, Augſpurg 1687. 12* cum figuris.

§. XXV.

Ab hiſce progredimur ad Scriptores Hiſtoriæ Venetorum, inter quos extat *FLAVII BLONDI* liber *de origine & geſtis Venetorum, Baſileæ 1559. f.* *BERNHARDI IUSTINIANI de origine vrbis Venetorum, rebusque a Venetis geſtis* liber, *Venetiis 1534. f.* *PETRI IUSTINIANI hiſtoria rerum Venetarum* ab vrbe condita ad annum 1575 deducta eſt, atque prodiit cum appendice opuſculorum variorum, *Argentorati 1611. f.* ſed ob ſtudia partium minus æſtimatur. *PETRUS BEMBUS* qui XII libris *hiſtoriam Venetam*

per

per XLVIII annos a bello Rhætico vsque ad Leonis X tempora exponit, prodiit primum latine *Venetiis 1551. 4.* Ob hiſtoriam eſt commendandus, licet alias ſtylo nimium vtatur adfectato, & quandoque in patriæ gratiam ſcribat. *IOANNIS BAPTISTÆ VERI rerum Venetarum libri IV*, breue tantum præbent compendium hiſtoricum, *Amſtelodami 1644. 12* licet non inelegans ſit per annales deductum, nec deſunt, qui eiusdem auctorem faciunt *IOANNEM RHODIUM*, Danum. *NATALIS COMITIS hiſtoria Veneta* prodiit *Argentorati 1622. f.* ſed non adeo accurata eſt. *MARCI ANTONII SABELLICI hiſtoria Veneta* prodiit italice ſcripta atque edita *Venetiis 1668. 8* hiſtoriam ab origine vsque ad bellum Rhæticum deſcribit: poſt latine verſa inter opera extat, quam Bembus continuauit. Italico ſermone proſtat *PAULI PARUTÆ hiſtoria Venetiana*, *Venetiis 1645. 4*, quæ incipit a temporibus ligæ Catholicæ, & anno 1513 vsque ad Cyprum inſulam a Turcis ereptam & annum 1573 pergit, idque cum ipſi hiſtoriæ patriæ ſcribendæ cura demandata erat, multa induſtria. *IOANNIS NICOLAI DOGLIONI hiſtoria Veneta*, *Venetiis 1598. 4. & 1662. 12.* *PAULI MOROSINI hiſtoria ciuitatis & Reipublicæ Veneta*, *Venetiis 1637. 4.* *De origine Venetorum*

italice

italice fuit commentatus *NICOLAUS ZENUS, Venetiis 1588. 8.* Sed in hiſtoria Veneta ſingulis præſtantior eſt *BAPTISTÆ NANI hiſtoria Reipublicæ Venetæ, Venetiis 1679. 4* & gallice verſa per *Abbatem Tellemantium. Pariſiis 1679. 12.* Hac quidem ſibi propoſuit deſcribere bella Venetorum cum domo Auſtriaca & Hiſpanis, Turcis etiam: immo adſcendit quoque ad tempora Henrici IV. Singulas igitur reuolutiones magna cum grauitate deſcribit, ita vt præcipua negotia Europæ intermiſceat atque characteres Regum & miniſtrorum iuſte exponat.

§. XXVI.

Alii vero hiſtoriam atque ſucceſſionem Ducum Venetorum nobis reliquerunt. *PETRI MARCELLI, SYLVESTRI GIRELLI & HENRICI KELNERI* tractatus *de vita & rebus geſtis Ducum Venetorum* vsque ad annum 1574, prodiit *Venetis 1574. 8. LEONIS MATINÆ icones Principum Venetorum* prodierunt *Patauii 1659. f. NICOLAI REUSNERI liber Principum & Ducum Venetorum, Lauingæ 1587. 8.* Sed præſtant omnino *IOANNIS PALATII Faſti Ducales*, Anafeſto I ad Syluestrum Valerium, Venetorum Ducem *Venetiis 1696. 4.* qui in hac recenſione optimus eſt. Germanico idiomate

mate prodiit liber ſub titulo. *Der Venetianiſchen Herzoge Leben, Regierung und Abſterben von dem erſten Paolo Lucio Anafeſto an, bis auf Marcum Antonium Giuſtiniani, Nürnberg 1686. 12.* ſed vulgaria ſunt. Ad vitam Caroli Contareni facit. *L' Orizonte della fama racconto hiſtorico della vita del Sereniſſimo Carolo Contarini, in Venetia 1662. 4. IOANNIS GRATIANI vitam Franciſci Mauroceni Patauti 1688. 4.* ſuperius iam expoſuimus. *ANTONII STELLÆ* vero *elogia Venetorum naualli pugna illuſtrium* prodierunt *Venetiis* 1558. 8.

§. XXVII.

Alii ad hiſtoriam Venetorum particularem faciunt. *BARTHOLOMÆUS FACIVS* quidem *de bello Venetorum Clodiano* fuit commendatus *Lugduni 1560. 8. ANTONIVS MARIA GRATIANVS de bello Cyprio* ſcripſit *Noribergæ 1661. 12.* Ante hunc de eodem bello Cyprio egit *PETRVS BIZARVS, Antvverpiæ 1583, 8. & IOANNES ANTONIVS GUARNERIUS, Bergomi 1597. 4* Germanico idiomate illud expoſuit *IOANNES VILHELMUS NEUMAYERUS in bello Cyprio, d. Beſchreibung des Krieges, vvelchen der Groß-Türck Selim vvieder die Venetianer in der Inſul Cypern geführet von anno 1570 bis 1573. ANDREÆ MAUROCENI Hiſtoria Veneta* ab anno 1521

no 1521 vsque ad 1615. deducta prodiit *Venetiis 1623. f.* atque inter præcipua hiſtoriæ Venetæ ſcripta eſt numerandum, *MICHAEL FOSCARINUS in hiſtoria Reipublicæ Venetæ*, quam italico ſermone expoſuit 1696. 4. hiſtoriam vltimi belli, quod cum Turcis geſtum fuit, deſcripſit, eandemque vsque ad 1690 deduxit, ita vt breuiter quoque bellum ob Candiam inſulam geſtum exponat. Huc faciunt etiam ſcripta italica: *Succesſi dell' armi Veneti in Levante, Venetiis 1686. 8. Hiſtoria dolla Venete Guerra in Levante ſotto la condotta del Meroſini, del Locatolli, Vinetia 1695. 4. Frammenti Hiſtorici della Guerra in Dalmatia, Vinetia 1692. 12.*

§. XXVIII

Ad ſtatum Venetorum Reipublicæ politicum primum faciunt *DONATI IANNOTII dialogi de Republica Venetorum*, cum commentariis *Nicolai Crasſi, Amſtelodami 1653 12.* Sed ieiunus eſt & peregrinus in Venetorum rebus. *IOANNES COLOVICI ſynopſi Reipublicæ Venetæ* prodiit *1666. 12.* Præſtan autem *CASPARIS CONTARENI de magiſtratibus & republica Venetorum libri V, Lugdun Batauorum 1628. 24.* Alias prodiit *Politique ciuile & militaire des Venetiens, Amſtelodami 1666. 12. IOANNIS GAILHARDI ſtatu*

Reipu

Republica Veneta atque adeo Imperii, Legum, virum, opum, rituum, redituum &c. cum deſcriptione belli Cyprici, anglice, *Londini 1670. 8.* IACOBI SIMANCÆ *collectanea de republica Veneta* prodierunt *Antwerpiæ 1579. 8.* CHASSEBRAS figuris æneis incidi curauit *les Habits des dignités & des Etats de la Republique de Veniſe.* Bina tamen hic loci præ cæteris commendanda veniunt ſcripta. Alterum eſt *La ville & la Republique de Veniſe*, par Mr. DIDIER, *a Paris 1680. 12* n qua ſitum, regimen & mores Venetoum magna cura deſcripſit. Præferenda amen eſt AMELOT de la HOUSSAYE *Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe, à Paris 1676. 12* k *Amſterdam 1692. 12*, qua omnis ſtatus poiticus, dignitates, habitus atque alia eiuslem generis egregie deſcribuntur; adiectis iguris elegantiſſimis, ita vt præ omnibus t commendanda.

§. XXIX.

Apud omnes hiſtoriarum cupidos ceebratisſimum ſcriptum eſt, quod ſub titulo *equittino della Liberta Veneta Mirandola, 1612.* rodiit. Hoc ſcripto *libertas Veneta* ab ipſis eipublicæ fundamentis examinatur atque iſcutitur, cum auctor per omnem hiſtoriæ ıccesſionem demonſtrare voluerit, Veetos olim ſub imperio Oſtrogothorum,

 Impe-

Imperatorum Byzantinorum, Caroli M & Francicorum, immo etian Germanicorum fuiſſe, idque occaſione attentatæ ab Hiſpanis atque Auſtriacis libertatis. In Gallicum ſermonem fuit translatum per *Amelotum de la Houſſaye*, *Ratisbonæ 1677. 12.* atque inde in latinum raræ eruditionis ſcriptum eſt, ideoque factum, vt integræ terræ de auctore libri, quem ſibi vindicare volebant diſceptarent. Modo enim *MARCO VELSERO*, Auguſtano, modo *ANTONIO ALBITIO*, Florentino, modo *NICOLAO CLAUDIO PEIRESCIO*, Aquisſextienſi, viris certe ſummis, adſcibitur. Immo Gaſſendu in vita Peireſcii libro III p. 200 tam Gualdum quam Pignorium aut contuliſſe operas in eo opere conſcribendo, aut communicaſſe cum Peireſcio, quos digereret commentarios, ex mente tamen aliorum, profert. Licet iſtis fidem ipſe non habeat cum iſti magis ingenui fuerint, patriæqu ſuæ amantes, quam vt ea impietatis lab maculari voluerint. Nouam atque hodi communem de auctore huius libri opinionem protulit Abbas de St. Real in hiſtori coniurationis Hiſpanicæ, *ALPHONSVM de la CUEUA* Marchionem de Bedmar, Reg Hiſpaniarum ordinarium apud Venetos legatum, præcipuum coniurationis aucto

rem

rem, & vertente tempore eccleſiæ Romanæ Cardinalem, verum faciens libri auctorem, quam opinionem plerique hodie ſequuntur, licet non deſint, qui de eodem adhuc dubitent. Quidquid ſit, ſcriptum eſt eruditiſſimum, quod ſatis de ſingulari auctoris hiſtoriarum mediæ ætatis cognitione teſtatur. Paulo Sarpio quidem committebatur, vt refutaret, quod tamen, cum parem ſe non videret, recuſabat. Adgreſſus fuit *THEODORUS GRASWINKELIUS de libertate Veneta* librum ſiue Venetorum in ſe & ſuos Imperantes ius, *Lugduni Batauorum 1634. 4.* quo ſcripta dignitatem quidem equitis D. Marci promeruit, ſed impari conatu.

§. XXX.

In controuerſia iſta quæ venetorum reipublicæ interceſſit cum Paulo V, varia ſcripta prodierunt. Scilicet tres a Venetorum Republica perlatæ erant leges, quarum prima ſancitum, bona a laicis absque permiſſu Principis & auctoritate publica ad perſonas eccleſiaſticas nulla alienatione poſſe transferri. Altera eſt de ædificandis nouis eccleſiis aut monaſteriis, & ne cuiquam Hoſpitalia vel pia loca ſine Reipublicæ ſpeciali licentia erignre vel fundare

 liceat

liceat. Tertie denique de grauiorum & atrociorum criminum ab eccleſiaſticis perſonis commiſſorum iudiciis al ſupremo conſilio decem Reipublicæ conſiliariorum ferendis. Ob hæc decreta excommunicabatur Venetorum reſpublica a Paulo V, ita vt eſſent, qui vel Pontificis vel Reipublicæ cauſam ſuſciperent. Ipſam hiſtoriam inimicitiarum, quæ Paulo V Pontifici R cum Republica Veneta interceſſerunt, ex Italico anglice vertit *Chriſtophorus Potterus, Londini 1629. 8.* Ipſa vero ſcripta, quæ in hanc & illam partem prodierunt, congeſta fuerunt in libro cui titulus: *Acta & ſcripta varia controuerſiæ inter Paulum V & Venetos, Vincentiæ 1607. 8.* Præcipue defenſores Venetæ Reipublicæ fuerunt *ANTONIVS QUIRINIUS*, Frater *PAVLUS SERVITA & IOANNES MARSILIVS.* Pontificis partes ſuſcipiente potiſſimum Bellarmino & Baronio. Eadem ſcripta italice prodierun aliquantum auctiora, *Geneuæ 1646. 4.* Acceſſit enim *NICOLAI CRASSI antiparæneſi ad Baronium pro republica Veneta* & *NICODEMI MACRI*, ſiue potius *ASCANII PERSI diſceptatio cum Nicolao Craſſo de paræneſi Baronii ad Rempublicam Venetam :* Separatin prodierunt *GABRIELIS BARLIETII ſuſpiciones de IV Monarchiis & Antichriſto ex cenſur. & a*

& ab excommunicatione Pauli V contra Rempublicam Venetam, Francofurti 1606. f. In Tomo tertio Monarchiæ Goldaſti continetur ANNIBALIS CRANCII *ſententia ſuper quæſtione, an iniurias a Paulo V Papa Reip. Venetæ illatas liceat bello propulſare. Craſſi antiparaneſis.* PARISII ſ. IACOBI LESCHASSERII *conſulatio de controuerſia inter Paulum V. & Rempublicam Venetam.* IOACHIMI SCAYNI *reſponſum pro decretis reip. Venetæ.* VENTVRÆ VICENTINI *conſilium ſuper controuerſia vertente inter Paulum V & Rempublicam Venetam.* Alias prodiit NICOLAI VIGNIERII *diſſertatio de Venetorum excommunicatione* aduerſus Cæſarem Baronium, in qua vera excommunicationis ratio demonſtratur, *Salmurii 1606. 4. Gallofranci ad Philenotum epiſtola pro libertate Status & Reipublicæ Venetorum* prodiit *Pariſiis 1607. 4.*

§. XXXI

Ditionis Venetæ in Longobardia præcipua vrbs eſt Patauium. LAVRENTIVS PIGNORIVS quidem *de origine Paduæ* docte fuit commentatus, italice, *Patauii 1625. 4. De felicitata Paduæ* libros nouem conſcripſit ANGELVS PORTENARVS, italice *Patauii 1623. f.* quibus etiam multos ſcriptores horumque opera recenſet *Patauii*

 1623. f.

1623. f. Elegans eſt & rarus BERNHARDINI SCARDEONII tractatus *de antiquitate vrbis Patauii & claris ciuibus Patauinis, Baſileæ 1560. f,* quo non ſolum de origine vrbis agit, ſed etiam de cuiuscunque generis eruditis, qui ibidem claruerunt. IACOBVS PHILIPPVS THOMASINVS *Inſcriptiones vrbis Patauinæ* collegit ſacras & profanas, *Patauii 1649. 4.* Sed maiori cum cura atque iudicio *Monumenta Patauina* explicauit SERTORIVS VRSATVS, quæ explacatio plurimum ad gentium atque familiarum Romanarum notitiam poterit conducere. Poſt hoſce, *Agri Patauini inſcriptiones ſacras & profanas* primum edidit IACOBVS SALOMONIVS, *Patauii 1696. 4.* qui non ſolum ex variis Scriptoribus, alias adhuc antiquas, a prioribus nou memoratas adiecit, ſed etiam ex ſequiori ætate variarum clarorum epitaphia, quæ hinc inde repeDiuntur congeſſit, addita vbique vberiore explanatione hiſtorica. Secutæ ſunt Eiusdem Salomonii *vrbis Patauinæ inſcriptiones ſacræ & profanæ*, *Patauii 1701. 4.* quæ eadem induſtria ſingulas, quæ in vrbe continentur antiquitates & epitaphia deſcribunt. GVILIELMI & ALBRIGETI CORTESIORVM extat *hiſtoria de nouitatibus Paduæ & Lombardiæ, Venetiis 1535. 8.* IACOBICAVA-

VATII libri VI. *Hiſtoriam cœnobii D. Iuſtinæ Patauinæ*, *Venetiis 1606. 4* PETRVS GERARDVS hiſtoriam ſcripſit *de vita & rebus geſtis Ezzelini III, Principis quondam Patauini*, italice, *Patauii 1544. 4.* ALBERTINVS MVSSATVS *bella populi Patauini aduerſus Canem Scaligerum Veronenſem*, anno 1318. libris tribus. *Venetiis 1636. f.* In Veronenſi hiſtoria occurrunt ANDREÆ FVLVII *Hiſtoriæ Veronenſes*, *Romæ 1517. 8.* HIERONYMI della CORTE *Hiſtoria Veronenſis*, italice, *Veronæ 1596. 4.* Eruditus eſt tractatus ONVPHRII PANVINII *de antiquitate, hiſtoria & viris illuſtribus Veronenſibus*, *Patauii 1647. f.* atque alius *de vrbis Veronæ viris doctrina & bellica virtute illuſtribus*, *Veronæ 1651. 4.* Aeſtimatiſſimus quoque liber eſt TORELLI SARAYNÆ *de Veronæ origine & viris illuſtribus Veronenſibus*. *Veronæ 1540. f* Eiusdemque *Hiſtoriæ & res geſtæ Veronenſium, regnante populo & Scaligeris*, *Veronæ 1544. f.* LVDOVICI MOSCARDI habemus *hiſtoriam Veronenſem* ab origine ſua vsque annum 1668 deſcriptam, *Veronæ 1671. 4.*

§. XXXII.

Altera poſt Venetos Italiæ Respublica eſt Genuenſis, cuius hiſtoriam plures deſcripſerunt. AVGVSTINVS IVSTINIANVS quidem *annales Genuenſis eccleſiæ & Rei-*

publicæ ſcripſit italice, *Genuæ 1537. f.* VBERTI FOLIETÆ *Hiſtoriæ Genuenſis libri XII*, vsque ad annum 1570, *Genuæ 1585. f*, qui ob ſummam ſcriptoris prudentiam magni fiunt. PETRI BIZARI *hiſtoria atque annales rerum Genuenſium*, *Antvverpiæ 1579. f.* egregii ſunt, ſed hiſtoria ſaltim ab anno 1573 ad 1579 deſcribunt. Folietam continuant IACOBI BONFADII *annales Genuenſes* ab anno 1528 ad 1550, *Papiæ 1586. 4.* qui ſcriptores in tomo primo Theſauri antiquitatum Italicarum reperiuntur. PAVLI INTERIANI *Riſtretto delle Hiſtoire Genoueſi*, *Luccæ 1551. 4* & gallice *Hiſtoire de la Republique de Genes depuis l' An. 464 de la fondation de Rome iusqu' á præſent*, *á Amſterdam 1697. 8* tribus Tomis, Auctor eſt eques de MALLY, qui prioribus duobus tomis res antiquiores, tertio vero hiſtoriam ſuperioris ſeculi & præcipue negotia cum Gallis deſcribit. IACOBVS BRACELLVS *de bello, quod inter Hiſpanos & Genuenſes ſeculo ſuo geſtum*, *Hagenoæ 1520. 4*, Idem Bracellus quoque *de claris Genuenſibus* fuit commentatus, *Pariſiis 1520. 4.* IOANNES AVGVSTINVS della LENGVEGLIA *bellum Genuenſium contra Alphonſum Regem Arragoniæ* deſcripſit italice, *Genuæ 1643. 4* AMDREÆ SPINOLÆ diſcurſum habemus *de bello inter Genuenſes & Du-*

cem

cum Sabaudiæ, italice, *Genuæ 1625.* FERDINANDUS RAGGIVS deſcripſit *Duces, Gubernatores & procuratores Reipublicæ Genuenſis*, italice, *Genuæ 1665.* Ad ſtatum politicum & regimen facit potiſſimum HIERONYMI de MARINIS *Genua ſiue dominii, gubernationis, potentiæ dignitatis Sereniſſimæ reipublicæ deſcriptio, Genuæ 1656. 12*, & in tomo primo Theſauri antiquitatum Italicarum & PETRI BAPTISTÆ BVRGI liber *de domino Reip. Genuenſis in mari Liguſtico, Romæ 1641. 4.*

§. XXXIII.

De Republica Lucenſi illi egerunt qui respublicas deſcripſerunt. *De aquis Lucenſibus*, vulgo *Villenſibus* IOANNES BAPTISTA DONATIVS, *Lucæ 1580. 4.* MATTHÆVS VALLI *de origine & regimine Reipublicæ S. Martini* ſcripſit italice, *Patauii 1633. 4.* PETRI LVCCANI habemus *annales Reipublicæ Raguſanæ.*

CA-

CAPVT VIGESIMVM OCTAVUM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ DANICÆ, ET NORWEGICÆ

§. I. Scriptores qui ad geographiam Daniæ faciunt. §. II. Scriptores de antiquitatibus Danicis. §. III. Scriptores hiſtoriæ Danicæ. §. IV. Scriptores qui ad familiam Daniæ Regum Oldenburgicam aliosque particulares Daniæ Reges faciunt. §. V. Scriptores qui ad chronologiam & particularem Daniæ hiſtoriam faciunt. §. VI. Scriptores hiſtoriæ Norvvegicæ. §. VII. Scriptores de Islandia. §. VIII. Scriptores de Grönlandia. §. X. Scriptores de ſtatu Daniæ politico.

§. I.

PRogredimur ad regna Septentrionalia, horum quoque Scriptores conſideraturi. In chronographico ſtatu occurrit Scriptores antiquioris

quioris M. ADAMI *de ſitu Daniæ, & reliquarum, quæ trans Daniam ſunt regionum opuſculum*, eiusdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſubnexum eſt, *Lugduni Batauorum 1595. 4.* Ex recentioribus extat MARTINI ZEILERI *Regnorum Daniæ & Norvvegiæ, vt & Ducatuum Slesuici & Halſatiæ regionumque ad ea ſpectantium deſcriptio noua, Amſtelodami 1655. 12.* quæ in breui vrbium deſcriptione potiſſimum conſiſtit, additis harum iconibus. Sic etiam RUTGERVS HERMANNIDES *deſcriptionem Daniæ, Norvvegiæ, Sclesuici atque Holſatiæ* edidit *Amſtelodami 1670 12.* IONAS COLDINGENSIS antea edidit *coronarium, breuem Daniæ, deſcriptionem, regnique ſitum & ſtatum continens Sclesuici 1584. 4* recuſum *Francofurti 1594. 4.* STEPHANVS IOANNES STEPHANIVS congeſſit *ſyllogen Tractatuum de Dania & Norvvegia, Ducatibusque Cimbricis Hiſtorico-Chorographicorum*, qua continentur integra Adami & Coldingii opuſcula, cum libelli Eluerfeldiani excerptis & Saxonis Grammatici de regionum Borealium ſitu ac natura *ἀποσπασμάτιῳ, Lugduni Batauorum 1629. 16.* Sed præſtantiſſima eſt IOANNIS ISAACI PONTANI *Chorographica regni Daniæ*, quæ eiusdem hiſtoriæ Danicæ ſubnexa prodiit *Amſtelodami 1631. f.* *Cimeliarchium Regium*, quod Hafniæ eſt, de ſcri-

ſcripſit OLIGERUS IACOBÆUS, *Hafniæ 1696. f.*

§. II.

Alii fuerunt, qui antiquitates Danicas explicarent. Inter hoſce præcipuæ partes ſunt OLAO WORMIO, qui *antiquitates Danicas* ſcripſit, ſiue *de litteratura Runica*, *Hafniæ 1651. 4.* Scriptum eſt eruditisſimum ad etymon linguæ Gothicæ atque Runicæ faciens. Eiusdem ſunt *Monumentorum Danicorum libri VI, Hafniæ 1643. 4,* qui ad omnes Daniæ antiquitates faciunt, quas ex monumentis veterum ſepulcralibus potisſimum illuſtrat: inter quæ etiam decantatisſimum illud cornu aureum adducit, huiusque hiſtoriam explicat. Ad hæc poſtea additamenta dedit *Hafniæ 1649. f* HECTOR GODOFREDUS MASIUS ſchediaſma edidit *de diis Obotritis, præcipue Radegaſto*, cum notis *Andreæ Borrichii*, *Hafniæ 1688. 8.* *De Danicæ linguæ & nominis antiqua gloria & prærogatiua inter Septentrionales* eruditum edidit commentarium OTTO SPERLINGIUS, *Hafniæ 1694. 4.* THOMAS BARTHOLINUS ex vetuſtis Codicibus & monumentis *antiquitatum Danicarum* ſcripſit *libros tres*, *Hafniæ 1681. 4* quos prodromum eſſe voluit regnorum Borealium antiquitatibus eccleſiaſticis atque in his primum de cauſis con-

temtæ

temtæ a Danis adhuc gentilibus mortis, egit. Quantum ad cornu illud Danicum a virgine ruſtica repertum in via publica anno 1639 & Chriſtiano V. Regi oblatum, primus illud explicauit Wormius, buccinæ illud bellicæ vicem ſuſtiniſſe apud Danos etiamnum gentiles probans. Hunc ſecutus eſt PAVLUS EGARDVS, qui vernaculo ſermone *meletemata de cornu aureo* ſcripſit *Lüneburgi 1642. 4.* ENUALDVS NICOLAVS RANDULPHVS, eiusdem ſententiæ eſt in diſſertatione *de tuba Danica, Hafniæ 1644. f.* THOMAS BARTHOLINVS *in obſeruationibus ſuis de vnicornu Patauii* edidis *1645. 8*, iudicii adiunxit de hoc Cornu & Wormiana diſſertatione Fortunii Liceti, Caſſiani a Puteo, athanaſii Kircheri, Angelici Aproſii, Iacobi Pighetti & M. Aurelii Seuerini per litteras familiases ſecum communicata. Cum vero Licetus & in epiſtola ſua, & in opere ſuo quod de antiquorum anuulis compoſuit, in locum interpretationis ethicæ Wormianæ, politicam de regiis Frothonis vel alterius Monarchiæ Danici virtutibus ſubſtituiſſet, impugnauit eandem ſuamque defendit OLAVS WORMIVS in *reſponſione* illi oppoſita, quæ *Amſtelodami 1678. 12.* excuſa. VItimus de hoc cornu eſt commentatus TROGIL-

GILIVS ARNKIELIVS, qui emblemata in cornu impreſſa, ſcripto vernaculo, reiectis cæterorum ſententiis ex Theologia gentili interpretatur. Alias ad antiquitates Danicas faciunt IOANNIS LYSCANDRI *antiquitatem Danicarum ſermones XVI*, editi ab *Erico Olao Tormio*, *Hafniæ 1642. 4.* DANIELIS LANGHORNII *elenchus antiquitatum Albionenſium, Britannorum, Danorum*, *Londini 1673. 8.*

§. III.

Hiſtoricorum Danicorum indicem imperfectum licet, IOANNES SVANINGIVS ſextæ ſectioni prolegomenorum chronologiæ ſuæ Danicæ præmiſit. Antiquiſſimus Daniæ Hiſtoricus eſt SVENO AGONIS, cuius *Hiſtoria Danicæ gentis*, quæ ex codice membranaceo bibliothecæ Hafnienſis edita & notis fuit illuſtrata a *Stephano Ioanne Stephanio*, *Soræ 1642. 8.* Alter ab hoc eſt SAXO GRAMMATICVS, cuius *Hiſtoriæ Danicæ* libri XVI ex recognitione & cum notis *Stephani Ioannis Stephanii* prodierunt *Soræ 1644. f.* Regum in ſeptentrione perſequitur ſeriem vsque ad Canutum VI Philippi Imperatoris temporibus viuentem, atque omnes vincit ſui ætatis ſcriptores iudicio & ſtylo. Hoc ſaltim in eo reprehenditur, quod Eddæ & Scaldæ monumenta poeti-

poëtica nimium ſecutus, varias hinc inde immiſcuerit fabulas. Stephanius in notis egregius eſt; qui plura ex genuinis Danorum monumentis illuſtrauit. Danicam Saxonis verſionem procurauit *Andreas Velleius*, *Hafniæ 1610. f.* IOANNES SVANINGIVS quoque *Saxonem illuſtratum* ſcripſit, ſiue in Hiſtoriam eius commentarium; qui tamen adhuc in manuſcripto deliteſcit. ALBERTVS KRANTZIVS *Chronicon Regnorum Aquilonarium, Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ* ſcripſit *Francofurti 1583. f.* Hoc poſtea germanice vertit *Henricus ab Eppendorff* atque edidit *Argentorati 1645. f.* Hic licet non minimus ſit, non vbique tamen eſt accuratus. ERASMVS MICHAEL LÆTVS *rerum Danicarum libros XI*, carmine Heroico ſcripſit & Friderici II, Regis, nuptiis conſecrauit *Francofurti 1574. 4.* Aliud *Chronicon Danicum vetus* prodiit *Hafniæ 1541. 8.* Antiquiſſimorum Daniæ Regum ſucceſſionem ex codice Runico optime docuit OLAVS WORMIVS, cuius eſt *Regum Daniæ ſeries duplex, & limitum inter Daniam & Sueciam deſcriptio*, *Hafniæ 1642. 4.* Inter præcipuos Danicæ Hiſtoriæ Scriptores eſt CLAVDIVS CHRISTOPHORVS LYSCHANDER, cuius *hiſtoria Danica & Genelogica regum Danorum* prodiit danice, *Hafniæ 1622. f.* qua

Z z hiſto-

hiſtoriam a Frothone III vsque ad ſua tempora magno labore atque induſtria perſequitur. Hunc tamen atque alios ſupplet ſæpe & corrigit HARALDUS HUITFELDUS in tomis X *Hiſtoriæ Danicæ*, vsque ad Chriſtianum III ex editione altera, *Hafniæ 1655. 4.* Hic enim excuſſis regni archiuis, quæcunque haberi monumenta, ad hiſtoriam præſertim ſpectantia, latina vernaculaque potuerunt, vnum in faſcem ſuopte inſtinctu ſponteque collegit: ac Regum exinde omnium res vernacule, quantum licuit, ordineque expoſitas bono publico euulgauit. Ex hoc & Saxone Grammatico ſuo potisſimum hauſit IOANNES ISAACIUS PONTANUS *in hiſtoria rerum Danicarum*, quæ libris X conſtat vsque ad lineam Oldenburgicam deducta, quæ prodiit *Amſtelodami 1631. f*, accedit quoque chorographica Daniæ deſcriptio atque a ſtylo, ordine & vera tractandi ratione omnibus æſtimatur: ideo vero quod Huitfeldium ſæpe ſecutus, Huitfeldius latinus audit, IOANNES MEURSIUS quoque in *Daniæ Hiſtoria* conſignanda ſedulus fuit quæ a Dano vsque ad Chriſtianum II prodiit *Amſtelodami 1638. f.* Hunc autem plerumque Suaningium rediuiuum vocant eo quod Ioannis Suaningii Hiſtoriæ Danicæ to

cæ tomos tres, quibus Reges ethnicos Chriſtianos & Oldenburgicos perſequitur; ſed manuſcriptos adhuc; potiſſimum ſequitur. Hiſtoria Friderici I. & Criſtiani III ab eodem elaborata apud Danos adhuc in Manuſcripto adſeruatur. Recentiſſimi ſcriptores ſunt VITUS BERINGIUS, cuius *Florus Danicus, Ottiniæ* prodiit *1698. f*, in quo deſcribitur hiſtoria Regum, a primo tempore vsque ad noſtra tempora. In hoc etiam Anglorum originem in Dania quærit. Hunc ſecutus THORMODUS TORFÆUS, qui *ſeriem Dynaſtarum & Regum Daniæ* ſcripſit a primo eorum Skioldo, Odini filio, ad Gormum Grandæuum, Haraldi Cærulidenſis patrem; antea, anno Chriſti MDCLXIV iuſſu Regis Friderici III ſecundum monumentorum Islandicorum harmoniam deducta & continuata; poſt vero recognita & aucta *Hafniæ 1702. 4*. In hoc opere ex ipſis monumentis Islandicis originem Daniæ regum non a Dano, ſed a Skioldo petendam, atque iuſtam Regum ſeriem contra communem alias fidem exponit. Præter hoſce alii adhuc ſunt minoris momenti. *Incerti auctoris hiſtoria Regum Daniæ compendioſa* ad tempora vsque Chriſtiani II. perducta, atque inde ad imperium vsque Chriſtiani IV continuata

prodiit *Lugduni Batauorum 1595. 4*, cura *Erpoldi Lindebrogii*, poſtea inſerta ſylloge Stephani. Eidem inſerta eſt ERICI POMERANI *narratio de origine gentis Danorum*, *ac Regibus eiusdem*, eorumque Rebus geſtis, a Dan, primo Rege, vsque ad Ericum Menuit, ſiue annum 1288. compendioſe conſcripta, quæ antea per *Erpoldum Lindebrogium* ſeparatim edita prodierat *Hamburgi 1603. 4. Anonymi genealogia & ſeries Regum aliquot Daniæ cum notis Henrici Ernſtii, Soræ 1646. 8.*

§. IV.

Ad hiſtoriam Regum familiæ Oldenburgicæ facit primum OTTO SCHMIDIUS ſiue FABRICIUS, cuius *Daniados*, ſiue poematis de Regibus Daniæ Oldenburgicis partes quatuor prodierunt *Slesuigæ 1581. 4.* THOMÆI PAUELSEN *ſtemmata Regum Daniæ & Ducum Holſatiæ*, a Theodorico Fortunato, Comite Oldenburgico ac Delmenhorſtano, *Hafniæ 1656. 12.* & præcipue IACOBI GERSCHOVII *genealogia regio-Danica & regio Ducalis Holſatica*, *Slesuigæ 1639. 8.* Ad particularem Regum hiſtoriam facit primum ÆLNOTHUS, qui *de vita & paſſione S. Canuti Regis Daniæ* ſcripſit, & cum notis *Ioannis Meurſii* editus eſt *Lubecæ 1657. 4* cum notis *Haraldi Huitfeldi*, *Hafniæ 1602. 8.* *de Holgero, Dano*, qui Caroli M. temporibus vixit,

xit, extat diſſertatio hiſtorica THOMÆ BARTHOLINI, *Hafniæ 1677. 8.* GVALTHERUS Morinenſis de *martyrio Caroli, cognomento Boni, filii Canuti Regis Daniæ, Pariſiis 1615. 8.* CASPAR ENS *rerum Danicarum* ſub Friderico I geſtarum ſcripſit *hiſtoriam, Francofurti 1593. f.* HIERONYMI OSII habemus *res geſtas Chriſtiani III, Witebergæ 1563. 8.* *Hiſtoria inaugurationis Chriſtiani IV* prodiit *Hafniæ 1596. 4.* VITI BERINGII *memoria Friderici III, Hafniæ 1670. f.* ERICI ERICI *panegyris in Friderici III coronationem, Hafniæ 1648. f.* HENRICI ERNSTII *panegyricus Friderico III* dictus, *Hafniæ 1660. f.*

§. V.

Ad chronologiam atque particularem rerum Danicarum hiſtoriam faciunt alii. ANDREAS VELLEIUS quidem accuratiorem *Chronologiam Danicam* adornauit, eandemque Mstam Superiorum fidei commiſit, ſed in Msto adhuc latet. Secutus eundem fuit OLAUS WORMIUS, cuius *Faſti Danici* prodierunt *Hafniæ 1643. 4* qui omnem Danorum chronologiam, anni originem & dimenſionem, faſtorum ſtructuram docta commentatione explicat. Inde IOANNES SVANINGIUS eadem methoda *chronologiam Danicam* concinnauit, at-

que edidit *1650. f*, merito omnibus commendatam. In hiſtoria Dano-Holſatica notiſſimum eſt *Bellum Dithmarſicum*, quod a Daniæ Rege Friderico II contra Holſatiæ Duces, Ioannem & Adolphum fuit geſtum anno 1559. ERASMUS MICHAEL LÆTUS *Margareticorum libros X* ſcripſit de conflictu inter Margaretham Daniæ Reginam & Albertum Sueciæ Regem, *Francofurti 1573. 4.* cuius Hiſtoriam adornauit CHRISTIANUS CILICIUS, *Baſileæ 1570. 8.* Auctor hoc bellum quomodo geſtum & gentis originem aliaque neceſſaria fideliter deſcribit. *Hiſtoria belli Danici ab anno 1657. ad 1660* prodiit Anglice, *Londini 1666. f.*

§. VI.

In Norvvegiæ hiſtoria præter illos, qui eandem Danicæ iunxerunt, occurrit PETRI CLAUDII *vera deſcriptio Norwegiæ & vicinarum inſularum*, *Hafniæ 1632. 4.* IANI MARTINI *Chronicon Norwegiæ*, *Hafniæ 1594. 8.* SNORRONIS STURLÆ *chronicon regum Norwegorum*, *Hafniæ 1647. 4.* IANI LAURENTII WOLFII *Norwegia illuſtrata*, *Hafniæ 1651. 4.* Præ cæteris vero ſunt æſtimandi *Commentarii hiſtorici duo hactenus inediti*, *alter de Regibus vetuſtis Norwegicis*, *alter de profectione Danorum in terram ſanctam*, *circa*

rca annum MCLXXXV ſuſceptam, cura Ioanis Kirchmanni, Amſtelodami 1684. 8. THOARINUS ERICIUS veram hiſtoriam comoſuit de Haraldo nigro, Rege Oplandorum in Norwegia, Hafniæ 1658. 4. Ius aulæ Norwegicum cum verſione latina & notis Petri Reſenii rodiit Hafniæ 1673. 4.

§. VII.

Norvvegia proxima eſt Islandiæ inſula. Antiquiſſimum Islandicæ Hiſtoriæ ſcriptum eſt EDDA SNORRONIS STURLÆ, ſ. *Mythologia poëtica Islandorum*, anno 1215 *conſcripta*, quæ Islandice, Danice & Latine prodiit ſtudio *Petri Ioannis Reſenii*, *Hafniæ 1665. 4.* Variis fabulis pro more poëtarum eſt referta, ita vt male agant, qui eiusdem fidem ſectentur. Eandem deſcripſit DITHMARUS BLESKENIUS, *Lugduni Batauorum 1607. 8.* DANIEL FABRICIUS *de Islandiæ & Groenlandiæ*, *Roſtochi 1616. 8.* Sed præcipuus eſt ARNGRIMUS IONAS, cuius *Chrymogæa*, ſ. *Rerum Islandicarum* libri III prodierunt *Hamburgi 1611. 4.* Secuta fuit Eiusdem *anatome Bleskeniana*, *Hafniæ 1613. 4* breuis *commentarius de Islandia*, *Hafniæ 1593. 8* *epiſtola pro patria defenſoria*, *Hamburgi 1618. 4* & præcipue *Specimen Islandiæ Hiſtoricum* & magna ex parre chorographicum; *Amſtelodami 1643. 4*, quo Islandiæ hiſtoriam ab

 anno

anno 874, quo primum habitari cœpit, deſcribit, & contrariam Pontani ſententiam examinat. SNABIORNI TORPHÆI *annales omnium Fr. ſidum Islandiæ* prodierunt *Hafniæ 1656. 4.*

§. VIII.

Gronlandiæ hiſtoria a Bleskenio & Fabritio deſcribitur. Alias prodiit *Naeukeurige Beſchryving van Grunland, Amſtelodami 1678. 4. Relations du Groenland, à Paris 1663. 8.* atque alius anonymi, quem ISAACUM PEYRERIUM eſſe volunt, tractatus *de Grönlandia, Pariſiis 1647.* Sed præſtat CLAUDII CHRISTOPHORI LYSCANDRI *Chronicon Grönlandiæ, Hafniæ 1608. 4.* Præcipue notabile eſt FRIDERICI MARTENS *itinerarium Spitzbergam verſus Grönlandiæ*, quod etiam ex germanico in italicum ſermonem fuit translatum.

§. IX.

Ad politicum Daniæ ſtatum facit *Reſpublica Daniæ, Norwegiæ, Holſatiæ, Lugduni Batauorum 1629. 4.* Occaſione variorum bellorum cum Suecia prodiit *Ius Feciale armatæ Daniæ contra Sueciam, Hafniæ 1657. 4. Epiſtola de Daniæ regni ſtatu, Francofurti 1659. 4* atque alia IOACHIMI HAGEMEIERI *de ſtatu Daniæ, Norwegiæ, Sueciæ, Francofurti 1678. 4.* ARNOLDI BERNHARDI extat

ſplen-

ſplendor Daniæ & Norwegiæ atque annui reditus, *Amſtelodami 1655. 4.* JUARUS HERTZHOLMIUS *de præcellentia regni Daniæ* ſcripſit, *Hafniæ 1662. 4.* *Hiſtoriam eccleſiaſticam Daniæ epiſcoporum & religionis Chriſtianæ* in Dania ſcripſit HARALDUS HUITFELDUS, *Hafniæ 1655. 4.* Ad reformationis Danicæ vero hiſtoriam inſigne momentum facit CONRADI ASLACI *oratio de ſtatu religionis in Dania ab anno 1517 ad 1621 cum centum annorum chronologia*, quæ latine prodiit *Hafniæ 1621. 4*, danice, *Hafniæ 1622. 4.*

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ SVECIÆ.

§. I. Scriptores quia ad geographiam Sueciæ faciunt. §. II. Scriptores hiſtoriæ antiquæ Suecicæ. §. III. Scriptores vniuerſales Suecorum hiſtoriæ. §. IV. Scriptores hiſtoriæ Suecorum particularis. §. V. Scriptores hiſtoriæ Liuonicæ. §. VI. Scriptores hiſtoriæ Lapponicæ. §. VII. Scriptores qui ad ſtatum politicum regni

Sueciæ faciunt. §. VIII. Scriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ Suecanæ.

§. I.

SVeciæ Regnum ſuperiori tempore Daniæ plerumque nexum, poſt Chriſtiani II vero depoſitionem hucusque ſaparatum manſit. Chorographiam Sueciæ & prouinciarum deſcripſit MARTINUS ZEILERUS *in deſcriptione Sueciæ, Gothiæ & Finlandiæ, Amſtelodami 1651. 12* & germanice, *Vlmæ 1647. 8.* Sic etiam MICHAELIS WEXIONI *deſcriptio Sueciæ & Gothiæ*, extat *Aboæ 1650. 8.* Præterea IOANNIS LVDOVICI GOTHOFREDI *Inuentarium Sueciæ, oder Beſchreibung des Königreiches Schweden, Francfurt 1632. f.* Sed præſtat ſingulis RUTGERI HERMANNIDÆ *peninſularum regnum Sueciæ, ſiue Hiſtorica Geographica deſcriptio illarum partium Suecicarum, quæ Balthico mari a Germanicis ſeparantur prouinciis, Amſtelodami 1671. 12.* Hoc ſcripto autem ſingularem primum exhibet Sueciæ chorographiam & ſtatum, dein ſingulas vrbes, ſecundum originem ſuam, hiſtoriam & memorabilia deſcribit, additis quoque figuris

 æneis,

neis. Pars altera vero bellum Sueco-ermanicum deſcribit.

§. II.

Ad antiquiorem Suecorum hiſtoriam ciunt Scriptores de Rebus Gothicis, de uibus tamen ſuperius capite nono iam-im fuit dictum, quo nos in præſenti re-timus. Vnicum hic ſaltim adducimus, *itam Theodorici, Regis Oſtro-Gothorum* & Ita-æ, auctore IOANNE COCHLÆO, illu-ratam opera *Ioannis Peringskiöld, Stockhol-iæ 1699. 4.* Agit in hoc ſcripto Cochlæus de atria & multitudine Gothorum, Theodo-ci genere, bellis, legibus, moribus & eſtis. Sequitur *vita Theodorici ex Codice ſto bibliotheca Chriſtinæ: Hiſtoria Theodorici egis Gothorum ex Mſto antiquiſſimo Ricobaldi errarienſis. Scriptum de Theodorico, Rege Gothorum ex Mſto antiquiſſimo, Ricobaldi Ferra-ienſis ex Mſto auctoris ignoti ex excerptis Henrici Valeſii ad Ammianum.* ENNODII *panegyri-us dictus Theodorico.* Egregiæ ſunt adnota-iones, in quibus multa proponuntur de ynaſtiis regnum Scythico-Gothicorum, il-uſtranturque variæ antiquitates de veteri candia, idque ex variis monumentis an-iquis & ſepulcralibus. Promittuntur quo-ue Monumenta Sueo Gothorum antiqua & recentia, cum multis æri inciſis figuris,

Hiſto-

Hiſtoria Hialmari charactere Runico cum gemina verſione & notis Sturlonidæ volumen alterum. Hiſtoria Vilkini, vulgo dicti Theoderici, Veronenſis Regis atque alia antiquæ hiſtoriæ Suecicæ, quæ in Holmia litterata memorata, adhuc expectamus. *Hiſtoriam Regum Septentrionalium* a SNURRONE STURLONE ante ſecula quinque patrio ſermone antiquo conſcriptam cum verſione latina notisque illuſtrauit *Ioannes Peringskiöld, Stockholmiæ 1697.* 4. Nemo tamen in antiquitatibus Suecorum magis operoſus fuit, quam OLAUS RUDBECKIUS. Edidit ille Opus, cui titulum fecit *Atlantica*, ſiue *Manheim, vera Iapheti poſterorum ſedes, ac Patria, ex qua non tantum Monarchæ ac Reges, ad totum fere Orbem reliquum regendum, ſtirpesque ſuas in eo condendas, ſed etiam Scythæ, Barbari, Aſæ, Gigantes, Gothi, Phryges, Troiani, Amazones, Thraces, Libyes, Mauri, Tuſci, Galli, Cimbri, Cimmerii, Saxones, Germani, Sueui, Longobardi, Vandali, Heroldi, Gepidæ, Teutones, Angli, Pictones, Dani, Sicambri, aliique virtute clari & celebres populi olim exierunt.* Tomus primus latino-Suecice prodiit *Vpſaliæ 1675. f*, recuſus *1679.* & *1684. f.* Hunc inſecutus eſt Tomus ſecundus *Vpſaliæ 1689. f*, hoc titulo: *Atlanticæ, ſeu Manhemi Tomus ſecundus, in quo Solis, Lunæ ac Terræ Cul-*

tus

*u deſcribitur, omnisque adeo Superſtitionis hu-
uce origo parti Sueoniæ Septentrionali terræ
uta Cimmeriorum, vindicatur, ex qua de-
nde in orbem reliquum diuulgata eſt: idque
criptorum, non tantum domeſticorum, ſed et-
am exterorum, maxime vero veterum atque
'oćtisſimarum fabularum fide, quarum explica-
io genuina nunquam antehac in lucem prodiit.
Accedunt demonſtrationes certisſimæ, quæ Se-
tentrionales in maxime genuinum Solis ac Lunæ
notum, indeque pendentem accuratiſſimam tem-
oorum rationem, multo & prius & felicius, quam
entem vllam alium penetraſſe, ac etiam alia
nulta, ad hunc vsque diem incognita, decla-
ant.* Tertius hunc excepit tomus *Vpſaliæ
698. f.* Mirum in hoc opere teſtatus fuit
uctor ingenium, cum non ſolum ſingu-
arum fere gentium origines ex Gothis du-
cat, ſed etiam horum ſacra, linguas, leges,
itteras aliaque, ita vt Sueciam vaginam
gentium vere eſſe demonſtret. Quidquid
de Atlantica prædicant veteres: quidquid
de cultu atque theologia gentili, ſingula
apud Suecos quærit. Immo nihil fere præ-
clari geſtum eſt, quod non patriæ ſuæ tri-
buat. Hæc autem vt eo melius præſtet,
loca veterum ſcriptorum in ſenſus alienos
detorquet, coniecturis nimium indulget,
in etymis ludit, & multa libertate aliarum
genti-

gentium prærogatiuis derogat; haut ſemi de eo a variis notatus, Bælio potiſſimum atque Tentzelio. IOANNES LOCCENIU libris tribus *antiquitates Sueo-Gothicas* de ſcripſit *Holmiæ 1654. 8*; qui poſtea eiusde hiſtoriæ Suecicæ acceſſerunt, *Francofur 1676. 4*, atque in moribus Suecorum ſingu laribus, breue compendium præbent.

§. III.

Alii fuerunt, qui hiſtoriam Regum populi Suecorum a primis temporibus a ſua vsque deſcriberent. Faciunt huc qu Suecicam hiſtoriam Danicæ iunxerunt. IOANNES MESSENIUS *tumbas veterum ac nuperorum apud Suconas Gothosque Regu* expoſuit *Holmiæ 1614. 8*, ſed in recentior bus epitaphiis prolixior eſt quam antiquio ribus. Ante annos aliquot ELIAS BREN NERUS edidit *Theſaurum nummorum Sueo Gothicorum*; *Holmiæ 1691. 4*, cuius tom primus nummos antiquos a Biornonis im petio, ſiue ab anno 818 vsque ad Guſta vum I, ſiue annum 1521. Alter recentiore Guſtaui I ac ſucceſſorum, ad hæc vsque tempora cuſos, atque ipſius auctoris man æri accurate inciſos exhibet. Prodromu eſt maioris operis, cui vltra triginta anno iam inſudauit. Maxime vero hucusque

occu

occupatus fuit in concinnandis commentariis ſuis ad eundem theſaurum, qui ad patriæ hiſtoriam antiquitatesque illuſtrandas egregie facerent, qui tamen, quantum conſtat, nondum ſunt editi. Idem quoque vti acta eruditorum menſe Maio anni 1702 p. 230 docent, de Ordinibus equeſtribus Regni Sueciæ iuſtum volumen figuris æneis exornandum; Numiſmata itidem recentiora generoſiſſimarum familiarum, aliorumque clariſſimorum in Suecia hominum, a ſesquiſeculo circiter excuſa, de quatuor porro orbibus aut clenodiis aureis in Suecia repertis tractatum; Antiquitates denique Finlandiæ, cum priſcis huius gentis nummis, plurimisque monumentis aliis editurus dicitur, cum hæc regna olim inuicem fuerint nexa, de quibus autem ſuperius iam fuit dictum. IOANNIS MAGNI *Gothorum, Suecorumque hiſtoria* ex probatis antiquorum monumentis collecta & in libros XXIV redacta prodiit *Romæ 1554. f*, recuſa *Argentorati 1607. 8.* Hiſce non ſolum ſitum Scandiæ antiquæ, ſed etiam originem, migrationes regum, ſucceſſionem, horumque geſta præcipua deſcribit. Aeſtimatur autem in hiſtoriis, in rebus antiquioribus vero cum iudicio eſt legendus. Frater eiusdem OLAUS MAGNUS *in hiſtoria gentium Septentrionalium*

lium, Baſileæ 1567. f incerta ſæpe ſequitur, ERICI OLAI *hiſtoriam Suecorum* edidit *Ioannes Meſſenius, Holmiæ 1654. 4* eandemque in rebus antiquioribus iuſtam, quippe multos ritus & antiquitates illuſtrat, nec tamen a verborum nitore eſt commendandus. IOANNES LOCCENIVS *hiſtoriam Suecanam* a primo Rege vsque ad Carolum XI libris nouem deduxit atque edidit primum *Holmiæ 1654. 8*, ſed locupletior eſt editio quæ *Vpſaliæ* prodiit *1662. 8* & demum Francofurti *1676. 4* atque ob varias quas narrat circumſtantia, inter præcipuos habetur. Præferenda tamen ſingulis eſt IOANNIS MESSENII *Scandia illuſtrata*, quæ cum variis obſeruationibus edita à *Ioanne Peringskioldo, Stockholmiæ 1700. 1701. 1702. f* ſex tomis. Diutius longæuum hoc opus, cui per XX annos ſe inſudaſſe auctor fatetur, in Manuſcripto latuit, omnibus exoptatum, donec tandem in lucem proferretur publicam. Deſcribuntur autem hoc opere elegantisſimo res totius Scandiæ, ſiue Sueciæ, Daniæ, Norvvegiæ atque vna Islandiæ, Grönlandiæque tam eccleſiaſticæ quam politicæ a mundi cataclyſmo vsque ad annum Chriſti 1612, atque accuratiores ſunt in hac hiſtoria. Compendium ſaltim eſt Sueciæ hiſtoriæ, quod ſub titulo prodiit *Hiſto-*

Hiſtoriſche Beſchreibung des Königreichs Schweden, *Rinteln* 1639. 12. Sed præſtat longe SAMUELIS PUFFENDORFII *continuirte Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten von Europa*. *Francofurti* 1689. 8. cum iſta ſolum Sueciæ hiſtoriam & in fine non ſolum ſtatum politicum & intereſſe breuiter adnectat, ſed etiam Antonio Varillaſio, qui in ſua hiſtoria reuolutionum aliqua ſecus propoſuerat contra Sueciam reſpondet.

§. IV.

Præter hoſce qui vniuerſalem Regum & Suecorum gentis hiſtoriam ſcripſerunt, alii ſunt, qui particulares ſaltim Regum vitas deſcripſerunt. SAMUEL KEMPENSKIOLD quidem *hiſtoriam Guſtaui I*, Regis Sueciæ ſcripſit *Strengneſiæ* 1648. 12. Id quod ante illum maiori adhuc adparatu egerat ERICUS IORENSON, *Stockholmiæ* 1622. *f.* *Exegeſis hiſtorica* extat *cauſſas commemorans, quibus ordines Regni Suecici moti, Sigismundum Regem Poloniæ Suecano diademate exuerint*, *Francofurti* 1619. 4. Hiſtoriam Guſtaui Adolphi præter alios, qui bellum Sueco-Germanicum explicarunt, deſcripſit potisſimum SAMUEL PUFFENDORF in Commentariis *de rebus Suecicis*, *Vltraiecti* 1686. *f.* Cum vero eosdem vsque ad abdicationem Chri-

ſtinæ continuaſſet. Inſecutum eſt alterum eiusdem Opus *de geſtis Caroli Guſtaui, Noribergæ 1689. f*, quod poſtea etiam in gallicum atque germanicum ſermonem fuit translatum. Opus commendatiſſimum. Gallico ſermone Sr. de *PRADE hiſtoriam Guſtaui Adolphi & Caroli Guſtaui*, Regum Sueciæ ſcripſit *Pariſiis 1686. 12. Hiſtoriam Chriſtinæ* italico ſermone expoſuit *GALEAZZUS GVALDUS, Romæ 1656. 4.* Sic etiam prodiit *Hiſtoire des intrigues galantes de la Reine Chriſtine, à Francfurt 1698. 12.* Panegyricum reginæ ſcripſit *MICHAEL CAPELLARIUS in Chriſtinade*, ſiue *Chriſtina luſtrata, Venetiis 1700. 4.* Poëma eſt heroicum, quod æque ob ingenium ac auguſtam dictionem æſtimatur. Ad hiſtoriam Caroli XI facit *IOANNIS ERNESTI PFULII panegyricus Carolo XI* dictus, *Gryphiswaldi 1673. f.* Haut ita pridem germanico ſermone compoſita prodiit *vita Caroli XII*, hodierni Suecorum Herois. Cum vero in hoc ſcripto regem d. 24. Iunii natum eſſe diceretur, contrarium & Regis natiuitatem die $\frac{17}{27}$ Iunii factam eſſe adſeruit *IOANNES FRIDERICUS MAYERUS in der geheiligten Woche*, quæ *Gryphiswaldi* prodiit *1704. f.* Ad particularem quandam Sueciæ hiſtoriam facit *IOANNIS GILENII triumphus Suecicus*, diſcurſu politi-

co de Polonia & Boruſſia, Carolo Guſtauo, Suecorum Regi dicatus *1656. 8.* Præconem autem agit auctor armorum Suecicorum, ſed nec oratorem, dum omnia ſint confuſa: nec hiſtoricum, dum etiam in referendo iſto bello Sueco-Polonico admodum ſit parcus. IOANNES HENRICUS BOECLERUS *hiſtoriam belli Sueco-Danici* deſcripſit *Argentorati 1679. 8.* IOANNES MITHOBII extat diſſertatio *de controuerſiis Sueco-Polonicis, Helmſtadti 1656. 4.*

§. V.

Prouincia Sueciæ pleno iure per pacem Oliuenſem ceſſa eſt Liuonia, de qua extat SALOMONIS HENNINGI *Liefflândiſche und Churlândiſche Chronica vom Iahr 1554 bis 1590, Leipzig 1591. f.* Sed præ aliis commendanda ſunt BALTHASARIS RUSSOWENS *Liefflândiſche Chronica, 1584. 4.* Breue ſaltim ſcriptum eſt DANIELIS HARTNACCII *kurtzer Entwurff der Liefflândiſchen Hiſtorie, Hamburg 1700. 12*, quæ ad ſtatum præſentis temporis eſt accommodata. *Hiſtoriam belli Liuonici*, quod Dux Moſcouiæ aduerſus Liuones geſſit, deſcripſit TILEMANNUS BREDENBACHIUS, *Duaci 1565. 8. Liuoniæ Status* cum Poloniæ Republica *Amſtelodami 1624. 12.* prodiit. Vt taceam ſcriptores rerum Polonicarum atque Ruſſicarum, qui Liuo-

nicæ hiſtoriæ ſimul mentionem iniiciunt. Huc facit etiam CLAUDII ARRHENII *vita Ponti de la Garde*, Exercituum Sueciæ regnante Ioanne III Supremi Ducis, *Lipſiæ 1691. 4.* Liber hic iuſſu atque auſpiciis Magni Gabrielis, Comitis de la Gardie, Ponti Nepotis, fuit ſcriptus, ac vindiciis Eiusdem contra Ludouicum Maimburgium, Ieſuitam auctus. Exhibetur autem in eodem integra fere Liuoniæ hiſtoria, cum in eodem bello potisſimum occupatus fuerit Pontus. Deſumtus autem eſt ex incorruptæ veritatis monumentis, atque regii chartophylacii originariis documentis. Ad hiſtoriam præſentis belli Liuonici faciunt *Acta Liuonica 1700. 4.* edita.

§. VI.

Ad Lapponiæ hiſtoriam gentisque mores & deſcriptionem facit IOANNIS SCHEFFERI *Lapponia*, quæ *Francofurti* prodiit *1674. 4.* Hanc poſtea in gallicum ſermonem tranſtulit atque additionibus adauxit *Lubinus, Pariſiis 1678. 4.* Hinc anglice quoque & germanice fuit verſa. Sed accuratior longe eſt OLAI RUDBECKII, filii *Nora Samolad*, ſiue *Laponia illuſtrata & iter per Islandiam, Geſtritiam, Helſingiam, Medelpadiam, Angermanniam, Bothniam, tum occiden-*

cidentalem & huic adnexam Laponiam, Lulenſem, quam Septentrionalem, cum Laponia Tornienſi & Orientalem, item Finlandiam, Alandiam &c. accurate exponens ſingularum quidem regionum ſitum & incolarum ingenium, inprimis autem Laponum cum habitum corporis, tum animi indolem, quin & religionem, mores, linguam, conuerſandi rationem primamque originem, atque ſimul tradens animalium, herbarum & minerarum diuerſitatem, montium quoque & ſyluarum, lacuum, paludum, fluuiorum atque catarractarum naturam & amœnitatem, nec non pro re nata, quæ ex antiquitatibus, eruditioneque reliqua elegantiore ſcitu iucunda ſunt, nec prorſus indigna ſubinde inſpergens Opus certis libris, partibusque diſtinctum. Cui ad calcem Gloſſarium Laponicum accedit cum inſcriptione Lapo Hebraizans in Septentrione, cum figuris æneis & ligneis, Vpſaliæ 1701. 4. Opus hoc, occaſione demandatæ Rudbeckio Regis iuſſu, vlterioris inquiſitionis Laponicæ eſt compoſitum, atque præſtantisſimum.

§. VII.

Ad ſtatum politicum Sueciæ facit *Diſcours politique de l' etat & courronne de Suede à Paris 1633. 8.* & quæ inter Elzeuirianas prodiit *Suecia Respublica, Lugduni Batauorum 1633. 24.* quam compoſuit HENRICUS SOTE-

TERUS. *IACOBI TYPOTII* extat *relatio de Regno-Sueciæ & bellis ciuilibus atque externis, Francofurti 1606. 8.* *ERLANDUS DRYSELIUS lineamenta gloriæ Sueciæ* ſcripſit *Witteberga 1673. 4.* Gallus quidam quem *MOLESWORTHIUM* faciunt, ſcripſit *L' etat preſent de Suede, à Cologne 1695. 12.* qui tamen iniurius ſæpe fuit in gentes ſeptentrionales, maxime vero harum ingenia ab eruditione ſolida remota nimis docet, atque ad rem litterariam ornandam parum idonea. Huic tamen in bibliotheca Septentrionali reſpondet Ioannes Mollerus, atque Danorum, Suecorumqne merita in rem litterariam prædicat. *IOANNES MESSENIUS* præter alia quoque *Theatrum nobilitatis Suecanæ* adornauit, *Holmiæ 1616. f.* Sed cum imperfectum hoc opus eſſet, atque mendoſum admodum, Catharina Bäätia, Sueciæ Baroniſſa eosdem næuos emendauit ſingulari opere, ſed adhuc anecdoto. Idem Meſſenius *exegēſin* ſcripſit *de V primariis Suecorum emporiis, Holmiæ 1614. 8.*

§. VIII.

In Hiſtoria Suecorum eccleſiaſtica occurrit *VASLOVII VITIS Aquilonia, ſ. Suecia ſancta.* Sic etiam habemus *PAULINI*, archiepiſcopi Vpſalienſis *Hiſtoriam eccleſiarum Sue-*

Sueciæ. Sed præ cæteris eſt æſtimandum IOANNIS BAAZII *inuentarium eccleſiarum Sueco-Gothicarum, Lincopiæ 1642. 4.* Locupletisſimi ſunt CLAUDII ARRHENII *Hiſtoriæ Suecorum Gothorumque eccleſiaſticæ libri IV priores, Holmiæ 1689. 4.* Deſcribitur in hoc opere vtilisſimo religionis Chriſtianæ origo atque progreſſus, vsque ad finem ſeculi duodecimi, atque multa inſimul in antiquiori hiſtoria, & varia loca ſcriptorum veterum illuſtrantur, adhibitis debitis monumentis, quæ cum ipſo Regis iuſſu ex archiuis fuerunt communicata. Animum tamen in Danos teſtatur iniquiorem. Reliqua ſecula adhuc addere voluit, nec tamen adhuc edita. Abbas de VERTOT ſcripſit *Hiſtoire des Reuolutions de Suede, à Paris 1695. 12. & Amſterdami 1696. 12.* Elegans eſt tractatus, quo & vicisſitudines imperii & religionis, quæ ab initio ſeculi decimi quarti fuerunt factæ, exponit accuratisſime, atque vsque ad tempora Guſtaui progreditur. Continuationem quoque promiſit vsque ad tempora recentiora, neque tamen, vti conſtat, adhuc euulgatam. De epiſcopis Sueciæ eſt IOANNIS MAGNI *hiſtoria metropolitana, ſeu epiſcoporum & archiepiſcoporum Vpſalienſium*, publicata per *Olaum Magnum, Romæ 1560. f.* Eandem hi-

 ſtoriam

ſtoriam vlterius deductam breuiter tamen deſcripſit IOANNES MESSENIUS, quam edi curauit *Adamus Rechenbergius*, *Lipſiæ 1685. 12.*

CAPVT TRIGESIMVM.

DE

SCRIPTORIBVS HISTORIÆ POLONICÆ, LITHUANICÆ, ATQVE MOSCOVITICÆ.

§. I. *Scriptores qui ad Poloniæ geographiam faciunt.* §. II. *Piſtorii Scriptores Rerum Polonicarum.* §. III. *Scriptores hiſtoriæ Polonicæ ſeparatim editi.* §. IV. *Scriptores qui particularem Regum Poloniæ vitas deſcripſerunt.* §. V. *Scriptores hiſtoriæ Lithuanicæ.* §. VI. *Scriptores qui ad politicum Poloniæ ſtatum faciunt.* §. VII. *Scriptores de chorographia Moſcouiæ.* §. VIII. *Scriptores hiſtoriæ Moſcouiticæ coniunctim editi.* §. IX. *Scriptores Hiſtoriæ Moſcouiticæ ſeparatim editi.* §. X *Scriptores qui ad ſtatum politicum Ruſſiæ faciunt.* §. XII. *Scriptores qui ad mores & Religionem Ruſſorum faciunt.* §. XII. *Scriptores qui*

qui Græciæ Geographiam deſcripſerunt. §. *XIII. Scriptores hiſtoriæ Scanderbegi.* §. *XIV. Scriptores qui ſtatum eccleſiæ Græcorum deſcripſerunt.*

§. I.

AD geographiam Poloniæ facit primum MARTINI ZEILERI *Beſchreibung des Königreiches Polen, Vlm 1657. 8.* & SIMONIS STAROVOLSCII *Polonia*, denuo recognita & aucta, cum præfatione *Hermanni Conringii, Guelferbyti 1656. 4.* Sic etiam AUGUSTINUS GUDICANUS *Poloniæ deſcriptionem* edit *Coloniæ 1659. 8.* IOANNES THEODORUS SPRENGERUS *Poloniam non-antiquam* edit, *Francofurti 1656. 8.* Sed optima quam habemus, eſt ANDREÆ CELLARII *Regni Poloniæ, magnique Ducatus Lithuaniæ deſcriptio, Amſtelodami 1659. 12.* Hic enim præter ſtatum generalem atque hiſtoriæ ſummam, fluuios, montes, vrbes harumque præcipua deſcribit, ita vt merito ſuam laudem habeat. Iungenda tamen Cellario eſt BERNHARDI CONNOR *Hiſtoria Poloniæ*, quæ anglice primum prodiit *Louanii 1698. 8*, poſt germanice verſa *Lipſiæ 1700. 8.* Huic enim, cum archiater fuiſſet Ioannis III.

 Po-

Poloniarum Regis, occaſio fuit data integram peragrandi Poloniam, atque ideo eandem per modum epiſtolarum ad varios viros honoratos deſcribit, ita vt præſentem ſtatum hiſtoricum, phyſicum, politicum atque eccleſiaſticum explanet.

§. II.

In hiſtoria primo loco veniunt *IOANNIS PISTORII Polonicarum Rerum Scriptores Latini, veteres & recentiores, Baſileæ 1582. f.* Hanc inſecuta eſt alia collectio, quæ continet *Scriptores rerum Polonicarum, ex recentioribus, quotquot præcipui extant, Amſtelodami 1698. 4.* Continentur hac collectione *ÆNEÆ SYLVII ſcripta de Polonia, Lithuania & Boruſſia, ERASMI STELLÆ* liber *de Boruſſiæ antiquitatibus. ALEXANDRI GVAGVINI chorographia totius Poloniæ, Lithuaniæ, Liuoniæ & Boruſſiæ. MARTINI CROMERI Polonia. MATTHÆI a MICHOVIA* libri duo *de Sarmatia Aſiana & Europæa. SIGISMUNDI L.B. in HERBERSTEIN deſcriptio Lithuaniæ & Moſchouiæ. POMPONIUS MELA de Sarmatia*, cum commentario *Ioachimi Vadiani. HARTMANNI SCHEDELII de Sarmatia Commentariolus. LAURENTII CORVINI dicolos tetraſtrophos de Polonia, & eius metropli Cracouia. CONRADI CELTIS* liber *de Viſtula & de Veſontibus. ADAMI*

SCHRö-

SCHRöTERI iter ſalinarium Sarmaticum CONRADI CELTIS Salinaria ὁδοιπορικὴ ad Terinum. IACOBI PRILUSII de prouinciis Polonicis & quibusdam Regum diplomatis tractatus. Tomus ſecundus vero continet *MATTHÆI de MICHOVIA Chronica Polonorum ab ortu Polonorum vsque ad A. C. 1504. IODOCI LUDOVICI DECII de vetuſtatibus Polonorum* librum. *ALEXANDRI GVAGVINI Compendium Chronicorum Poloniæ a Lecho ad Henricum Valeſium. CLEMENTIS IANITII* Carmen elegiacum *de vitiis & ſucceſſionibus ſingulorum Principum Regumque Poloniæ. MARTINI CROMERI de origine & rebus geſtis Polonorum Chronicon.* Tertius vero Tomus continet *PISONIS epiſtolam ad Ioannem Coritium de conflictu Polonorum & Lithuanorum cum Moſcouitis & varias deſcriptiones bellorum Poloniæ.*

§. III.

Separatim prodiit *MARTINI CROMERI Poloniæ,* ſiue *libri X de origine & geſtis Polonorum, Baſileæ 1589. f,* qui ad ſua tempora vsque procedit. Hunc Cromerum in Compendium redegit *SALOMON NEUGEBAUERUS in Hiſtoria rerum Polonicarum, Hanouiæ 1618. 4. STANISLAUS SARNITIUS de origine & rebus geſtis Polonorum & Lithuanorum* ſcripſit *Cracouiæ 1587. f.* Compendiariam tantum hiſtoriæ Polonicæ deſcriptionem dedit *IOANNES*

NES HERBORTUS de FULSTIN *in Chronico Polonico*, quod prodiit *Baſileæ 1571. 4.* Breuis ſaltim eſt hiſtoriæ Regum deſcriptio quam in *Floro Polonico* exhibet IOACHIMUS PASTORIUS ab Hirtenberg, *Gedani 1679. 12*, quam ex potioribus Scriptoribus excerpſit. Leuioris momenti eſt IOANNIS TRöSTERI *Polniſches Adler-Neſt, Nürnberg 1666. 12.* quod potiora geſta ab anno 550 ad 1666 deſcribit, aſt ſine adparatu. Sic etiam habemus VINCENTII KADLUBKONIS *Hiſtoriam Polonicam Dobromili 1612. f.* IOANNIS LONGINI *Hiſtoriæ Polonicæ partes tres, Dobromili 1515. f* IOANNIS INNOCENTII PETRICII *Hiſtoriam rerum Polonicarum, Cracouiæ 1637. f.* IOANNIS DEMETRII SULIKOVII *Commentarius rerum Polonicarum, Dantiſci 1647. 4.* & quæ recentiora ſunt ſcripta gallici idiomatis *Hiſtoire des Princes de Pologne, à Paris 1673. 4.*

§. IV.

Præter hoſce, alii in particulari Regum & rerum geſtarum Poloniæ hiſtoria deſcribenda fuerunt occupati. EBERHARDUS WASSENBERGIUS quidem *de rebus geſtis Vladislai IV* fuit commentatus, *Gedani 1641. 4.* Inſignes ſunt atque rariſ-

ſimi

ſimi *STANISLAI ORICHOVII Annales*, *Dantiſci 1643. 12.* quibus hiſtoriam Sigismundi Auguſti magna cum grauitate & iudicio pragmatico deſcribt. *REINHOLDUS HEIDENSTEINIUS* vero *in hiſtoria rerum ab exceſſu Sigismundi Auguſti geſtarum Francofurti 1672. f.* Hiſtoriam Henrici Valeſii & rerum eiusdem electione geſtarum deſcribit. Separatim vero *STANISLAUS RESCIUS de rebus in electione, coronatione &c. Henrici Regis Poloniæ in Gallia & Polonia geſtis*, fuit commentatus, *Romæ 1573. 4.* Prudentisſimum autem ſcriptum eſt *ANDREÆ MAXIMILIANO FREDRO de geſtis Polonorum ſub Henrico Valeſio*, *Dantiſci 1660. 4.* in quo etiam de legibus & iure Poloniæ perpulcre ediſſerit. *PAULUS PIASECIUS Chronica geſtorum in Europa ſingularium* ſcripſit *Cracouiæ 1648. f.* excuſa. Incipit in iisdem a Stephani Bathori, Principis Tranſyluani in Regem Poloniæ electione anno 1575, deſinit in anno 1648, atque in hiſtoria potisſimum Polonica multa narrat memorabilia. *STANISLAUS KOBIERZYCKUS Hiſtoriam Vladislai*, Poloniæ & Sueciæ principis ſcripſit *Dantiſci 1655. 4*, in qua vero illa ſaltim quæ ante regiam eiusdem dignitatem geſta expoſuit, eius natales & infantiam, & electionem in magnum

gnum Moſcouiæ Ducem, bella Moſcouitica, Turcica, cæterasque res geſtas vsque ad exceſſum Sigismundi III. *Vita Caſimiri* ex gallico germanice verſa prodiit *Noribergæ 1680. 12.* Bella eiusdem potisſimum deſcribuntur *im neuen Polniſchen Floro, Nürnberg 1666. 12.* Prolixior tamen eſt VESPASIANVS a KOCHOW KOCHOWSKY, qui *annalium Polonorum Climacterem primum* atque ſecundum edidit *Cracouiæ 1688. f.* His autem & bellum Coſacicum & præcipue bellum Sueco-Polonicum magna elegantia & prudentia deſcribit. Tertium quoque climacterem addere promiſit, quem vero editum eſſe nondum conſtat. Ad hiſtoriam electionis Michaelis facit CASIMIRI ZAWADZKY *hiſtoria arcana*, ſeu *Annalium Polonicorum libri VII, Coſmopoli 1699. 4.* qua ſingula, quæ circa eius electionis tempora, & præcipue reducta votorum libertas, & quæ circa initia regiminis geſta plenius exponuntur. Ad hiſtoriam Iohannis III faciunt *anecdotes de Pologne, où Memoires ſecrets de Iean Sobiesky III du Nom, à Amſterdam 1699. 8.* In his autem ea perſequitur, quæ regnante in Polonia Iohanne III, ab anno 1683, quo ſoluta eſt Viennæ obſidio, ad finem anni 1688 aduerſus Turcas a Polonis inprimis eorumque

que ſociis ſunt geſta. Adiecit etiam aliquot epiſtolas & acta partim latino partim gallico idiomate perſcripta, quæ illuſtrandæ hiſtoriæ plurimum inſeruiunt. Ad hiſtoriam belli Sueco-Germanici faciunt *Acta & geſta Sueco-Polonica, Francofurti 1657. 4. Polonia ſuſpirans, Francofurti 1656. 4. Breuis ac præliminaris enarratio cauſſarum, ob quas Carolus Guſtauus, Suecorum Rex coactus eſt Regem Poloniæ bello adoriri, Helmſtadti 1656. 4.* Sic etiam CYRIACUS THRASIMACHUS *de iuſtitia armorum Suecicorum in Polonos* ſcripſit, *Helmſtadii 1656. 4.* Hiſce tamen reſpondet LUCAS de GABRIIS *de iniuſtitia armorum Suecicorum in Polonia, 1656. 4.* Ad bella Polonorum ciuilia facit ALBERTI VIMINÆ hiſtoria, quæ cum annotationibus *Ioannis Baptiſtæ Caſotti* prodiit italice, *Venetiis 1678. 4.* Ad turbas recentiores *Hiſtoire de la ſciſſion en Pologne, à Paris 1700, 12.*

§. V.

Poloniæ per Iagellonem nexa eſt *Lithuania*, cuius deſcriptionem dedit SIGISMUNDUS, Liber Baro ab HERBERSTEIN, atque ÆNEAS SYLVIUS *de Lithuania:* vtique extant inter Scriptores Rerum Polonicarum Piſtorii, Polonico ſermone *annales* ſcripſit MATTHIAS STRYCKO-

CKOVIUS, qui *Hiſtoriam Lithuanam* ſingulari ſedulitate, parique fide e Ruſſorum atque Crucigerorum monumentis eruit. ALBERTUS WIJVKKOIALOWITIVS *Hiſtoriam Lithuanam* ex hiſce annalibus potisſimum depromſit, cuius pars prior prodiit *Dantiſci 1680. 4.* pars poſterior *Antwerpiæ 1669. 4.* Deſcribit in iisdem Lithuanorum originem & geſta ante ſuſceptam fidem Chriſtianam, coniunctionem Lithuaniæ cum Polonia, Crucigerorum in Lithuaniam expeditionem & reliqua, quæ ad ſua vsque tempora fuerunt deſcripta. Eiusdem ſunt *Miſcellanea rerum ad ſtatum Eccleſiaſticum in magno ducatu Lithuaniæ pertinentium, Vilnæ 1650. 4.*

§. VI.

Ad Politicam regni Polonici facit primum *Poloniæ, Lithuaniæ, Pruſſiæ, Liuoniæ &c. ſtatus, Amſtelodami 1642. 24.* ANTONII de PILIA *perſpectiua politica regni Poloniæ, Dantiſci 1653. 4.* STANISLAI RITZISTANNOVIC *breuis deſcriptio ſtatuum Regni Polonici, Moguntiæ 1606. 4.* Nobilis potisſimum illa controuerſia eſt de vero ſcopo Reipublicæ Polonicæ. Conringius in theſauro Rerumpublicarum, cum de Polonia ageret, luxurioſe viuere nobiles, & horum potius commoda quæri quam Regis adſerue-

rat.

rat. Contradicit eidem perſonatus quidam auctor, FRANCISCUS MARINIUS *de ſcopo Reipublicæ Polonicæ aduerſus Hecmannum Conringium*, vbi ſimul ſtatus regni Poloniæ nouiſſimus deſcribitur, *Vratislauiæ 1665. 12.* In hoc ſcripto autem auctor demonſtrare voluit, ſcopum reipublicæ Polonicæ intendere atque eſſe omnium ciuium æqualitatem & ſalutem. Huic tamen alius obiecit libellum *de ſcopo Reipublicæ Polonicæ & domo Auſtriaca aduerſus Franciſcum Marinum, Hamburgi 1665. 12*, quo Conringius ab iniuriis Marinii vindicatur. Cum etiam Barclaius in icone animorum aliqua ſecus propoſuerat de ingeniis Polonorum, ac iisdem gratum erat, prodiit contra eundem *Polonia defenſa, Dantiſci 1648. 4.* Præcipuum vero ſcriptum eſt Sr. de HAUTEVILLE *relation hiſtorique de Pologne, contenant le pouvoir de ſes Roys, leur election & leurs couronnemens, les priuleges de la Nobleſſe, la Religion, la Iuſtice, les Moeurs, les Inclinations des Polonois, auec pluſieurs actions remarquables, à Paris 1688. 12.* Pleniſſimum autem eſt atque ad ſtatum politicum egregie faciens. CHRISTOPHORUS HARTKNOCHIUS *de republica Polonica* libros duos ſcripſit *Lipſiæ 1698. 8*, quibus ipſe regimen, quale apud Polonos obtineat, deſcribit.

Præcipue vero plurimum æſtimanda venit *relation de l' etat de Pologne & de leur Republique, à Cologne 1668. 12*, qua legatum inſtruit, quomodo gerere ſe debeat in Polonia, & multa detegit arcana. Germanico idiomate prodierunt *der Polniſchen Nation Politiſche Staatsmaximen, 1670. 12*, quo libro non ſolum natura & indoles Polonorum deſcribitur, ſed potiſſimum quid illis in electione noui regis obſeruandum. Tempore interregni, poſt abdicationem Ioannis Caſimiri prodiit FLORIANI GURRY GURSKY *examen Sarmaticum, ſeu vnanime ſuffragium, quod periculoſa interregni tempeſtate celebrandum regni Primati, Senatui, Proceribus ac terreſtribus nuntiis datum, 1669. 4. Ius Regni Poloniæ* ex ſtatutis & conſuetudinibus regni & magni Ducatus Lithuaniæ collectum & additionibus ex iure Ciuili Romano, Canonico & Saxonico, nec non ex conſtitutionibus Prouincialibus Gneſnenſibus auctum Hiſtoriisque illuſtratum in quatuor libros & tomos diſtinctum edidit NICOLAUS ZALASZOWSKY, *Poſnaniæ 1701. f.* In hoc opere autem non ſtatum ciuilem ſolum, ſed præcipue Senatorum ac Nobilium iura deſcribit de Epiſcopatibus & abbatiis agit egregie, varia pacta cum Polonis inita, Velauienſia, Oliuenſia atque ſimilia

ſimilia adiecit, vt vſum omnino præſtet inſignem. IOANNES SCHULTZIUS de *Polonia nunquam tributaria Gedani 1694. 4.* operoſus eſt, vt hoc, quod ſibi propoſuit, demonſtret. Satyra eſt LUCÆ OPALENII *Iuuenalis rediuiuus, polonice 1691. 8.* quo ciues ſuos admonet de emendandis moribus & regimine. Antea iam prodierat *diſcurſus politicus de cauſſis & remediis malorum Poloniæ, 1661. 12.* SIMON OKOLSKY *in Orbe Polono* antiqua Sarmatarum gentilitia peruetuſta Nobilitatis Polonicæ inſignia & arma exponit, *Cracouiæ 1641. f.*

§. VII.

Ruſſiæ, ſiue Moſcouiæ topographia deſcribitur *in Republica Moſcouiæ*, qua non ſolum vrbes deſcribuntur, ſed etiam ſtatus politicus illuſtratur, *Lugduni Batauorum 1630. 12.* Sic etiam ad topographiam & ritus gentis facit ADAMI OLEARII *Moſcowitiſche und Perſianiſche Reiſe-Beſchreibung, Schleßwig 1656. f.* & ALBERTI HEIDENFELDS *Beſchreibung der Orientaliſchen Königreiche Türckey, Perſien, Moſcau und China, Francofurti 1680. 8.* Huc quoque faciunt PETRI PETREII *Hiſtorien von dem Groß-Fürſtenthum Moſcau, deſſen Prouintzen, Veſtungen, Schlößern und Städten, Leipzig 1624. 4.* Præcipua eſt Baronis MAYERBERGII *Voya-*

ge de Moſcouie faite par luy en qualité d'Ambaſſadeur, envoyé par Leopold au Czar a Alexis Michalowics, Grand Duc de Moſcouie, a Leide 1688. 12. Sic & Moſcouiam deſcribit *IACOBUS VLFELDIUS de legatione Moſcouitica*, ſeu *Hodœporico Ruthenico*, cura *Melchioris Goldaſti* edito, *Francofurti 1627. 4.* Nec minus æſtimandum eſt *Itinerarium IOANNIS STRUYS*, quod *Amſtelodami* prodiit *1681. 4*, in quo chorographia & religio deſcribitur.

§. VIII.

Præcipue vero in chorographia atque Hiſtoria commendandi veniunt *Rerum Moſcouiticarum Auctores varii*, *Francofurti 1600. f.* ex Wæcheliana. Continetur hac collectione *Magni Moſcouiæ Ducis genealogiæ breuis epitome*, *SIGISMUNDI, L. B. in HERBERSTEIN rerum Moſcouiticarum commentarius*, quibus chorographiam Moſcouiæ & ſubiacentium regionum ritusque Ruſſorum tum domeſticos tum religionem atque cæremonias publicas eleganter explicat. *PAULI IOVII de legatione Baſilii M ad Clementem VII* liber, quo etiam ſitus regionis & mores Moſchorum breuiter deſcribuntur. *IOANNES FABRI religio Moſcouitarum, Anglorum nauigatio ad Moſcouitas ſub Eduardo VI. Omnium regionum Moſcouiæ Monarchæ*

ſubie-

ſubiectarum, morum & religionis deſcriptio & geſta tyrannidemque Ioannis Baſilidis ex Sarmatia Alexandri Gnaguini. MATTHIÆ a MICHOVIA tractatus *de Moſcouia*, quo regionis ſitus & gentis mores deſcribuntur. TILEMANNI BREDENBACHII *hiſtoria belli Liuonici*, quod geſſit magnus Moſcouitarum Dux. PAULI ODERBORNII *vita Ioannis Baſilidis*, magni Moſcouiæ Ducis. REINHOLDI HEIDENSTEINII *de bello Moſcouitico, quod Stephanus Poloniæ Rex geſſit, Commentariorum libri VI.*

§. IX.

Separatim prodierunt qui ad hiſtoriem Moſcouiticam faciunt. DANIEL PRINTZ a BUCHAV *de Moſcouiæ ortu & progreſſu* ſcripſit, *Gubenæ 1681. 12*, qua potiſſimum de Ducibus, religione, legatis, legibus & victu Ruſſorum agit. Germanice prodiit PETRI PETREI *Moſcovitiſche Chronica, Lipſiæ 1620. 4.* Gallice *hiſtoire curieuſe de Moſcouie, à la Haye 1699. 12.* SIMONIS COLLINII *hiſtoria præſentis ſtatus Ruſſiæ*, in epiſtola ad amicos Londinenſes expreſſa, prodiit cum figuris, *Londini 1670. 8.* Ad particularem hiſtoriam facit IOANNIS MOSQVERÆ *relatio de adeptione Imperii paterni Principis Demetrii, Ducis Moſcouiæ, anno 1603, Madriti 1609. 8.* Ad eandem hiſtori-

ſtoriam facit etiam *Tragœdia Moſcouitica, ſ. de vita & morte Demetrii, M. Ducis Moſcouiæ, Coloniæ 1608. 8. Vitam Ioannis Baſilidis*, magni Moſcouiæ ducis ſcripſit IOANNES ODERBORNIUS, *Witteberga 1585. 8.* Hiſtoria pſeudo-*Demetrii* vero, *Moſcouiæ impoſtoris* anglice deſcripta prodiit *1664. 8. Stephani Ratzinii* vero motus grauiſſimos apud Ruſſos, quos ſuperiori ſeculo fecit, deſcripſit CONRADUS SAMUEL SCHURTZFLEISCHIUS, quæ inter diſſertationes eiusdem eſt quinquageſima. Legationes ad Moſchos variæ ab aliis deſcribuntur. *Belgicam legationem in Moſcouiam* deſcripſit CONRADUS von KLENCK *Amſtelodami 1677. 4.* ADOLPHI LYSECKI prodiit *relatio eorum, quæ circa S. Cæſareæ Maieſtatis ad magnum Moſchorum Czarum ablegatos geſta ſunt, Salisburgi 1676. 8.*

§. X.

Ad ſtatum politicum facit primum *Reſpublica Ruſſiæ*, ſupra iamdum adlegata. *De rebus Moſcouiticis* ad magnum Etruriæ Ducem, Coſmum III tractatus *Patauii 1610. 8.* & præcipue *l'etat du grand Duc de Moſcovie, à Paris 1680. 8.*

§. XI.

Circa mores vero & religionem Moſchorum occupatus primum fuit ALBERTUS

TIUS CAMPENSIS, cuius ſcriptum eſt ad Papam Clementem VII de rebus quibusdam *Moſcouiticis*, italice *Venetiis* 1583. 8. *IOANNES LASITIUS de Ruſſorum, Moſcouitarum & Tartarorum religione, ſacrificiis & nuptiis, Spiræ* 1582. 4. *MICHAEL LITHUANUS de Tartarorum, Lithuanorum, & Moſchorum moribus, Baſileæ* 1615. 4. *LUDERTI KRAMERI Moſcovitiſcher Irrglaube* prodiit *Gießæ* 1662. 12. Quæ ratione religionis pontificiæ apud Moſchos introducendæ geſta fuerunt, deſcribit *ANTONIUS POSSEVINUS in Moſcouia*, 1587. *f*, in qua vero in Proteſtantes nimium eſt iniurius.

§. XII.

Græciæ antiquæ ſtatum ſuperius iam recenſuimus, agendum nunc erit de ſcriptoribus illis, qui recentiorem adgreſſi ſunt. In ſtatu Geographico occurrit *OLFERDI DAPPERI naaukerige Beſchriivinge der Eylanden in de Archipel der Mittelandiſche Zee en ontrent dezelve gelegen, Amſtelodami* 1688. *f.* quod in hac materia omnino præſtat. Hunc ſecutus eſt *CORONELLI*, cuius ſunt *Memoires Hiſtoriques & Geographiques, de la Morée, du Negropont & des places maritimes, iusques à Theſſaloniques, enrichis de Cartes des pais, des places à Paris* 1686 8 &

Amſterdam 1686. 12. CASIMIRUS FRESCHOTUS ſcripſit *Memoire Hiſtoriſche e Geographiche della Dalmatia, in Bolognia 1687. 12*, quod ſcriptum poſtea in germanicum idioma prodiit. Egregium eſt IACOBI SPONII *voyage d' Italie, de Dalmatie, de Grece & du Levant, fait aux années 1675 & 1676, à Amſterdam 1679. 12.* & italice verſum per *Caſimirum Freſcotum, Bononiæ 1688. 12.* in hoc itinerario non ſitum locorum ſolum deſcribit, ſed etiam antiquitates varias, quas in itinere obuias habuit, illuſtrat egregie. Acceſſit in fine index populorum Atticæ antiquæ, quorum in monumentis antiquis fit mentio. *Itinerarium Græciæ* italice ſcripſit LOIR, *Bononiæ 1673. 12.* Sed præferendum eſt ſcriptum CORNELII de BRUN, quod ſub titulo: *Voyage au Levant* prodiit *Delphis. 1700. f.* IOANNES LUCIUS *de regno Dalmatiæ & Croatiæ* libros ſex compoſuit, *Amſtelodami 1666. f*, quorum æſtimatio eſt maxima. Quippe iisdem non ſtatum antiquum ſolum, ſed etiam recentiorem hiſtoriam deſcribit. Relationes de *Athenarum vrbe* italice ſcripſit CORNELIUS MAGNUS, *Parmæ 1688. 4*, ſed pleraque ex Sponio ſunt deſumtæ.

§. XIII.

Aetate media notum erat *Epiri* regnum

gnum, a Georgio Caſtriota, dicto *Scanderbego* erectum, cuius inſignis Herois vitam varii deſcripſerunt. MARINUS BARLETIUS libros XIII *de vita, moribus ac rebus præcipue aduerſus Turcas geſtis Georgii Caſtriotæ, Argentorati 1537. f*, magno cum iudicio conſcripſit. Hos poſtea in germanicum ſermonem tranſtulit *Ioannes Pincianus, Francofurti 1577* & *Gabriel Tſchimmerus, Dresdæ 1664. 4.* in epitomen redegit *Georgius Bartholdus Pontanus a Breitenberg, Hanouiæ 1609. 8.* Gallico ſermone eandem Hiſtoriam expoſuit IACOBUS de LAVARDIN, *Pariſiis 1597. 8.*

§. XIV.

Statum eccleſiæ Græcorum primus deſcripſit MARTINUS CRUSIUS *in Turcogræcia libris VIII, Baſileæ 1584. f.* Minores continet ipſorum Græcorum tractatus, atque epiſtolas, horum ſtatum ciuilem atque eccleſiaſticum, patriarcharum Conſtantinopolitanorum ſucceſſionem ab amiſſa vrbe vsque ad finem fere ſuperioris ſeculi omni cura deſcribentes. Poſt hunc PHILIPPUS CYPRÆUS *Chronicon eccleſiæ Græcæ* compoſuit, quod primum ex Msto Byzantino edidit latineque vertit *Nicolaus Blancardus*, recenſuit *Henricus Hilarius*, lapſus aliquot Philippi emendauit, commentarios

& notas, nomenclaturas etiam Patriarcharum addidit, hiſtoriamque Patriarchicam a capta ab infidelibus vrbe pleniorem exhibuit. Acceſſit appendix rerum Hiſtoriæ Patriarchicæ inſeruentium: & notitia epiſcopatuum per Orientem, auctore *Andronico* Palæologo Seniore, *Lipſiæ 1687.* 8. Ingens eſt opus CLEMENTIS GALANI *de conciliatione eccleſiæ Armenæ cum latina*, quod Armenice & latine prodiit *Romæ 1650.* f. Ex hoc poſtea pars tantum Hiſtorica, ſiue *Hiſtoria Armena eccleſiaſtica & politica* excuſa fuit *Coloniæ 1686.* 8. in qua potisſimum ſeriem patriarcharum nectit. Præcipue vero æſtimari debet de la CROIX *etat preſent des nations & egliſes Grecque, Armenienne & Maronitte, à Paris 1695.* 12. *Religioſas Kiiouienſes cryptas*, & in iisdem emortua a ſexcentis annis duorum atque Heroum Græco-Ruthenorum & nec dum corrupta corpora deſcripſit IOHANNES HERBINIUS, *Ienæ 1675.* 8.

CA-

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

DE

SCRIPTORIBVS QVI INTRODVCTIONEM IN HISTORIAM REGNORVM DEDERVNT, GEOGRAPHICIS, CHRONOLOGICIS, HERALDICIS, DE ORDINIBVS EQVESTRIBVS CALENDARIIS ET DICTIONARIIS HISTORICIS.

§. I. Scriptores qui introductionem in notitiam regnorum Europæ dederunt. §. II. Scriptores qui maiori opere regna Europæ illuſtrarunt. §. III. Scriptores Geographici Græci. §. IV. Scriptores Geographici latini antiquiores. §. V. Scriptores Geographiæ antiquæ recentiores. §. VI. Scriptores de Geographia recentiori. §. VII. Scriptores qui compendia Geographica ſcripſerunt. §. VIII. Scriptores præcipui de itinerariis. §. IX. Scriptores de lectione Nouellarum. §. X. Scriptores chronologici. §. XI. Scriptores genealogici. §. VII. Scriptores de ordinibus

bus equeſtribus. §. XIII. Scriptores qui de Nobilitatis gradibus ſcripſerunt. §. XIV. Scriptores de ordine Teutonico. §. XV. Scriptores de equitibus S. Iohannis & Templariis. §. XVI. Scriptores de Ordine Aurei Velleris. §. XVII. Scriptores de reliquis Ordinibus equeſtribus in Hiſpania. §. XVIII. Scriptores de Ordinibus Galliæ. §. XIX. Sciptores de Ordinibus Angliæ. §. XX. Scriptores de Ordinibus Daniæ. §. XXI. Scriptores de Ordinibus Italiæ. §. XXII. Scriptores Heraldici Germani. §. XXIII. Scriptores Heraldici Angli. §. XXIV. Scriptores Heraldici Galli. §. XXV. Scriptores Heraldici Itali. §. XXVI. Scriptores Heraldici particulares §. XXVII Scriptores de origine & iure armorum atque inſignium. §. XXVIII. Scriptores qui dictionaria Hiſtorica euulgarunt. §. XXIX. Calendaria Hiſtorica.

§. I.

COnſiderauimus in ſuperioribus illos ſcriptores, qui vel iuſto volumine, vel in compendio ſingulorum ſaltim regnorum, vel quæ in iisdem particularia, tradiderunt, progredimur nunc ad illos, qui in

n theſauro quaſi in notitiam regnorum Europæ introducunt. Primus forſan qui illud egit, fuit LOTTINI, Venetorum in aula Cæſarea legatus, qui *Theſaurus politicum* primo ſcripſit italice, quem poſtea in latinum ſermonem tranſtulit PHILIPPUS HONORIUS, ſiue IULIUS BELLUS, *Francofurti ad Mœnum 1618. 4.* Ex hoc multa depromſit CASPAR ENS *in theſauro Politico*, qui ex italico translatus prodiit *Coloniæ 1610. 8.* Hunc continuare voluit Boſius noſter, ſed labori eſt immortuus. Plerique poſteriores hoc theſauro fuerunt vſi, cum inter antiquiores præſtaret, atque iudicio vtatur accurato. IOANNIS BOTERI *relationes vniuerſales*, ſiue *mundus Imperiorum* prodiit *Lipſiæ 1667. 4.* In latinam linguam ex Italica ſunt translatæ, ſed breues ſunt, ad ſtatum tamen ſui temporis faciunt. Prodierunt poſtea cum augmento *Iuſti Reiffenbergeri.* LUCAS de LINDA latine & germanice prodiit primum ſub titulo: *orbis Lumen & Atlantis iuga detecta retecta.* Cum autem multa falſa & mendoſa eſſent, Boſius priorem correxit, & nouam procurauit editionem, *Ienæ 1670. 8.* Multa ex Petri d' Avity theatro mundi ſumſit, nec tamen eſt contemnenda, in quo recenſuit Geographica, naturam lo-

corum

eorum, mores, religionem, ſtatum politicum, diuitias, vires, ſeriem Principum, rationem ſtatus & ſimilia quæ notatu ſunt digna. Licet multa hinc inde ſint immutata. *Reſpublicæ Elzeuirianæ*, quæ ſingulatim prodierunt, olim maxime æſtimabantur, eo quod in compendio traderent ſtatum cuiuslibet reipublicæ. Verum, cum non omnes adgnoſcant eundem auctorem, illæ præ cæteris veniunt æſtimandæ, quæ IOANNEM de LAET auctorem habent. Nec hodie ſuo vſu deſtituuntur, licet ſtatus politicus in plerisque ſit immutatus. GEORGII HORNII *orbis Politicus* explicat reſpublicas, Principatus, regna & imperia, prodiit cum animaduerſionibus *Ottonis Menckenii, Lipſiæ 1685. 12.* Eiusdem eſt *Orbis Imperans*, in quo tredecim Imperia hiſtorice & politice deſcribuntur, qui cura *Ioachimi Felleri* prodiit *Lipſiæ 1693. 12.* CHRISTIANI FUNCCII *Orbis hodienum imperantis breuiarium*, in quo de Imperiis, regnis, Principatibus potiora collegit, in vſum ſcholæ eſt ſcriptum, ſed deeſt iudicium pragmaticum. IOANNIS FRIDERICI PÖPPINGS *orbis illuſtratus*, plerumque ex Conringii theſauro Rerumpublicarum eſt deſumtus. THOMAS LANSIUS *conſultationes* ſcripſit *de Principatu inter Status Europæ*,

quæ

quæ *Tubingæ 1655. & 1654. 4.* In his autem ea tantum, quæ præcipua, in regnis commemorat, vt exinde doceat, quodnam aliis ſit præferendum. IOANNIS GVALTERI ſiue potius IANI GRUTERI *Chronicon Chronicorum Politicum, Francofurti 1614. 8.* duobus tomis prodiit atque collectio eſt Scriptorum variorum, qui ſeriem & ſucceſſionem diuerſorum regum atque Principum delinearunt. IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI *hiſtoria Orbis terrarum Geographica & ciuilis* prodiit ex editione ſecunda *Francofurti ad Viadrum 1680. 4.* In hac autem non ſolum quæ ad generalem notitiam geographicam faciunt optime, hydrographiam præcipue explicauit, ſed etiam de linguis, moribus, characteribus, migrationibus & commerciis gentium agit. Progreditur inde ad regna particularia, in ſingulis ſtatum naturalem, hiſtoricum, politicum, religionem & memorabilia conſiderans, atque omnia per ſcriptores fide dignos comprobans, ita vt vſum omnino habeat eximium. IOANNIS ANDREÆ BOSII *introductio in notitiam Rerumpublicarum, Ienæ 1676. 4.* præſtantisſima eſt, atque ad generalem notitiam Rerumpublicarum facit egregie, ita vt quod in ſingulis ſit conſiderandum, exponat. Recentior adhuc

huc eſt *Anonymi Politiſcher Nach-Tiſch*, *Francofurti 1695. 12.* per erotemata directus, ſed breuis, nec vbique accuratus. IOANNIS HüBNERI *hiſtoriſche Fragen*, de quibus in ſuperioribus iamdum fuit dictum, qui tamen non vbique ſatis eſt accuratus, ſed Scriptores proletarios ſæpe ſecutus. Ob neruum atque exactam hiſtoriarum rationem æſtimatur SAMUELIS PUFFENDORFS *Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten in Europa, Francfurt 1689. 8.* In qua non ſolum hiſtoriam tradit, ſed etiam ſtatum politicum atque intereſſe regnorum ſingulorum. Sed ob breuitatem quam ſeruat, magis commendanda eſt prouectioribus, quam illis, qui hiſtoriam cupiunt addiſcere. In Continuatione Puffendorfius Sueciæ hiſtoriam abſoluit prolixius, atque in appendice Varillaſii iniuriis ſæpius reſpondet. Huius introductionis partem priorem in latinum ſermonem tranſtulit *Ioannes Fridericus Cramerus*, *Francofurti 1688. 8.* in gallicum ſermonem *Claudius Rouxel*, *Vltraiecti 1689. 12.* IOANNES PETRUS LUDOVICI poſtea edidit *Erläuterung über des Freyherren von Puffendorf Einleitung zur Hiſtorie*, *Halle 1700. 8.* Prolixins deduxit ſingula, additis allegatis quam multis probatiſſimorum Scriptorum

rum confirmauit, vt vtiliſſimum omnino opus ſit illis, qui pleniorem cognitionem quærunt. Optandum ſolummodo, vt vlterius continuaretur, cum Hiſpaniæ ſaltim, Portugalliæ atque Angliæ hiſtoriam abſolnerit. FRIDERICI NEOBURGI *Curieuſer Hofmeiſter Geographiſch, hiſtoriſch und politiſcher Wiſſenſchafften* prodiit *Lipſiæ 1698. 8.* in quo tamen magis æſtimanda ſunt geographica quam hiſtorica. Haut ita pridem prodiit *Genealogiſcher und Politiſcher Abris der heutigen Chriſtlichen Souverainen von Europa, Breslau 1704. 8.* Singula regna & reſpublicas percenſet, horum ſtatum politicum, principes regnantes horumque genealogiam, miniſtros; collegia, familias illuſtres, ordines equeſtres & ſimilia deſcribit, atque in hiſce multam vtilitatem præbet, licet non deſinat næui, quos hinc inde commiſit. Sic etiam prodiit *das in ſeinem Haupt und Gliedern Durchlauchtige Teutſchland Gotha 1702. 8.* atque comprehendit deſcriptionem Statuum Imperii, ſtatum Comitialem, notitiam de iudicio aulico & reuiſam matriculam Imperii; ſed non vbique iuſtum eſt ſcriptum. Elegans eſt LUDOVICI PETRI GIOVANNI, ſiue potius IOANNIS PETRI LUDOVICI *Germania Princeps, Halæ 1702. 8.* Volumen primum

eſt, quo Auſtriacam domum atque electores complectitur, horum ſuccesſiones, regionum ac dignitatum titulos, prætenſiones, prærogatiuas & priuilegia, ſubditorum, redituum, naturam & ſcriptores domeſticos examinat. Nec inutile ſcriptum eſt, nimis tamen breue, in vſum Auditorum ſcriptum, multa diſcurſibus reſeruans.

§. III.

Iſti quidem ſunt minores rerumpublicarum Scriptores: pergimus ad illos, qui maiori opere easdem illuſtrarunt. PETRUS d' AVITY quidem Librum edidit, cui titulum fecit: *Les eſtats & empires*, in quo exponit hiſtoriam omnium nationum, ipſarum mores, regionis & regiminis ſtatum. Hoc opus poſtea auxit & emiſit ſub titulo: *Le monde, ou deſcription de l' vniuers & ſes quater parties*, ſiue deſcriptionem Europæ, Aſiæ, Africæ & Americæ. Mortuus tamen eſt auctor, dum imprimeretur opus. Auxit illud poſtea *Franciſcus Ranchinus* atque edidit *Montispeſſulani 1643. f.* V tomis. Denuo augmentauit atque emendauit *Ioannes Baptiſta de Rocoles 1660. f.* Hoc opus autem magni æſtimatur, apud Gallos præcipue. Ex hoc potisſimum deſumtus eſt liber, qui inſcribitur: *Les etats,*

empi-

empires, Royaumes & Principautés du Monde, par le Sr. D. T. V. V. Geneue 1695. f. Hoc ſcriptum ex gallico in latinum tranſtulit IOANNES LUDOVICUS GOTHOFREDUS atque inſcripſit *archontologiam Coſmicam, Francofurti 1649. f.* Belgice verſum eſt ſub titulo: *Wereld-Spiegel der Ryken en Staten, Amſterdam 1621. f.* HERMANNUS CONRINGIUS in ſcholis priuatis diſſeruerat *de præcipuis Rebuspublicis*, quæ deinde viuo quidem, ſed inuito auctore, ſub titulo *Theſauri Rerumpublicarum* euulgauit PHILIPPUS ANDREAS OLDENBURGERUS, *Geneuæ 1674. 8.* quinque Tomis. Verum Oldenburgerus multa ſine iudicio interpolauit, quippe vtilia miſcet noxiis & non neceſſariis, multa quoque ex Linda deſumſit ſed prolixius deduxit. Strauchii diſſertationes exotericas ſæpius exſcripſit: alias cum iudicio legendus. Conringius poſtea publicauit ſingularem admonitionem de hoc theſauro, vt ingens illud Oldenburgeri plagium ſingulis ante oculos poneret. Præſtantisſimum hodie opus eſt FRIDERICH LEUTHOLFS von FRANCKENBERG *Europæiſcher Herold, Francfurt 1689. f.* Verus, qui ſub hoc nomine auctor latet, eſt BERNHARDUS ZECHIUS, qui multa cura atque eruditione non ſolum

prolixiorem Germaniæ hiſtoriam & familiarum in eadem illuſtrium, ſed etiam reliquorum in Europa regnorum, Statuum & Rerumpublicarum accuratisſime exponit, ita vt ſingulis in hoc genere merito præferri debeat. Vnicum ſaltim deeſt, adlegata ſcriptorum, vt de ſingulis fides ſit certior. Aeſtimanda tamen eſt appendix in quam varia acta publica, hiſtoriam confirmantia fuerunt inſerta. Nouiter IOANNES VLRICUS PREGITZERUS ſcripſit *Teutſchen Regierungs- und Ehren-Spiegel*, *Berolini* 1703. *f*, in cuius parte priore ſtatum primum Germaniæ & in ei diuerſorum Nobilitatis gradum exponit, ſimul etiam integram Germaniæ hiſtoriam variorumque Principatuum, origines a vicisſitudines. Altera vero familiæ Hohenzolleranæ ortum atque incrementa illuſtrauit. Haut ita pridem anonymus quidam certorum regnorum Singularia cœpit edere. Habemus autem eiusdem *Singularia Hiſtoriæ Gallicæ*, *Francofurti* 1703. 8, in quibus Regum Hiſtoriam a prima origine vſque ad noſtra tempora accurate recenſet, quæ etiam quouis ſemeſtri ſpatio continuare promiſit. Alia ſunt *Singularia Hiſtorico politica Germaniæ*, quæ ad Imperatorum Hiſtoriam faciunt, *Francofurti*, 1703. 8. Dil-

ger

gentiſsimus ſcriptor eſt, qui multas circumſtantias ſingulares ab aliis non memoratas adnotauit & pleraque auctoritatibus comprobauit.

§. III.

Progredimur ad Scriptores Geographicos, inter quos primo loco conſiderandi ſunt fontes, ex quibus ſua hauſerunt reliqui. Inter præcipuos Græcorum Geographos eſt PTOLEMÆUS, cuius *libri VIII Geographiæ*, græce & latine cum tabulis geographicis per *Gerardum Mercatorem & Petrum Montanum* prodierunt *Amſtelodami 1605. f.* Diuerſimode poſtea fuerunt editi, ſed optima eſt editio *Petri Bertii*, qui Ptolemæi libros tomo primo Theatri Geographici inſeruit, *Amſtelodami 1618. f.* Ex hoc autem non ſolum generalis notitia Geographiæ adquiritur, ſed etiam ſpecialis ſitus prouinciarum & vrbium. Alter eſt STRABO Amaſenus, qui XVII Rerum Geographicarum libros ſcripſit, qui ex verſione Guilielmi Xylandri cum commentario *Iſaaci Caſauboni* prodierunt *Geneuæ 1587. f.* & cum Caſauboni atque Friderici Morelli obſeruationibus, *Pariſiis 1620. f.* Hic certe præcipuus eſt, qui non in nuda ſolum vrbium recenſione perſiſtit, ſed etiam populorum deſcriptione, migrationibus,

 diui-

diuiſionibus atque memorabilibus aliis multus eſt, licet etiam ipſe a Megaſthene aliisque fuerit deceptus. Straboni iungenda ſunt STEPHANI BYZANTINI *fragmenta de vrbibus*, quæ varie prodierunt, ſed cum noua latina interpretatione & adnotationibus primum edidit *Thomas de Pinedo*, *Amſtelodami 1678. f.* Inde *Abrahamus Berckelius* eadem cum variis codicibus contulit, varieque caſtigauit: cum vero ob obitum præmaturum vltimam manum adhibere non potuiſſet, *Iacobus Gronouius* illuc egit, atque cum ſuis & Berckelii notis edidit *Lugduni Batauorum 1688. f.*, quæ editio eſt præſtantisſima. Antea iamdum idem Gronouius ſeparatim ediderat STEPHANI *fragmentum de Dodone* cum triplici latina verſione & academicis exercitationibus *Lugduni Batauorum 1681. 4.* Multa quoque vrbis antiqui notitia hauritur ex DIONYSII *deſcriptione orbis*, quæ cum *Euſtathii* hypomnematis, amplisſimoque *Guilielmi Hill* commentario & tabulis geographicis prodiit *Londini 1688. 8.* Hunc tamen excipit alia recentior, quæ cum veterum ſcholiis antea ineditis, & Euſtathii commentariis omisſis tamen Hilli commentariis prodiit *Oxoniæ 1697. 8.* ex theatro Scheldoniano. Addendi quoque ſunt *Geographiæ Veteris*

Scripto

Scriptores Græci minores, ſcilicet MARCIANUS Heracleota, SCYLAX Caryandenſis, ARTEMIDORUS Epheſius, DICÆARCHUS Meſſenius, ISIDORUS Characenus, quos coniunctim græce edidit *Dauid Heſchelius*, *Auguſtæ Vindelicorum 1600. 8.* Sed denuo hoſce edidit *Ioannes Hudſonus*, qui eosdem Geographos Græcos minores cum interpretatione latina, diſſertationibus atque adnotationibus edidit *Oxoniæ* ex theatro Scheldoniano *1698. 8.* Sed eosdem auctiores. Primo quidem volumine continentur Scriptores *περίπλων*, quos etiam pro ætatis ratione atque ordine congesſit. Primum eſſe voluit HANNONEM, quem cum Abrahami Berckelii & Samuelis Bocharti animaduerſionibus recudi fecit. Subiecit SCYLACEM cum illuſtrationibus & caſtigationibus Iſaaci Voſſii & Iacobi Gronouii. Huic ſubiunxit AGATHARCHIDEM ex Photii bibliotheca deſcriptum, atque a Laurentio Rhodomanno verſum. Agatharchidi ſubdidit ARRIANI Periplum Ponti Euxini, itemque alterum maris Erythræi cum notis Guilielmi Stuckii & Nicolai Blancardi. Accesſit NEARCHI PERIPLUS ex Arriani Indicis delibatus atque a Bonauentura Vulcanio verſus. Huic poſtpoſitus eſt MARCIANUS Heracleota

 cum

cum ARTEMIDORI Epheſii & MENIPPI Pergameni fragmentis. Tandem concludit *Anonymi Periplus Ponti Euxini.* Non denegandum tamen, ſcriptores hoſce, licet antiquiores, mendis tam non carere, quod partim ipſorum inſcitiæ, partim etiam vitio librariorum; qui nomina populorum atque vrbium corruperunt, eſt adſcribendum.

§. IV.

Alii ex antiquis ſunt latini. PLINIUS inter hos præcipuus eſt, cuius *Hiſtoria naturalis*, phyſica, medica, antiquaria & Geographica continet. Eius editiones ſunt variæ, ſed præſtant reliquis illa, quæ ex officina Hackiana prodiit *Lugduni Batauorum 1669. 8.* quæ etiam notas Dalechampii continet atque alia, quam cum notis edidit in vſum Delphini *Ioannes Harduinus, Pariſiis 1685. 4*, ad quam Mſto Goſſartii potisſimum vſus, ex quo pleraque hauſit. Aeſtimanda præcipue eſt ob textum emendatisſimum, quem cum accuratisſimis Mſtis contulit. Eundem in epitomen redegit CAIUS IULIUS SOLINUS, qui *polyhiſtorem* edidit diuerſis vicibus editum. Sed accuratisſima eſt editio, quam CLAUDIUS SALMASIUS procurauit cum prolixo commentario, quem inſcripſit *Exercitationes*

Plinia-

Pliniana, *Pariſiis 1629. f*, Hic autem quem adiecit Commentarius, Plinium cum Solino confert, & in vtriusque loca difficiliora facit. Obſeruationes autem potisſimum ſunt criticæ, in quibus diuagatur nimium Salmaſius, ita vt omnem locorum communium theſaurum exhauſiſſe videatur. Recentior atque emendatior editio prodiit *Vltraiecti 1689. f*, Acceſſerunt huic editioni *de homonymis hyles iatricæ* exercitationes antehac ineditæ, nec non de Manna & Sacharo. Alter ex antiquis eſt POMPONIUS MELA, in geographicis haut minimus. Hunc præter alios cum doctisſimis notis illuſtrauit *Iſaacus Voſſius*, *Hagæ Comitum 1658. 4.* Hunc ſecutus eſt *Iacobus Gronouius*, qui eiusdem Melæ librum de ſitu Orbis, ſuppreſſo tamen nomine edidit *Lugduni Batauorum 1685. 7.* Acceſſerunt IULII HONORII Oratoris *excerpta Coſmographiæ*, ex Mstis primum editæ. *Coſmographia*, quæ falſo ÆTHICUM auctorem prætulerat, variis lectionibus ex Mstis illuſtrata. Hic autem in notis Voſſium ſæpius caſtigauit. Huic tamen Voſſius *in appendice obſeruationum ad Melam*, *Londini 1686. 4.* euulgatis reſpondit. Gronouius tamen etiam in noua ſua editione quam fecit *Lugduni Batauorum 1696. 8.* cui etiam Rauennatenſem

Geographum ex Mſto Lugdunenſi ſuppletum atque ſuas replicas dedit.

§. V.

Geographiam quidem antiquiorem deſcripſerunt alii ex recentioribus. Inter hoſce olim præ cæteris æſtimabatur, nec hodie adhuc reiicitur PETRI BERTII *Theatrum Geographiæ Veteris*, quod continet CLAUDII PTOLEMÆI *de Geographia libros VIII* græce & latine, & tabularum Ptolemaicarum delineationem, cum adnotationibus *Gerhardi Mercatoris*, ANTONINI Imperatoris *itineraria duo & prouinciarum Romanarum libellum. Indiculum ciuitatum & prouinciarum Gallicarum, Itinerarium a Burdigala Hieroſolymam vsque. Tabulas Peutingerianas atque Abrahami Ortelii, tabulas Geographicas, Amſtelodami 1619. f.* ABRAHAMI ORTELII habemus *Theatrum orbis terrarum* ſeu veteris Geographiæ tabulas breuibus commentariis illuſtratas, *Antwerpiæ 1592. f.* ſed auctior atque emendatior eſt editio *B. Moretti*, *Antwerpiæ 1624. f.* Idem quoque Ortelius ſcripſit *Theſaurum Geographicum*, *Antwerpiæ 1624. 4.* in quo ordine alphabetico vrbes atque populos explicat. IOANNIS ANTONII MAGINI *Geographia vetus & noua* prodiit *Arnhemi 1617. 4.* ſed neque hodie adeo eſt iuſta. PHILIPPUS BRIETIUS

TIUS edidit *parallela Geographiæ Veteris & nouæ, Pariſiis 1649. 4.* duobus tomis. Ad vtramque & veterem & recentiorem Geographiam facit PHILIPPI FERRARII *Lexicon Geographicum*, quod pro ordine alphabetico digeſtum longe auctius edidit MICHAEL ANTONIUS BAUDRAND, *Pariſiis 1670. f.* Sed longe plenior atque emendatior eſt editio, quæ prodiit *Venetiis 1677. & Iſenaci 1677. f.* Acceſſerunt etiam DOMINICI MAGNI *appendices* atque in has Baudrandi notæ. Poſt quinquennium denuo auctius prodiit *Pariſiis 1682. f.* In hac editione non ſolum multa augmenta textui ſunt inſerta, ſed etiam acceſſit indiculus epiſcopatuum & ciuitatum Imperialium, etiam index Geographorum veterum & recentiorum. GVILIELMUS SANSONUS *in Geographiam antiquam Baudrandi disquiſitiones Geographicas* dedit *Pariſiis 1683. 12.* Sed præcipue commendanda eſt cura CHRISTOPHORI CELLARII, cuius *notitia orbis antiqui* prodiit *Lipſiæ 1701. 4.* Pleniorem hæc continet geographiam ab ortu Rerumpublicarum ad Conſtantinorum tempora, quam non ex Scriptoribus ſolum ſed etiam ex vetuſtis probatisque monumentis collegit, atque nouis tabulis geographicis ſingulari cura & ſtudio delinea-

tis

tis illuſtrauit. Præſtantisſimum eſt Opus, in quo ipſos antiquorum næuos iuſtisſime emendauit, accuratisſimas adnexit tabulas Geographicas, vt ſingulis aliis ob eruditionem iuſtamque tractandi rationem ſuo merito ſit præferendum. Sed cum prima hæc pars, quæ proſtat, Europam ſaltim complectatur, in altero Tomo Aſiam atque Africam eadem methodo complecti voluit. Immo etiam mediæ & nouisſimæ Geographiæ pleniorem deſcriptionem promiſit, quæ tamen ſingula adhuc expectamus. IOANNES HARDUINUS ſpeciali tractatu *nummos antiquos populorum atque vrbium* illuſtrauit, qui tractatus prodiit *Pariſiis 1684. 4*, atque indicis inſtar in hoc genere haberi poteſt, in quo quemlibet populum & quamlibet vrbem ſerie alphabetica inuenire licet, addito cuiusque ſitu & inſcriptione nummorum ab ea percusſorum: adiecit vltimo loco nummos quosdam addendos, vti ipſe vocat, quos ex Ligorii Mstis excerpſerat. Sed licet multam induſtriam adhibuerit Harduinus, varios tamen in eodem næuos animaduertere licebit, quorum etiam plures in eodem notauit IOANNES VAILLANTIUS de *numiſmatibus æreis Imperatorum in coloniis, municipiis & vrbibus cuſorum, Pariſiis 1695. f.*

Reſpon-

Reſpondet tamen Harduinus in *antirrethico de nummis antiquis coloniarum & municipiorum, Pariſiis 1689. 4.* qui Vaillantium potiſſimum tangit, quod obſeruationibus vbique obuiis & vel minus vtilibus opus ſuum compleuerit. Meditatus quidem Vaillantius fuit reſponſionem, ſed iſta lucem non vidit. Reliquos qui Germaniæ, Galliæ, vel aliarum terrarum Geographiam antiquam deſcripſerunt, ſuperius iamdum ſuis locis inſeruimus. Vnicum hic adducere liceat HADRIANUM VALESIUM in *notitia Galliarum, Pariſiis 1675. f.* qui non ad Galliæ ſolum ſed omnem etiam Geographiæ mediæ notitiam facit egregie.

§. VI.

In Geographia recentiori non tam dicemus de Scriptoribus illis, qui generalem Geographiæ partem tractarunt, cum iſti potius ad Mathematicam Bibliothecam ſint referendi, ſed de iis potius, qui ſpecialem terrarum Geographiam expoſuerunt, qui deſcripſerunt prouincias & vrbes harumque memorabilia. Præter ſupra iamdum memoratos, Ortelium, Maginum & Brietium, NICOLAUS SANSON gallico ſermone edidit *introduction à la Geographie, Pariſiis 1689. 12, Vltraiecti 1629. 12. & Amſteloda-*

ſtelodami 1700. 4. in qua non ſolum Geographiam naturalem, ſed etiam hiſtoricam conſiderat atque æſtimatur alias. Germanice prodiit *Francofurti 1679. 4.* ALANUS MANESSON MALLET *deſcriptionem vniuerſi* gallice edidit, qua non ſolum ſitum generalem, ſed etiam vrbes, Principes, mores, titulos, inſignia atque ſimilia deſcribit *Pariſiis 1683. 8.* 5 vol. & germanice *Francofurti 1686. 4.* Sæpius tamen diuagatur & in rebus germanicis plurimum aberrat. Compendium ſaltim eſt Geographiæ du VAL, in quo vrbes præcipuas tantum videmus deſcriptas. IOANNIS LUYTS *introductio ad Geographiam* prodiit *Vltraiecti 1692. 4.* Tractat in eadem non ſolum de generalibus Geographiæ, ſed etiam particulares regiones deſcripſit breuiter, & mappas Geographicas Sanſonis adiecit. Verum ob has magis eſt æſtimandus, licet minutiores ſint, quam ob deſcriptionem. AUDIFFERET ſcripſit *Geographie ancienne, moderne & Hiſtorique*, cuius Tomus prior prodiit *Pariſiis 1689. 4.* Hic autem præter generalia, partem Septentrionalem Europæ deſcribit, Angliam, Scotiam, Hiberniam, Daniam, Sueciam, Norvvegiam, Poloniam & Moſcouiam. Certe, nihil omiſit, quod ad iuſtam Geographiæ

ratio-

ationem poterit inſeruire, ita vt originem egnorum, naturam incolarum, mores, liuerſas reuolutiones, terminos, vrbes, ha- umque memorabilia deſcribat, ad quæ po- iſſimum itinerariis diuerſis fuit vſus. Alter Tomus prodiit *Pariſiis 1691. 4.* atque continet leſcriptionem Belgii, Heluetiæ & Sabaudiæ. Celebris ille Venetorum Coſmographus CO- RONELLUS, ante annos aliquot edidit *Atlantem Venetum, Venetiis 1691. f*, qui con- inet deſcriptionem Geographicam, Hiſtoricam acram, profanam & politicam Imperiorum, Regnorum, Prouinciarum & Statuum to- ius vniuerſi. Adiecit etiam compendio- iam nauigationum duobus abhinc ſeculis nſtitutarum narrationem. Atque æſtima- ur potiſſimum ob mappas Geographicas. n gratiam Italorum FRANCISCUS de SEI- NE *tabulas Sanſonianas* cum breui deſcriptio- ne in italicum ſermonem tranſtulit, *Romæ 1690. f.* SEBASTIANUS MüNSTERUS germanico idiomate ſcripſit Coſmographi- m, *Baſileæ 1588. 8.* ſed multis fabulis eſt re- erta.

§. VII.

Nec omittendi ſunt Scriptores illi, qui nobis compendia Geographica dederunt. nter antiquiores minime negligenda eſt MICHAELIS NEANDRI *orbis terræ ſuccin-*

cta

ēta explicatio, Lipſiæ 1597. 8. Hæc autem non tam commendanda eſt ob terræ deſcriptionem, ſed quod in vrbium recenſione multas habeat circumſtantias particulares de viris claris, exinde oriundis. Alias antiqua compendia vix recenſeri merentur. Inter recentiora habemus PHILIPPI CLUVERI *introductionem in vniuerſam geographiam tam veterem quam nouam*, quæ ſtudio *Ioannis Bunonis* prodiit *Guelferbyti 1661. 4.* ſed emendatior editio cura *Ioannis Reiskii* prodiit *Guelferbyti 1694. 4.* Diutius æſtimabatur hoc opus, dum aliud non eſſet, quod ad vſum quotidianum faceret. Multis tamen næuis in vtraque, tum antiquiori tum recentiori geographia eſt refertum. Huius compendium edidit FRIDERICUS HILDEBRANDUS, *Lipſiæ 1675. 12.* quod tamen breue & leue eſt. CHRISTOPHORI CELLARII *Geographia antiqua iuxta & noua*, quæ recuſa eſt *Citzæ 1687. 12.* reliquis eſt ordinatior, atque iuſtum præbet compendium. IOANNIS HüBNERI *kurtze Fragen aus der neuen und alten Geographie, Lipſiæ 1703. 12.* non incongruum quidem ſcriptum eſt, eo quod prouincias vbique diſtinguit, ſed in locis & terminis regionum deſignandis ſæpius fuit lapſus: alias ſi emendetur ſcriptum eſt vtiliſſimum. Haut ita pridem cura PE-

TRI

TRI AMBROSII LEHMANNI prodierunt *die vornehmſten Europæiſchen Reyſen, wie ſolche durch Teutſchland, Franckreich, Italien, Dennemarck und Schweden anzuſtellen, und was an ieden Orthen remarquables zu ſehen, welchen eine accurate Poſt- und Boten-Charte beygefüget, Hamburg 1703. 12.* quod ſcriptum peregrinantibus non inutile.

§. VIII.

Nec male plenior Geographiæ notitia hauritur ex diuerſis itinerum relationibus, quas ſupra quidem iamdum ſub ſuis terris, quas præcipue deſcribunt, laudauimus. Inter præcipuas habendæ hodie ſunt *MAXIMILIANI MISSONS nouveau Voyage, à la Haye 1691. 12*, quam relationem in germanicum idioma tranſtulit *Chriſtianus Junckerus, Lipſiæ 1702. 8.* Hac autem plerumque deſcribitur, quid in Belgio, Germania atque Italia obſeruauerit. *THEVENOTI voyages* quoque præſtant, prodierunt *Pariſiis 1689. 12.* atque comprehendunt quæ in Aſia, Africa, Græcia etiam memoratu ſunt digna, atque hæc etiam in germanicum idioma fuerunt translata. *MONCONNYSII itinerarium* gallico ſermone prodiit *Lugduni 1665. 4*, poſt a Chriſtiano Iunckero in germanicum idioma tranſlatum prodiit *Auguſtæ 1696. 4.* atque hiſtoriam Orientis po-

tiſſimum deſcribit & varias obſeruationes phyſicas, mathematicas & chymicas continet, quas in itinere habuit. BERNHARDI MONTFAUCONI *diarium Italicum* quod *Pariſiis 1702. 4.* prodiit, elegantiſſimum eſt, & non vrbes ſolum atque locorum ſitum, ſed etiam bibliothecas Germaniæ deſcribit. Sic etiam IACOBI TOLLII æſtimandæ ſunt *epiſtolæ itinerariæ*, quas poſt mortem ipſius edidit *Henricus Chriſtianus Henninius, Amſtelodami 1700. 4.* qui etiam notas addidit haut inelegantes. Deſcribuntur autem in hiſce epiſtolis varia, quæ ad Germaniæ & Hungariæ Geographiam faciunt. Vt taceam Olearii, Sponii, Sanſoni, Burneti, aliorumque itineraria ſuperius iamdum commendata.

§. IX.

Multa quoque hauriuntur ex nouellis Hiſtoricis, ex quibus Geographia vel illuſtretur vel emendetur. AHASVERUS FRITSCHIUS primum *de nouellarum vſu & abuſu* fuit commentatus, *Ienæ 1676. 4.* Ad lectionem Nouellarum introducit IOANNIS PETRI LUDOVICI *diſcours vom Gebrauch und Mißbrauch der Zeitungen, Halle 1700. 8.* Nec minus æſtimandus eſt CHRISTIANI WEISII tractatus *de lectione Nouellarum, & genealogia Comitum Leiningenſium,*

Weiſſen-

Weißenfelsæ 1677. 4. Hoc ſcriptum poſtea in germanicum idioma tranſtulit *Chriſtianus Iunckerus* ſub titulo: *Curieuſe Gedancken von den Nouvellen oder Zeitungen Francofurti* 1703. 12. In hoc ſcripto non ſolum introducit in Nouellarum lectionem ſed etiam epitomen Nouellarum comprehendit ab anno 1660 vsque ad 1702, & breuem tum geographiæ tum genealogiæ præcipuarum Germaniæ familiarum illuſtrium ideam adnectit. Acceſſit etiam Lexicon Nouellarum, in quo præcipui termini peregrini breuiter explicantur. Nec male hic adduntur PETRI AMBROSII LEHMANNI *Hiſtoriſche Remarques der neueſten Sachen in Europa*, quæ *Hamburgi* primum prodierunt 1699. 4, atque in hunc vsque diem continuantur, ita vt ſingulis hebdomatibus plagula publicetur. Diſcurſus ſunt in res nouisſimas, quibus etiam varii nummi Germaniæ explicantur, genealogica enodantur, atque hiſtorica explicantur egregie.

§. X.

Adminiculum hiſtoriæ eſt Chronologia, quæ vel phyſica dicitur, & temporis ſupputationem conſiderat; alia hiſtorica, quæ annorum rationem in legenda ſcribendaue hiſtoria habet. Inter antiquisſimos Chriſtianorum Chronologos eſt IULIUS AFRI-

AFRICANUS, cuius vero non niſi fragmenta ſuperſunt, quæ ſeruarunt Syncellus atque Euſebius. Præcipuum quod habemus *EUSEBII Chronicon* eſt, a *Ioſepho Scaligero* editum *Amſtelodami 1658. f*, de quo iamdum capite octauo §. II fuit dictum. Ipſe quoque inſigne aliud *Opus de Emendatione temporum* ſcripſit *Pariſiis 1583. f*, quod vero poſtea auctius longe atque emendatius edidit *Lugduni Batauorum 1598. f.* quo viam aperuit ad accuratiorem Chronologiæ rationem. Ex antiquioribus *IOANNES FUNCCIUS Chronologiam* ſcripſit *Witteberga 1570. f. GERHARDUS MERCATOR Chronologiam, ſ. temporum demonſtrationem Coloniæ 1568. f. ABRAHAMUS BUCHOLTZERUS Chronologiam, Geneuæ 1594. 8. & indicem chronologicum, Francofurti 1616. 8.* Inter antiquiores ex antiquitate æſtimandus omnino eſt *SETHUS CALVISIUS in Chronologia* ſua, *Francofurti ad Mœnum 1650. f*, qui primus inter Chronologos nugari deſiit. Inter accuratiores ſunt *IOANNIS MARSCHAMI Canon Chronicus, Aegyptiacus, Ebraicus, Græcus, Londini 1672. f. & Lipſiæ 1676. 4.* & præcipue *DIONYSII PETAVII* Opus *de doctrina temporum, Pariſiis 1627. f.* nuper recuſum *Amſtelodami* apud Huguetanos *1703. f.* duobus Tomis, quod merito reliquis omnibus palmam

mam præripit atque accuratiſſimum eſt. Huius epitome eſt *rationarium temporum, Pariſiis 1630. 8.* editum, & poſtea varie recuſum, quod non ob hiſtoriam ſolum, ſed etiam geographiam eſt æſtimandum. Inter tabulas Chronologicas, quæ hiſtoriæ ſunt adnectendæ, habemus MARCI ZUERII BOXHORNII *Chronologiam ſacram & profanam,* quæ cura *Ioannis Andreæ Boſii* emendatior prodiit *Francofurti 1660. f.* Sed quæ vlterius continuatæ, CHRISTOPHORI SCHRADERI *tabulæ chronologicæ* maxime ſunt æſtimandæ *Helmſtadti 1700. f.*

§. XI.

Progredimur ad Scriptores Genealogicos, qui cum hiſtoria ſunt iungendi. Inter antiquiores æſtimanda venit REINERI REINECII *Hiſtoria Iulia,* ſiue *ſyntagma Heroicum, Helmſtadti 1594. f.* tribus Tomis. Opus inſigne eſt, in quo familias illuſtres priorum monarchiarum, ſiue regias ſiue principales heroum perſequitur & accurate deducit, ita vt ad explicationem veterum hiſtoriarum nummorumque optime faciat. In tertia autem Monarchia ſubſtitit: quartam abſoluere conantem mors præuenit. Ex hoc multa deſumſit & in *theatrum Genealogicum* tranſtulit HIERONYMUS HENNINGES, quod *Magdeburgi 1596. f.* prodiit

voluminibus ſex. Vltra modum eſt ſumtuoſum, atque etiam ſuas laudes habet, eo quod in genealogiis locupletisſimum Opus ſit, in quo non Regum ſolum & Principum, ſed etiam Comitum aliorumque illuſtrium genealogias videmus adductas, easdemque vel antiquiores priorum monarchiarum, vel recentiores vsque ad ſua tempora, additis etiam inſignibus. Sed in originibus eſt fabuloſis, in digerendo parum accuratus, in chronologia incertus: immo hinc inde emendationi obnoxius. ELIAS REUSNERUS *opus Genealogicum* ſcripſit *Francofurti 1627. f.* Epitomen dixeris operis Henningiani, in quo tamen multa emendauit, aliqua ſuppleuit, atque ideo eſt æſtimandum. Idem quoque ſcripſit *Iſagogen hiſtoricam* ſiue Aquilam Romanam, *Ienæ 1609. 4.* in qua Principum & Comitum Germaniæ ſtemmata cenſet. RUDOLPHUS DIEPHOLDUS *genealogias* ſuas *Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum vniuerſi orbis Halæ 1628. 4.* compendium eſſe voluit genealogiarum, quas etiam diſcurſu hiſtorico illuſtrauit. Incipit in iisdem ab anno 1460, definit in anno 1628 ſed momenti haut adeo magni eſt. ANTONII ALBITII *Principum Chriſtianorum ſtemmata* quæ ex locupletiori editione prodierunt *Argentorati 1627. f*, ex Principum archiuis

uis potiſſimum ſunt collecta. VBBONIS EMMII *genealogia vniuerſalis*, *Lugduni Batauorum 1620. f.* accurata eſt quidem, ſed non omnium Principum ſtemmata habet. Leuia ſaltim ſunt compendia TOBIÆ WAGNERI *lumina genealogica*, *Vlmæ 1653. 8.* HEILRICHI ZEELLII *genealogia Principum Europæ*, *Regiomonti 1563. 8.* MICHAELIS EYTZINGERI *Theſaurus Principum*, *Coloniæ 1591. 8.* TOBIÆ PFANNERI liber *de præcipuis Principum Germaniæ gentibus*, *Rudolphopoli 1682. 12.* PHILIPPI IACOBI SPENERI *ſylloge genalogico-hiſtorica*, *Francofurti 1677. 8.* prodiit, nec incongrua eſt, licet non vbique ſatis ordinata. ANTONIUS WILHELMUS SCHOWARTUS *obſeruationes hiſtorico-genealogicas* edidit *Francofurti 1690. 8.* In hiſce potiores familiarum epochas ſaltim proponit, familiarum incrementa atque decrementa, prætenſa etiam iura tradens. Maioris momenti & curæ ſunt ſcripta alia. Olim æſtimabantur NICOLAI RITTERSHUSII *Genealogia Regum*, *Ducum*, *Comitum aliorumque Procerum*, *Tubingæ* ex recentiſſima editione *1683. f.* Stemmata familiarum relictis originibus incipit ab anno 1400 atque deſinit in anno 1677. Hæc autem in tabulis proponit, atque per exegeſin vlterius illuſtrat, licet hodie inter antiquiores

ſit reputandus. GABRIEL BUCELINUS *Germaniam* ſcripſit *Topo-Chrono-Stemmatographicam ſacram & profanam* tomis tribus, quorum prior prodiit *Vlmæ 1655*. alter *1662*. Tertius *1672*. *f.* Multam adducit auctor induſtriam, variis etiam ex principum archiuis vſus fuit diplomatibus & monumentis, atque ideo æſtimandus, licet ſæpius credulus. Ad vſum hodiernum præcipui ſunt IOANNIS GEORGII LAYRITZII *Hiſtoriſcher Genealogiſcher Palm-Wald, Nürnberg 1686. f.* qui ſtemmata Electorum & principum Germaniæ antiquiorum deducit, ita vt originem doceat, diuiſionem in lineas, prouincias, harumque adquiſitionem, Principum ſucceſſionem & liberos, ita vt vſum habeat eximium. IACOBI WILHELMI IMHOFII *notitia Procerum S. R. Imperii* ex editione quarta prodiit *Tübingæ 1699. f.* Supplementum primum eſſe voluit operis Genealogici Rittershuſiani: in quo omnes Electores, Principes ſeculares & eccleſiaſticos, Comites etiam Imperii perſequitur, horum originem tradit, propagationem, diuerſas pericopas & mutationes, diuiſionem in lineas, Principes hodiernos, & horum familiam, inſignia etiam exponit, ita vt merito ſingulis ſit commendanda. Adnecti poteſt *Anonymi Durchlauchtige Welt*,

quæ

quæ *Hamburgi* prodiit 1701. 8. quatuor partibus. Auctor Reges, Electores, Principes, Comites Germaniæ & præcipuas Respublicas Europæ; etiam potentiores Orientis Status perſequitur, ita vt ſingulorum breuem hiſtoriam, titulum, terras, academias, religionem, monetas, prætenſiones & inſignia exponat, atque qui hodie præſunt, cum ipſorum familia recenſeat, etiam potiores Scriptores ſimul adnectat. Addi poteſt PETRI AMBROSII LEHMANNI *ietzt-lebendes Europa*, quod diuerſimode eſt editum, atque eiusdem fere eſt inſtituti. Inter tabulas Genealogicas præ cæteris æſtimantur *Tabulæ Genealogicæ Tübingenſes*, quæ ſæpius editæ, atque auctorem habent IOANNEM VLRICUM PREGITZERUM & GEORGII LOHMAIERI *Tabulæ Genealogicæ Lüneburgenſes*, quæ poſt auctoris mortem ab Imhoffio fuerunt continuatæ atque merito ſunt commendandæ: licet ad primas origines non adſcendat auctor, ſed a celebrioribus epochis ſaltim Principum ſtemmata recenſere incipiat. IOHANNES STRIEDBECK ante annos aliquot edidit *Entwurff einiger Tabellen, woraus die Geographia, Chronologia und Genealogia, desgleichen die vornehmſten Hiſtorien, Staats-Gebiethe und daher rührende Controuerſien groſſer Potentaten*

 über-

überhaupt zu ſehen. In his autem tabulis æri inciſis geographiam, genealogiam & chronologiam iungere voluit auctor, iisdemque breues interſperſit notas, quæ ad hiſtoriam ciuilem in Compendio noſcendam poſſunt facere. CONRADUS BERTHOLDUS BEHRENS *opus Genealogicum familiarum emortuarum* adgreſſus fuit, ſed editum non eſt. Continuationem hoc eſſe voluit operis Imhofiani, ita vt ſolum genealogiam familiarum illuſtrium, quæ emortuæ ſunt, exponeret, vti de propoſito ſuo ipſe teſtatus fuit in epiſtola ad illuſtrem Leibnützium ſcripta, quæ inſerta eſt actis eruditorum anni 1695 p. 464.

§. XII.

Genealogicis ſubiungimus Scriptores illos, qui de diuerſis ordinibus equeſtribus fuerunt commentati, quorum alii ſunt generales, alii particulares ſaltim ordines deſcripſerunt. AUBERTUS MIRÆUS inter priores vere præcipuus eſt, qui *Originum equeſtrium, ſiue Militarium Ordinum* libros duos conſcripſit, qui ſeparatim primum prodierunt, poſtea vero tomo ſecundo Chronici Chronicorum eccleſiaſtici Gualteri, *Coloniæ 1614. 8.* fuerunt inſerti. Pleroſque equeſtres ordines in hoc tractatu perſequitur, ita cuiuslibet originem,

hiſto-

hiſtoriam atque inſtituta exponat, vt in ſingulis ſe præſtet egregium. Iungendæ tamen Miræo ſunt FRANCISCI MENENII *origines ordinum Militarium, Coloniæ 1613. 8.* primum editæ, poſt eidem Chronico inſertæ. Auctiores vero prodierunt *Coloniæ 1623. 4.* ANDREAS MENDO *disquiſitiones Canonicas* ſcripſit *de ordinibus militaribus Salmanticæ 1656. f. & Lugduni 1668. f.* ſed licet nimium ſit prolixus, ſæpius tamen in hoc opere fuit lapſus. BERNHARDUS IUSTINIANUS *Hiſtoriam Chronologicam omnium ordinum equeſtrium* italice ſcripſit *Venetiis 1673. 4.* ſed auctior longe prodiit *1692. f.* quæ non contemnenda. Germanico idiomate primum prodierunt HIERONYMI MEGISERI *deliciæ Ordinum Equeſtrium*, quæ *Lipſiæ* prodierunt *1617. 8.* & leues ſunt, niſi quod Iohannitarum ordinem prolixius exponant. Præſtat omnino *kurtzer Entwurff der Geiſt- und Weltlichen Ritter-Orden, Leipzig 1697. 8.* ex quo compendio breuem quidem, aſt iuſtam haurimus *ordinum equeſtrium* notitiam, quod ideo quoque ob frequentem & iuſtam adlegatorum auctoritatem eſt æſtimandum.

§. XIII.

Alii in Operibus ſuis de nobilitate, de diuerſis ordinibus equeſtribus egerunt.

GIL-

GILLES ANDRE de la ROQVE in tractatu ſuo de *la nobleſſe & des Ordres de Chevalerie de la Nobleſſe d' Angleterre, d' Eſpagne, de Portugal, d' Allemagne, d' Hongrie, d' Italie, de Pologne, de Suede, de Dannemarc, de Paisbas, à Paris 1678. 4.* qui prodiit *Pariſiis 1678. 4.* recenſionem talium ordinum inſeruit. MARCUS de VLSON, Sr. de la COLOMBIRE *Theatrum Honoris* ſcripſit, quod *Pariſiis 1648. f.* duobus Tomis prodiit & egregium eſt, pleroſque ordines equeſtres recenſuit. Egregius eſt tractatus IOANNIS SELDENI, *de titulis Honorum*, qui anglice prodiit, dignus alias vt in latinam linguam transferatur. Ex Germanis potisſimum commendandum eſt IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI *Syntagma dignitatum illuſtrium, ciuilium, ſacrarum & equeſtrium, Francofurti 1696. 4.* In hoc enim quidquid circa titulos, electionem, inaugurationem & cultum regium ſolenne eſt, quidquid de Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, equitibus & nobilibus eſt ſingulare, magna cura congeſſit. Eruditiſſimus eſt tractatus ANTONII MATTHÆI *de Nobilitate, de Principibus, de Ducibus, de Comitibus, de Baronibus, de militibus, equitibus, Miniſterialibus, Armigeris, Barſcalcis, Marſcalcis, Adelſcalcis, Amſtelodami 1686. 4.*

1686. 4. Hos igitur nobilitatis gradus ex antiquitate probe deducit.

§. XIV.

Antiquiores ordines equeſtres, quibus religio originem dedit, ſunt Ordo Marianus Crucigerorum, dictus Teutonicus, Ordo S. Iohannis Hoſpitalariorum & Ordo Templariorum. Ad ordinem Teutonicum facit BENEDICTI LEONIS *origo & fundatio ordinis Cruciferorum*, italice, *Venetiis 1599. 4.* MARCUS MURINUS *Chronicon Magiſtrorum Ordinis Teutonici* ſcripſit Polonice, *Cracouiæ 1606. 4.* Sed præſtat omnino PETRI DUISBURGENSIS *Chronicon Pruſſiæ, Francofurti 1679. 4*, in quo ordinis Teutonici origo & res ab eiusdem ordinis Magiſtris ab anno 1226 vsque ad 1326 in Pruſſia geſtæ exponuntur. Germanico idiomate eundem ordinem deſcripſit IOANNES CASPAR VENATOR, *im Hiſtoriſchen Bericht von dem Teutſchen Orden, Nürnberg 1680. 4.* A Teutonicis olim dependebant *enſiferi milites* in Liuonia, quorum hiſtoriam HENRICUS LEONHARDUS SCHURTZFLEISCHIUS ſcripſit *Witteberga 1701. 4.* atque celeberrimi Polyhiſtoris, fratris ſui, veſtigia gnauiter legit.

§. XV.

Ad ordinem Iohannis Hoſpitalario-

rum

rum faciunt ex antiquioribus *HENRICI PANTALEONIS ordinis Iohannitarum Rhodiorum & Melitenſium* libri XI, *Baſileæ 1572.* *IACOBI BOSII Hiſtoria Militiæ S. Iohannis Hieroſolymitanæ* eiusque ſtatuta & priuilegia, vna cum catalogo magnorum Magiſtrorum, *Romæ 1584. HIERONYMUS MARULLIUS de vitis magnorum Magiſtrorum Ordinis S. Iohannis Hieroſolymitani, Neapoli 1636. f.* Gallico ſermone prodiit *Hiſtoire des Chevaliers d' ordre d' Hieruſalem, dit de Malthe, par le Sr. F. A. de NABERNS, à Paris 1629. f. P BOISSART hiſtoire de Chevaliers de l' ordre de S. Iean de Ieruſalem, à Lion 1612.* Germanico ſermone habemus *Abcontrafeiung aller Großmeiſter des Ritterlichen Iohanniter Ordens, Francfurt 1611. f.* Præſtat tamen *CHRISTIAN von OSTERHAUSEN eigentlicher und gründlicher Bericht, deſſen was zu einer vollkommenen Erkäntnüs und Wiſſenſchafft des Ritter-Ordens S. Iohannis von Ieruſalem zu Maltha vonnöthen, Augſpurg 1650. 8.* Huic iungendæ ſunt *IOHANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI Anmerkungen von dem Ritterlichen Iohanniter-Orden, und deſſen abſonderliche Beſchaffenheit in dem Herrnmeiſterthum deſſelben in der Marck, Sachſen, Pommern und Wendland, Francfurt an der Oder 1693. f. & Coburg 1695. 4.* Cum vero iſti ex Caroli V donatione

ſione Maltham inſulam hodie poſſideant, huc quoque facit *BURCARDI NIEDERSTEDTI Maltha vetus & noua*, *Helmſtadti 1660. f.* Tertius ordo eſt Templariorum, qui tamen ab aliquot ſeculis penitus fuit deſtructus. De eodem non niſi vnicum habemus tractatum *PETRI PUTEANI de condemnatione Templariorum in Gallia*, quem gallice primum ſcripſit *Pariſiis 1654. 4*, poſt germanice verſum *Francofurti 1665. 4.*

§. XVI.

Ab hiſpaniæ Rege, tanquam Burgundiæ Duce decantatisſimus Ordo aurei Velleris confertur. Habemus de eodem tractatum *ALVARI GOMETZII de Principis Burgundiæ militia, quam Velleris aurei* vocant, cum notis *Alexii Vanegæ, Toleti 1580. f.* Sed præcipuum eſt *IULII CHIFLETII breuiarium hiſtoricum Ordinis aurei velleris, Antwerpiæ 1652. 4.* Eiusdem cognomen *IOANNES IACOBUS CHIFLETIUS inſignia gentilitia equitum ordinis aurei velleris* deſcripſit, *Antwerpiæ 1632. 4*, qui liber rarus & elegans eſt. *IOANNES BAPTISTA MAURITIUS* edidit *le Blaſon des Armoiries de tous les Chevaliers de l' Ordre de la Toiſon d' or, iusqu' à l' an. 1665, à la Haye 1687. f.* cum figuris. *AUGUSTINUS ERATH auguſtum velleris aurei Ordinem* per emblemata, eſteſes politicas & hi-

& hiſtoricas demonſtrauit *Ratisbonæ 1697. 8*, Sic etiam prodiit *mauſoleum velleris aurei*, gallice *Amſtelodami 1689. 12*,

§. XVII.

In eodem Hiſpaniæ regno habemus *Ordinem equitum S. Iacobi*, de cuius regulis, & hiſtoria ſcripſit GREGORIUS de TAPIA y SALCEDO, hiſpanice, *Madriti 1658.* FRANCISCUS de RADES *Hiſtoriam ordinum militarium S. Iacobi Calatraua & Alcantara, Toleti 1572. f.* Ad hiſtoriam equitum de Calatraua & Alcantara faciunt CASPARIS IONGELINI *origines & Progreſſus Ordinis Ciſtercienſis Abbatiarum, ordinum equèſtrium de Calatraua & Alcantara, Coloniæ 1641. f.* HIERONYMI MASARENNII *apologia Hiſtorica pro ordine equeſtri de Calatraua*, hiſpanice, *Madriti 1651. 4.* Eiusdem *regula ordinis*, hiſpanice, *Madriti 1661. g. De ordine* vero *equitum d' Alcantara* ſeparatim ſcripſit IOANNES PETRUS GUTIERETZ hiſpanice, *Mardriti 1576. f.*

§. XVIII.

In Gallia notisſimus eſt Ordo S. Spiritus, de quo habemus tractatum ſub titulo: *Noms, ſurnoms, qualités, armes & Blaſons de tous les Princes, Seigneurs, Commandeurs, Chevaliers & Officiers de l' Ordre de Benoiſt Saint Eſprit, à Paris 1643. f.* Præcipue

vero

vero æſtimari debent FRANCISCI de CHESNE *Recherches Hiſtoriques de l'ordre de Saint Eſprit, avec les qualité, armes & blaſons de tous les Commandeurs, Chevaliers & Officiers depuis ſon inſtitution, iusqu' à preſent à Paris 1695. 12. 2 vol.*

§. XIX.

In Anglia præcipuus eſt ordo Periſcelidis, de quo WENCESLAUS CLEMENS a Lybeo monte ſcripſit *Garteriados, ſ. aureæ Periſcelidis libros duos, Lugduni Batauorum 1634. 4.* HENRICUS von dem BERG congeſſit *nomina, cognomina, titulos &c. equitum S. Militum Ordinis Periſcelidis Anglicanæ, Heidelbergæ 1663. 4.* Germanico idiomate BENIAMIN LEUBERUS edidit *kurtzen Bericht von dem Königlichen Engelländiſchen hohen und vortrefflichen Ritter-Orden St. Georgen, und der Garters oder Hoſenbandes, Budiſſiæ 1671. f.* Sed præcipuum ſcriptum eſt ELIÆ ASMOHLE, *of the Inſtitution. Laws and Ceremonies, of the moſt noble Order of de Garter, Londini 1672. f.* cum figuris.

§. XX.

In Dania ordo equeſtris eſt Danebrogicus, de quo extant *Statuta Ordinis Elephantini, prout a Chriſtiano V, Daniæ & Norwegiæ Rege renouata, aucta fuere, in man-*

tiſſa Codicis Iuris Gentium diplomatici Leibnützii, *Hanouiæ 1700. f.* THOMÆ BARTHOLINI extat *Diſſertatio de origine ordinis equeſtris Danebrogici, Hafniæ 1676. f.*

§. XXI.

Sabaudiæ ordo equeſtris eſt dictus della annuntiata, de quo habemus FRANCISCI CAPRÆ *catalogum equitum huius ordinis*, *Turini 1654.* AUBERTUS MIRÆUS *origines ordinis equitum Ieſu Chriſti*, a Principe Mantuano inſtituti deſcripſit *Antwerpiæ 1608. 8.*

§. XXII.

Ab hiſtoria Ordinum equeſtrium progredimur ad Scriptores Heraldicos, cum in illos non niſi nobiles ſuis inſignibus clari recipiantur. De his ſingularem catalogum auctorum artis Heraldicæ ſcripſit THOMAS GORE, *Oxonii 1674. 4.* In præſenti illos ſecundam patriam ſuam diſtinguimus, vbi primo occurrunt Germani, inter quos primo loco nominandum eſt PHILIPPUS IACOBUS SPENERUS. Ediderat iſte primum tractatum *de inſignibus familiæ Saxonicæ, Francofurti 1668. 4*, in quo non ſolum integri operis de inſignibus ſpem facit, ſed etiam operis ſciagraphiam addidit. Hunc inſecuta eſt *hiſtoria inſignium*

illu-

luſtrium, ſ. Heraldicæ pars ſpecialis, Fran-
furti 1680. f. quam, cum prælo eſſet para-
or, præmiſit. Refert in eadem Impera-
oris, Regum, Electorum, Ducum, Prin-
ipum, Comitum & Baronum inſignia,
uæ tribus libris ordine alphabetico pro-
onit & explicat. Promiſit etiam librum
uartum de illis inſignibus, quæ hic omiſ-
, nondum vero editum. Præmiſſus et-
m eſt tractatus de inſignibus Saxonicis.
litur autem potisſimum Sibmacheri fide,
a tamen vt eundem ſæpius emendet, præ-
ittit etiam genealogiam, agit de præten-
onibus, ipſaque inſignia addidit. Secuta
t *Operis Heraldici pars generalis, Francofur-
1690. f*, quæ circa inſignium originem,
uta, colores, metalla, galeas, apices oc-
ipatur atque ſingula deducit egregie.
ACOBUS WILHELMUS IMHOFIUS in
enealogiis Procerum Germaniæ, Galliæ,
itanniæ, Italiæ & Hiſpaniæ inſignia Pro-
rum vbique adnectit atque explicat. De-
de CASPAR BÜSSING *conſpectum Heral-
cæ* ſcripſit, qui potiora inſignia continet,
que prodiit *Hamburgi 1694, 8.* Eundem
germanicum idioma tranſtulit atque
lidit ſub titulo: *Einleitung zur Herolds-Kunſt,
amburg 1694. 8.* Hunc autem parte gene-
li, in qua vero perbreuis eſt, adauxit.

Eiusdem auctoris eſt *kurtze Einleitung zu Herolds-Kunſt*, quæ in parte quarta *der Durchlauchtigen Welt* continetur, in qua iuſta methodo artis Heraldicæ principia, breuiter quidem ſed accurate exponit. Per luſum Heraldicam artem exponere voluit auctor *der Wapen-Charten des Europaiſchen Herolds Spiels, Hamburg 1703. 12.* quo ſcripto inſignia præcipuorum Regum & Germaniæ Principum tradit & modum, qui ratione ludendo notitia artis adquiratur, declarat.

§. XXIII.

Primus qui in artem Heraldicam introduxit, Anglus fuit, WYNKIN the WORDE, qui eandem tribus linguis illuſtrauit & ſub titulo *ars armorum* edidit *Weſtmonaſterii 1496. f. & 1686. f.* Sic etiam EDMONDI BOLTONS extant *the elements of armories, Londini 1610. 4.* IOHN BOSWEL, *the Concordance of armory, London 1597. 4.* IO. FERON *the Blazon of Gentry, London 1586. 4.* IOHN GVILIS *à display Heraldry, London 1611. f. Ger. Leigh the accidence of Armery London 1612. 4.* THOMÆ PHILIPOT diſcurſus Hiſtoricus de origine & progreſſu artis Heraldicæ, demonſtrans, quibus fundamentis hæc ſcientia

nita-

nitatur, anglice *Londini 1672. 8.* *IOHANNIS GIBBONI introductio ad latinam Blaſoniam*, anglice ſcripta prodiit *Londini 1682. 8.* in qua dotiſſimum terminos explicat, atque exemplis illuſtrat.

§. XXIV.

Ex Gallis plures ſunt. *HIERONYMUS de BURA* ſcripſit *Blaſon des Armoiries, â Lyon 1579. f.* *CLAUDE le CELLYER methode pour apprendre le Blaſon, à Paris 1669. f.* *MARCUS de VULSON de la COLOMBIERE* ſcripſit la *ſcience Heroique*, quod inſigne eſt opus, in quo tractat de nobilitate & huius armis, *Pariſiis 1644. f.* *PHILIBERTUS MONETUS* ſcripſit *l' origine & pratique des armoiries à Lyon 1631. 4.* *PETRUS de MOYNE de arte Heraldica, Pariſiis 1666. 4.* *CAROLUS SEGOING* ſcripſit *armorial univerſel de principales armes de l' Europe, à Paris 1654. f.* *LUDOVICUS GELIOTUS la vraye & parfaite ſcience des armoires, ou indice armorial, augmenté par Pierre Palliot, à Diuionne 1660 f.* *PETRI du VAL obſeruations ſur le Blaſon & ORONCE, Finé de BRIANVILLE ieu d' armoiries de l' Europe ſ. Charta*, in quibus repræſentantur inſignia Europæorum Principum, Geographia & hiſtoria, *Lugduni 1689. 8.* *La methode Royale du Blaſon en abregé,*

pour Monſeigneur le Dauphin, à Paris 1675. 12. Optima vero ſuut ſcripta *CLAUDII FRANCISCI MENETRIER abregé methodique des Principes Heraldiques*, quod ſcriptum ſub titulo *Neue Anleitung zu der ſo genannten Herold oder Wapen-Kunſt*, in germanicum idioma translatum prodiit *Vlmæ 1694. 8.* in quo termini Heraldici explicantur. Alias prodiit *l'art de Blaſon iuſtifié*, & quod præcipuum eſt ſcriptum, *La veritable art du blaſon, à Paris 1672, 12, 3* vol. in quo non ſolum plus quam trecentos auctores recenſet & de iis iudicat, ſed etiam de origine armorum, quam Germanis adſignat, coloribus, & reliquis ad hanc artem neceſſariis egregie agit.

§. XXV.

Ex Italis præcipuæ ſunt *SYLVESTRI PETRASANCTA teſſeræ gentilitiæ ex legibus Fecialium deſcriptæ, Romæ 1638. f.* Magnum opus *de Europa gentilitia* molitus fuit *ANTONIUS STEPHANUS CATARI*, qui prodromum gentilitium ſcripſit italice *de armis & inſignibus, Romæ 1679. 12.*

§. XXVI.

Alii inter hoſce fuerunt, qui ſolum de armis, horum origine, antiquitate & vſu ſcripſerunt. Ex Anglis habemus *NICO-*

LAUM

